


72 ✓
at 870

~~22.07~~

22.





0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17

72
di 1870

~~22. a 7~~

12.



ay otro

de la Com. de Sepur de Granada d'illo el Licenciado

PROMPTVARIVM
CATHOLICVM AD IN-
STRVCTIONEM CONCIONATO-
 rum contra hæreticos nostri temporis, super
 omnia Euangelia totius anni, tam Do-
 minicalia quàm de festis.

R2348
 2348
 Manzano.

[Handwritten mark]

*In quo inueniet concionator, unde ex litera Euangelica, vel plerasque
 hereses aptè refutet, vel contra hæreticorum hodie fraudes, &
 mendacia, fidem Catholicam, prætextu Euangelij, plausi-
 biliter ab illis impugnatam solidè defendat.*

Pars Prima Dominicalis.

Auctore THOMA STAPLETONO Anglo
 S. Theologie Doctore.

Additus est Index rerum copiosissimus.

Augustinus enarrat. in Psal. 36.

Tanto magis debemus commemorare vanitatem hæreticorum,
 quanto magis querimus salutem eorum.



IN OFFICINA IVNTARVM.

M. D. XCI.



AMPLISSIMO

OMNIQVE VIRTVTVM HEROICARUM genere celeberrimo Antistiti, R. D. Ioanni Sarazino ad D. Vedastum Atrebatensem Abbati dignissimo, & Maiestati sue Catholica in Status Belgici intimo Senatu Consultario prudentissimo, Thomas Stapletonus veram, & perpetuam felicitatem precatur.



QVOD ad maiorem Dei gloriam, ad veritatis orthodoxæ cōtra modernos eius hostes infensissimos, nostræ ætatis hæreticos, illustriorem defensionē, & explicationem dilucidiozem, ad publicum (vt spero) Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, Romanæ bonum atque honorem, in lucem nunc emitto *Promptuarium Catholicum*, vt illud sub celeberrimo nomine tuo (Antistes grauiissime, & prudentissime) prodiret, post allud opusculum de tribus Thomis ante paucos hos dies eidem Ampliss. nomini tuo dicatum, easdem iterum fores pulsaret, non vel importunitas aliqua mea, vel aliorū celebrium amicorum penuria, sed nec continuata vel aucta potius quotidie tua in me merita effecerūt, verū, & ipsius argumenti ratio, & peculiaris quædam erga R. P. V. circa hoc Opus obliga-

tio, huc me compulerunt, & hoc à me quasi debitum exegerunt. Quæ enim ad hæreticorum impietates pro cõcione refellendas, fraudes populo aperiendas, calumnias palàm abstergendas elaboravi, quæ ad sanctæ fidei nostræ defensionem, robur, & commendationẽ in publicum dedi, quæ formãdis vel certè iuuãdis verbi Dei cõcionatoribus annotavi, & collegi, cui demum Antistiti Ecclesiastico, (& certè Ecclesiasticis potissimum debentur, quæ Ecclesiæ dogmata pertractãtur) aptiùs consecrari, sub cuius nomine auspiciùs prodire, quo titulo illustriùs cõmendari potuerunt, quàm eius Antistitis, cuius in profligandis tota Artesia hæreticis, in restauranda in hoc Belgio fide Catholica, & orthodoxa, tum olim labor, industria, prudentia enituit, totique Belgio conspicua à Reg. Cath. Mai. amplissimè est honorata, tum hodie vsque zelus, studium, ardor admirabilis multis argumentis elucescit? Quorum, vt cætera taceã, præclarum illud ciuici seminarij opus à R. P. V. multis iam ad id ingenti ære comparatis ædibus, maioribus adhuc dilatandũ spatiis, magno animo ceptum multisque superatis difficultatibus omnino destinatum, consiliorum vestrorum conscis ac ciuibus manifestum hoc, & perspicuum facit, posteritati verò (Deo dante) ad perpetuam nominis vestri gloriam, ad incredibile vrbis Atrebatensis bonum, adeoq; totius Artesiæ (quæ ex illa quasi metropoli, sua vel ornamenta capit vel detrimenta) ingentem fœlicitatẽ, illustrius adhuc loquetur. Enimverò labores literarij contra hæreticos suscepti, eos potissimũ patronos,

&

& aptissimè sibi asciscũt ac deligunt, quos ipsis hæreticis infensos esse eorum auctores cognoscũt, quos fidei Catholicæ propugnatores acerrimos animaduertentũ. Talem ab annis iã multis. R. P. V. quum esse cognouerim, armariũ hoc nostrum, vnde ad feriendos hæreticos tela tam multa, nec opinor obtusa depromi queant, eius certè nomini libentissimè dicaui. Huc accedit q̃ ad hunc laborem, etsi non auctor, vt susciperetur, at maximus certè instigator, vt susceptus absolueretur, tum verbis tum literis tua mihi R. P. extitit. Ad cuius rei compendiũ, totum Opus à suis religiosis pulchrè, & nitidè describi (quia mihi amanuensis copia defuit) perhumaniter erga me, piè, & religiosè erga causam communem R. P. V. fecit. Sed, & vt ab hoc typographo typis pulchrioribus, & accuratè euulgaretur, studiosè procurauit. Quæ ego omnia nõ tam idèd commemoro (quamquam, & idèd quoque) vt R. P. V. minus miretur hoc alterum Opus nostrum tam breui temporis interuallo sub vestro nomine in publicũ emitti, quàm vt Lector intelligat, quàm præclare de Catholica religione, atque adèd de hoc labore nostro R. P. V. merita sit. Certè ardens hic orthodoxæ solius religionis zelus, aduersã odiũ, quo peccus vestrũ admirabiliter flagrat, fecit quoque, vt gentis nostræ doctos ac nobiles viros eiusdẽ religionis causa extorres, singulari beneuolentia complectatur, ad se venientes omni humanitate excipiat, fauore prosequatur, & ab aliquot hisce annis aliquem semper domesticũ Angium in amplissima sua familia aluerit. Vt id R. P. V. hoc loco ac dignitate

cōstituta faceret, sola profectò causæ ob quam exulamus cōsideratio, sola diuinæ religionis tenera dilectio effecit. Hanc ego pietatē vestram, vt colo atque suspicio, sic iterata hac noui laboris dedicatione quantū in me erat: honorare volui. Sed, & illud mihi maximè consentaneū videbatur. vt qui exiguū libellum nostrum de tribus Thomis, ad voluptatē magis (piam tamen illam atque salubrem) quàm ad ingentē aliquam utilitatem comparatū, ambabus vlnis complexus, & benevolentissimè prosequutus fueris, maiori hoc opere, & ad publicā utilitatem in causa grauiissima destinato, honorari quoque publicè deberes. Accipe igitur. Antistes dignissime, ea qua soles doctorum omnium pios maximè labores, animi alacritate Promptuarium hoc nostrum Catholicum: & pij ac docti Concionatores omnes qui se his vigiliis nostris, vel iuuari, vel delectari senserint, aut alius quiuis huius Operis lector (cui, Catholicus modò fuerit, variam quoque utilitatem hic liber adferre poterit, vt altera nostra ad lectore præfatio ostendit) R^x P. V^x id magna ex parte acceptum ferant, cuius auctoritate opus prodit, & sedula adhortatione acceleratum fuit, & singulari studio ac benevolentia in hac commodissima forma, & typis elegantioribus excusum est. Deum ex animo precor, vt R. P. V. tantum bonarum literarum Mecœnatem, & piorum laborū tam studiosum fautorem. Ecclesiæ suæ huic Belgio, & nobis quàm diutissimè incolumem ac florentem conferuet. Duaci apud S. Amatū 15. Calēd. Augusti, 1588.

Ampliss. Dom. & R. P. V. studiosissimus.

THOMAS STAPLETONVS.



SCRIPTURÆ EVAN-

GELICÆ QUÆ IN HOC PROMPTUARIO Catholico, per singulas Dominicas, & festa per annum contra hæreticos ex proposito tractantur.

DOMINICA PRIMA

ADVENTVS.

Tunc videbunt filium hominis venientem in nube Luc. 21.
cum potestate magna, & maiestate.

Dominica 2. Aduentus.

Quid existis in desertum videre? Math. 11.

Hominem mollibus vestitum.

Dominica 3. Aduentus.

Ego baptizo vos in aqua.

Ioan. 1.

Dominica 4. Aduentus.

Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Luc 3.

Dominica infra Octauas Natalis

Domini.

Et ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem Luc. 2.
multorum in Israël: & in signum cui contradicetur.

Et erat Anna prophetissa, & hæc vidua, &c. qua non discedebat de templo, ieiuniis, & obsecrationibus seruens die ac nocte.

Dominica 1. post Epiphaniam.

Ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem in die solempni Pasche. Luc. 2.

† 4

Ascend

*Ascendentibus illis secundum consuetudinem festi.
Fili quid fecisti nobis sic? Pater tuus & ego dolentes
quarebamus te.*

*Quid est quod me querebatis? Nesciebatis quod in iis
quae Patris mei sunt oportet me esse?
At illi non intellexerunt verbum.*

Dominica 2. post Epiphaniam.

*Iou. 2. Dicit mater Iesu ad eum. Vinum non habent. Dicit
ei Iesus.*

Quid mihi & tibi est mulier?

Haurite nunc & ferte Architrachino.

Dominica 3. post Epiphaniam.

*Math. 8. Vade & ostende te sacerdotibus, & offer munus tuum
quod precepit Moyses in testimonium illis.*

Ostende te sacerdotibus.

Dominica 4. post Epiphaniam.

Math. 8. Quid timidi estis modice fidei?

Dominica 5. post Epiphaniam.

Math. 13. Inimicus homo superfeminavit zizania.

Sinite utraque crescere usque ad messem.

Ne forte eradicetis & triticum.

Dominica 6. post Epiphaniam.

*Math. 13. Haec omnia loquutus est Iesus in parabolis ad turbas,
& sine parabolis non loquebatur eis.*

Dominica Septuagesimae.

Mat. 20. Conduxit operarios in vineam suam.

Voca operarios, & redde illis mercedem.

Dominica Sexagesimae.

*Luc. 8. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris
autem in parabolis, ut videntes non videant & au-
dientes non intelligant.*

Semen est verbum Dei.

Dom

Dominica Quadragesimae

*Luc. 18. Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, ut vi-
deam.*

Fides tua te saluum fecit.

Dominica 1. Quadragesimae.

*Math. 4. Dum ieiunasset 40. diebus, & 40. noctibus, postea
esuriit.*

Si Filius Dei es, mitte te deorsum.

Scriptum est enim: Angelis suis mandauit de te, & c.

Dominica 2. Quadragesimae.

Hic est Filius meus dilectus, in se non audie.

Math. 17.

Dominica 3. Quadragesimae.

In Beelzebub principe Daemoniorum eiecit Daemonia. Luc. 11.

Dominica 4. Quadragesimae.

*Ioann. 8. Accepit Iesus panes, & quum gratias egisset, distri-
buit discumbentibus.*

Dominica Passionis.

*Ioan. 8. Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non
auditis, quia ex Deo non estis.*

*Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, &
Daemonium habes?*

*Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non vide-
bit in aeternum.*

*Dixerunt ergo: Nunc cognouimus, quia daemonium
habes.*

Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est.

*Dixerunt Iudaei ad eum: Quinquaginta annos non-
dum habes, & Abraham vidisti.*

Dominica palmarum ante bene-
dictionem ramorum.

*Math. 21. Et posuerunt vestimenta sua in via, & praeiderunt
ramos de arboribus, & strauerunt in via, & c.*

† 5 Turba

Turba clamabant. Osanna filio David. Osanna in altissimis.

Dominica Paschæ.

*Marc. 16. Emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum.
De feria 2. & 3. Paschæ vide inter Festa par. 2.*

Dominica in Albis.

*Ioan. 21. Cum sero esset, & fores essent clausæ, venit Iesus.
Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum Sanctum.*

Quorum remisistis peccata, remittentur eis.

Dominica 2. post Pascha.

Ioan. 10. Erit unus pastor, & unum ovile.

Dominica 3. post Pascha.

Ioan. 16. Quia vado ad Patrem.

Dominica 4. post Pascha.

Ioan. 16. Adhuc habeo multa vobis dicere, quæ non potestis portare modo.

Quum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Dominica 5. post Pascha.

*Ioan. 16. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.
Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis.*

Dominica 6. post Pascha.

Ioan. 15. Ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis de me.

Quia ab initio mecum estis.

Dominica Pentecostes.

Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum servabit: & Pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Quum venerit Spiritus veritatis, ille docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia quæcûque dixero vobis.

De

De feria secunda, & tertia Pentecostes vide inter Festa par. 2.

Dominica SS. Trinitatis.

Docete omnes gentes.

Matth. 28.

Docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis.

Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

Luc. 24.

Dominica 2. post Pentecosten.

Compelle eos.

Luc. 11.

Dominica 3. post Pentecosten.

Gaudium erit coram Angelis super uno peccatore penitentiam agente.

Luc. 5.

Dominica 3. post Pentecosten.

Ascendens in unam navem, quæ erat Simonis.

Dixit ad Simonem, Duc in altum.

Concluserunt piscium multitudinem copiosam.

Ex hoc eris homines capiens.

Dominica 5. post Pentecosten.

Nisi iniustitia vestra abundauerit plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum.

Matth. 5.

Omnis qui inascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio.

Qui autem dixerit fatue, reus erit gehenna ignis.

Dominica 6. post Pentecosten.

Et habebant pisciculos paucos, & ipsi benedixit.

Matth. 8.

Dominica 7. post Pentecosten.

Attendite vobis à falsis prophetis.

Matth. 7.

Qui veniunt ad vos

In vestimentis ovium, Intus autem sunt lupi rapaces.

Ex

Ex fructibus eorum cognoscetis eos.

Nunquid colligunt ex spinis uvas, aut ex tribulis ficus?

Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.

Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum caelorum: sed qui facit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum.

Dominica 8. post Pentecosten.

Luc. 6.

Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut quum defeceritis, recipiant uos in aeterna tabernacula.

Dominica 9. post Pentecosten.

Luc. 19.

Domus mea domus orationis uocabitur.

Domus orationis uocabitur.

Vos autem fecistis eam speluncam latronum.

Dominica 10. post Pentecosten.

Luc. 18.

Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri homines, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus.

Ieiuno bis in sabbato.

Descendit hic iustificatus ab illo in domum suam.

Percutiebat pectus suum.

Dominica 11. post Pentecosten.

Maarc. 7.

Apprehendens eum (mutum, & surdum) de turba seorsim, misit digitos suos in auriculas eius, & exprensus tetigit linguam eius, & suspiciens in caelum ingemuit, & ait illi, Epheta.

Dominica 12. post Pentecosten.

Luc. 10.

Magister quid faciendo uitam aeternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est, &c. Hoc fac, & uives.

Curam illius habe, & quodcumque supererogaueris, ego quum rediero, reddam tibi.

Dominica 13. post Pentecosten.

Ite, ostendite uos sacerdotibus.

Luc. 17.

Dominica 14. post Pentecosten.

Primum quaerite regnum Dei, & iustitiam eius.

Matth. 6.

Dominica 15. post Pentecosten.

Quum appropinquaret porta, ecce defunctus efferebatur, & turba ciuitatis multa cum illa.

Luc. 7.

Dominica 16. post Pentecosten.

Quum intraret Iesus domum cuiusdam principis Pharisaeorum, sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum.

Luc. 14.

Dominica 17. post Pentecosten.

In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & propheta.

Matth. 22

Dominica 18. post Pentecosten.

Et uidens Iesus fidem illorum dixit paralytico, Confide filii, remittuntur tibi peccata tua.

Matth. 9.

Uidens fidem illorum.

Uti sciatis quia filius hominis habet potestatem remittendi peccata super terram.

Dominica 19. post Pentecosten.

Amice quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem.

Matth. 22.

Dominica 20. post Pentecosten.

Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat, &c. Ioan. 4. & credidit ipse, & domus eius tota.

Ioan. 4.

Dominica 21. post Pentecosten.

Sic & Pater meus caelestis faciet uobis, si non ueris miseris unusquisque fratri suo de cordibus ueris.

Matth. 18.

Domi

Curam

Dominica 22. post Pentecosten.

Matth. 22. Reddite qua sunt Cesaris Cesari, & qua sunt Dei Deo.

Dominica 23. post Pentecosten.

Matth. 9. Ecce princeps vnus accessit, & adorauit eum. Si tetigero tantum vestimentum eius, sulua ero.

Dominica 24. post Pentecosten.

Matth. 17. Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere.

Si dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.

EVANGELICI TEXTVS

in Festis Christi, & Sanctorum.

In die S. Andreæ Apostoli.

Matth. 4. Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.

In die S. Thomæ Apostoli.

Ioan. 20. Beati qui non viderunt, & crediderunt.

In die Natalis Domini.

Pax hominibus bonæ voluntatis.

Luc. 2. Pax hominibus bonæ voluntatis.

In die S. Stephani.

Matth. 23. Quoties volui congregare filios tuos sicut Gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti.

In die S. Ioannis.

Ioan. 12. Hic est discipulus quem diligebat Iesus. Quum senneris, extendes manus tuas, & cinget te alius, & ducet quod non voles.

In die SS. Innocentum.

Matth. 2. Herodes iratus occidit multos pueros in Bethlehẽm.

In die Circuncisionis Domini.

Luc. 2. Et vocatum est nomen eius, Iesus.

In die Epi phaniæ.

Venerunt adorare eum cum muneribus.

Matth. 2.

Magi venerunt ab oriente Hierosolymam.

Et procedentes adorauerunt eum.

In die Purificationis B. Virginis.

Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt eum in Hierusalem, ut sisterent eum Domino.

In die S. Matthiæ Apostoli.

Confiteor tibi pater, &c. quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

Matth. 13.

In die Annunciationis B. Virginis.

Aue gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus.

Luc. 1.

Quomodo mihi fiet istud, quoniam virum non cognosco?

Feria 2. Paschæ.

Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam.

Luc. 24.

Cognouerunt eum in fractione panis.

Feria 3. Paschæ.

Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas.

Luc. 24.

Et predicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem.

In die S. Marci.

Orate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

Luc. 10.

In die SS. Philippi, & Iacobi Apo-

stolorum.

In domo Patris mei mansiones multe sunt.

Ioan. 14.

In

Tanto

*Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me.
Nemo venit ad Patrem, nisi per me.*

Ioan. 3.

In Inuentione S. Crucis.

*Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita
oportet exaltari Filium hominis.*

Marc. 14.

In die Ascensionis Dominicæ.

*Exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cor-
dis, quia ijs, qui viderant eum resurrexisse, non
crediderunt.*

*Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit.
Dominus Iesus postquam locutus est eis, assumptus
est in cælum.*

Feria 2. Pentecostes.

Ioan. 3.

*Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigeni-
tum daret, ut omnis, qui credit in eum non pereat,
sed habeat vitam æternam.*

Feria 3. Pentecostes.

Ioan. 10.

*Qui intrat per ostium, Pastor est ouium.
Alienum non sequuntur, sed fugiunt ab eo.
Fur non venit, nisi, ut furetur, & mactet, & perdat.*

In die venerabilis Sacramenti.

Ioan. 6.

*Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè po-
tus.*

In die S. Ioannis Baptistæ.

Luc. 2.

*Ioannes est nomen eius.
Quis putas puer iste erit?*

In die SS. Apostolorum Petri,
& Pauli.

Matth. 18.

*Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Eccle-
siam meam.
Et porta inferi non praualebunt aduersus eam.
Tibi dabo clauis regni cælorum.*

Indie

In die Visitationis B. Virginis.

*Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus
ventris tui.* Luc. 1.

In festo S. Magdalenæ.

*Stans retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare
pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & oscu-
labatur pedes eius, & unguento ungebat.* Luc. 7.

Fides tua te saluam fecit.

In die S. Iacobi Apostoli.

*Sedere ad dexteram, vel ad sinistram meam non est
meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre
meo.* Matth. 20.

In festo Assumptionis B. Virginis.

*Maria optimam partem elegit, qua non auferetur
ab ea.* Luc. 10.

In festo S. Bartholomæi Apostoli.

*Vocauit Discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis,
quos, & Apostolos nominauit.* Luc. 6.

In Natiuitate B. Virginis.

*Iacob autem genuit Ioseph virum Marie, de qua
natus est Iesus.* Matth. 1.

In festo S. Matthæi Apostoli.

Misericordiam volo, & non sacrificium. Matth. 9.

In festo S. Michaelis Archangeli.

*Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris
mei qui in cælis est.* Mat. 18.


In festo SS. Simonis, & Iudæ
Apostolorum.

*Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum serua-
bunt.* Ioan. 15.

In festo omnium Sanctorum.

*Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa
est in cælis.* Matth. 5.

††





PRÆFATIO AD LECTOREM.



V A s esse prædicationis Eu-
gelicæ partes docere, & ex-
hortari, tum salutis ratio do-
cet, quæ in fide per dilectio-
nē operante quasi tota con-
sistit, tum Apostolus satis
clare expressit sic ad Timo-
theum scribens. *Hæc præcipe, & doce*: iubensque
attendere lectioni, exhortationi, doctrina. Et iterum
paulo post. *Hæc doce, & exhortare.* Præcipiuntur
enim, & exhortatione traduntur quæ ad mores
pertinent. Docentur quæ ad fidem spectant: vt
hæc Pauli verba Chrysoftomus exposuit. Nec
aliam fortè ob causam quum inter charismata
Ecclesiæ distinctè Paulus posuisset, *quosdã Apo-
stolos, quosdam Prophetas, alios vero Euangelistas,*
subiunxit: non iam disiunctim, sed coniunctim,
alios autem Pastores, & Doctores: quàm, vt osten-
deret vnius eijusdemque officij duas esse fun-
ctiones: pascere, & docere: pascere in iis quæ
operi mandata erant: docere in iis quæ creden-
da. Porrò ex duabus hisce partibus potio-
rem esse doctrinam, non obscurè idem Aposto-
lus tradidit, quum propter duplicem hanc fun-
ctionem

tionem duplici honore dignos esse presbyteros scri-
bat, qui bene præsumt, moxque adiungat, *maximè
autem qui laborant in verbo, & doctrina.* Certè vt fi-
des recta est virtus maximè necessaria, & cæter-
arum omnium fundamentum, sine qua Deo pla-
cere est impossibile, sic huius explicationem præ-
dicationis Euangelicæ partè esse maximè quo-
que necessariam dubitari non potest. Frustra e-
nim cætera omnia addiscuntur, eo præterito, si-
ne quo cætera non valent. Frustra de tecto im-
ponendo cogitas, vbi fundamentum adhuc nul-
lum est. Frustra caritatem, & cæteras virtutes
doces, vbi fides adhuc, aut nulla, aut non recta
tenetur. Sapienter Augustinus. *Ea ipsa opera que
dicuntur ante fidem, quamuis videantur hominibus
laudabilia, ita mihi videntur esse, vt magne vires, &
cursus celerrimus præter viam.* Vt ergo inaniter, &
ridiculè currit, qui extra viam currit, vt casso la-
bore nauigat qui nescit quo tendat, aut in saxa
non in portum contendit: Vt frustra palmitem
terræ mandas, plantas, irrigas, colis, cuius radix
nulla est, sic irritò labore de bonis operibus sol-
licitus est, qui rectam fidem non tenet. Celebre
fuit, & maxima laude dignum opus, quod Abraham
iubente Deo filium suum immolandum obtu-
lit. At nullus fuisset eius operis fructus nisi in fi-
de factū fuisset. *Magnū opus (ait Ang.) sed ex fide.*
*Laudo superædificationē operis, sed video fidei funda-
mentū. Laudo fructū boni operis, sed in fide agnosco ra-
dicē. Si enim hoc præter rectam fidem faceret, nihil illi
prodesset qualecūque illud opus esset: Sed, & ideò hæ-
reticorū opera quæ videntur bona, non profus
infidelium tantum, nullum apud Deum, vel gra-*

1. Tim. 5.

Hebr. 11.

In præfat.
enarrat. in
Psal. 31.

Loco citato.

1. Tim. 4.

1. Tim. 6.

Homil. 13. in
4. ad Tim.

Ephes. 4.

tiæ, vel meriti locum habent. Quod his verbis grauiſſimè ſcripſit Auguſtinus, *Extra Eccleſia unitatem quicquid operantur hæretici, quamuis magna ſolertia, & diligentia fieri videatur, tamen nihil illis prodeſt aduerſus irã Dei, non magis quàm telæ aranearum poſſunt defendere à frigore.* Hæc ille alludens ad illud Prophetæ. *Oua aſpidum ruperunt, & telas araneæ texerunt. Qui comederit de ouis eorum morietur, & quod confutum eſt erumpet in regulum. Tela eorum non erunt in veſtimentum, neque operientur operibus ſuis. Opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum.* Oua aſpidum ſunt doctrinæ hæreticorū, quæ à primis magiſtris poſita, & à ſectatoribus rupta, & cōſota, teu diligenter exulta erumpunt in regulos, in ſerpentes, & baſiliſcos hortēdorū dogmatum, *Hæreſis enim* (ait Auguſtinus) *quicquid animo errante cum ſuperbia, vel tumore cogitando imaginata fuerit, religionis nomine obſeruat.* Hæc illorum prima phantaſmata oua aſpidum ſunt, quæ dum ſectatores fouent, & tractant, multa ex illis dogmatum portenta gignunt. Hodie ex ouis à Luthero poſitis non ſolum ipſæ Lutheranorum ſectæ, ſed multi alij aſpides, & ſerpentes enati ſunt, Zuingliani, Anabaptiſtæ, Ménonitæ, & aliæ ſectæ, vt ex ipſis Lutheri verbis diligenter annotauit, & collegit Fridericus Staphylus. Opera verò huiuſmodi hominum vt cumque in ſpeciem laudabilia, ſunt telæ aranearum, in quibus magna adhibetur diligentia, vtilitas inuenitur nulla, & vel minimo ſcōpæ impulſu diſſolutæ pereunt. Opera omniū extra fidem rectā, mininio diuinæ iuſtitie pulſu, &

ſu, & prima eius conſideratione ſubuertuntur, & inutilia oſtenduntur, quia fundamēto, & radice vitali carent. quæ fides eſt. Primus enim motus gratiæ in anima, vt Deo copuletur, id agit, vt credat Deo, iuxta illud Apoſtoli. *Accedentem ad Deum oportet credere.* Illa ergo Euangelicæ prædicationis pars, quæ rectam fidem docet, vt maximè eſt neceſſaria, ita prima atque præcipua illic eſſe debet, vbi vel fides necdum ſuſcepta eſt, vel acceptæ fidei naufragium factum eſt.

OPERAE PRECIVM igitur me facturum exiſtimauit, & laborem non inutilem nauaturus, ſi per omnia totius anni Euangelia tam in Dominicis quàm in feſtis Chriſti, & Sanctorum legi ſolita, materias hoc tempore controuerſas, prout textus ipſe Euangelij occaſione iuſtam daret, locis ſingulis annotarem, ipſaq; loca pertractarem. Exiſtimauit enim in plerisque hodie prouinciis, vt in tota Germania ſuperiore, in Gallia, in Anglia (vbi id faciendi facultatem diuina miſericordia dabit) in hoc Belgio, atque in Heluetia non modò expedire, ſed, & prorsus neceſſarium eſſe, vt horum temporum controuerſiæ tractentur: ſiue ad Catholicorum conſolationem, & cor roborationem, ſiue ad hæreticorum, qui ſeu palā, ſeu occultè in illis gfaſſantur locis, conuerſionem, aut certè vtilem, & neceſſariam refutationem. Sunt enim hi duo paſtoralis officij fines, daris Eccleſiæ paſtoribus, & doctōribus, *ad conſummationem ſanctorum, id eſt, confirmationē fidelium, & ad edificationem corporis Chriſti, id eſt, ad collectionē in corpus eorū qui*

Cauſe huius operis.

Ephes. 4.

contra Par-
men. l. i. c. 3.

Eſai. 59.

De vera re-
lig. cap. 38.

In apolog.
Par. 3.

Hæreticos esse
pro concione
refutandos.

ab eo segregantur, ipsiusque corporis augmentum. Qui autem hæreticos non pro concione refutandos, aut taxandos existimant, sed priuata tantum collatione, & catechesi instruendos, næ illi grauitè, & perniciose errant. Quasi verò doctrina fidei ad verbi diuini tractatorem non pertineret. Quasi in ea doctrina aliquid magis sit necessarium quàm hæreses refutare, illis maximè in locis, vbi vel grassantur illæ, vel dudum grassatæ fuerunt, necdum penitus extinctæ, vel ne grassentur præcaueri debent. Quasi ipsam causam Catholicam maximè non commendat atque illustret, vt hæretici pro concione ad populum egregiè traducantur, iustè taxentur, & solidè refutentur. Quasi denique maiore vsquam id fructu fiat, quàm multis audientibus, si dexterè, & solidè id fiat. Deinde exempla Sanctorum patrum quos Ecclesiasticis officium optimè calluisse dubitari non debet, hoc ipsum validè confirmant D. Augustinus in suis enarrationibus in Psalmos, & in Diuum Ioannem (quæ erant homiliæ ad populum) in cæteris quoque homiliis ac sermonibus, perpetuò, & quauis data occasione, imò quæsitæ sæpè non data, contra sui temporis hæreticos, Manichæos, Donatistas, Pelagianos, Arianos, & Eunomianos studiosè excurrit. Chrysostomus similiter in suis ad populum homiliis, seu Mathæum, seu Paulum tractans, etsi minus sæpè, facit id tamen non raro. Leo Magnus contra Eutichetistas, & Manichæos, nulla penè non in concione disputat. Diuus Basilus in suis homi-

liis

liis in diuersos martyres, Mamântem, Gordium, Iulittam idem præstat. Denique Gregorius Magnus, Eulèbius Emislenus, & alij Patres, quorum homiliæ ad populum extant, passim id, & magna diligentia præstiterunt. Porrò non sine maximo fructu hoc illos præstitisse, illustre illud Ambrosianæ prædicationis exemplum docere potest. Scribit enim Sanctus Augustinus se adhuc Manichæum, quum omni die Dominico Ambrosium verbum veritatis in popularibus sermonibus tractantem audiret, ex eius concionibus didicisse, Manichæorum versutias, & calumniarum nodos posse dissolui, Verbum Dei verè incarnatum credere, absurdum non esse, denique fidem Catholicorum veram, & orthodoxam fuisse. Fuit igitur Ambrosiana prædicationis primus Augustino ad fidem Catholicam amplectendam aditus, & hoc prædicationis hamo tantum cete in Ecclesiæ rete piscator fœlix pertraxit. Nam, & ideò diuini verbi tractatores, *piscatores hominum* vocantur, quia sua prædicatione non in moribus tantum informant, sed ad fidei retia pertrahunt, & ex ignorantia fluctibus, ad veritatis lucem educunt. Est igitur ipsa verbi cœlestis prædicationis, & Euangelij apud populum è superiore loco perspicua explicatio, proprium, & maximè efficax medium, hæreticos refutandi, & ex errorum latebris atque insidiis ad certam salutis viam pertrahendi. Iam verò accidit non raro, vt concionatores maiori zelo, quàm eruditione præditi infœliciter, & sine iudicio

confes. lib. 6.
c. 3. & seqq.

causa.

dicio hæreticos pro concione perstringant, vel quia loco non suo & planè extra metas id faciunt, vel quia quum loci opportunitas datur, ieiunè ac sterilitè id faciunt, maiori stomacho quàm robore, & ardentius, quàm solidius, vel denique quia melius & prolixius hæreticorum errores & cauillationes proponunt, quam solunt, sicuti notiores illæ esse solent, magisque vulgatæ, quàm quid illis solidè & dexterè responderi debeat. Existimaui igitur in horum gratiam, imò in causâ Catholicæ iustam defensionem, ne ex imbelli pugna noxiam victoriam reportet aduersarius, & deterior fiat, vbi sanari debuerat, vtile fore, si (vt dixi) & ipsa loca annotarem, atque annotata pertractarem. Porro & illud apud me cogitavi, ipsos non rarò doctos concionatores, & aduersus hæreticorum strophas vt cumque armatos & instructos, in iis quæ ad mores pertinent colligendis ita sæpè versari & delectari, vt vel non libeat, vel non vacet, vel ad manum & promptè nequeant res hodiè controuersas tractare. Erit igitur huiusmodi hic noster labor, laboris compèdium, vt prioribus illis subsidium necessarium. Sunt porro multi Theologi & concionatores perdocti, vel in solis Scripturis, vel in sola scholastica Theologia, vel in vtrisque illis tantùm, vel etiam in Patrum quoque scriptis & Commentariis probè versati, qui tamen controuersias horum temporum non examinauerint, qui que propterea non nisi magno adhibito labore, quem concionandi aliquando, vel repentina,

vel

vel quotidiana propemodum necessitas non admittit controuersias pro concione tractare possunt. Arbitratus sum igitur laborem hunc nostrum istis, nec ingratum, nec incommodum futurum. Quid, quòd & ipsos doctissimos viros, & concionatores in ipsis controuersis exercitatos, optimè que versatos opinabar hoc nostro labore quadamtenus iuuari posse, quum præcipua hic loca ad manum notata habeant, quasi que fontes digito ostensos, vt vel illis ex sua copia addant, vel ex nostris ac suis delectum faciant. His ergo maximè de causis argumentum hoc pertractandum suscepi, & hos maximè fructus hoc argumentum dabit.

S E D & alias quoque non vulgares utilitates ex huius libri lectione, tum diuini verbi tractator, tum theologus quisque, addo etiã quilibet fidelis percipere poterit. Primùm enim quot per totum annum in Ecclesia leguntur Evangelia, seu de tempore, seu de Sanctis, tot hic historiarum Evangelicæ textus, multoque plures (quum in vno Evangelio plures interdum textus tractentur) vel contra hæreticos, & varias eorum hæreses, vel pro fidei Catholicæ defensione tractantur, premuntur, explicantur. Vel tot igitur Scripturarum explicatio Catholica, tractatio popularis atque perspicua, nonnullam Theologo eruditionis lucem, aliquam cuius fidelis fidei suæ confirmationem afferre poterit. Deinde si verum est, imò quia verum est, quod scripsit Sanctus Augustinus, *illas Scripturas que contra hæreticos valent plurimum, memoria diligenti*

5. Causa.

Utilitates huius operis var.

In epi. Ioan. tract. 2.

3. Causa.

4. Causa.

tissime commendandas esse, vt sint, videlicet quasi arma in promptu, quibus Ecclesiae hostem, & à te propellas ne noceat, & salubriter ferias vt emendetur, habes hic huiusmodi Scripturarum & armorum ingentem & selectam suppellectilem. Rursum, quia odium hæreticorum salutare imprimis est, vt iuxta Saluatoris præceptum, attendamus ab illis, atque ideò fugiamus ab eis, iustissimas huius odij causas, singula ferè Euangeliorum loca à nobis tractata suppeditabunt. Neque enim dissimulabo, me ad traducendos hæreticos, eorumque nequitias patefaciendas, non secus atque ad veritatem Catholicam stabiliendam, hoc in opere iucubuisse, quum hostem hodie pestilentiorum Ecclesia non habeat. Porro causam Catholicam apud quemvis veritatis amantem illud egregiè commédabit, ipsumque populum scire expediet, plarumque horum temporum hæreses ex litera Evangelica refutari posse, nostræque Catholicæ religionis fundamenta, ipsum maximè Euangelium complecti. Quo fiet, vt illa multorum animis opinio eximatur, non minùs impia, quàm iniqua, qua existimarunt hæctenus, vel Scripturas Euangelicas pro hæreticis facere, vel certè ex Euangelio vix illas confutari posse. Quorum illud hæretici suis falsò persuaserunt, istud qui Catholici esse voluerunt, sibi ipsis persuaserunt. Sed ex hac locorum Euangelicorum explicatione, & illorum impietas refutabitur, & istorum error atque ignorantia corrigetur. Docebit enim hoc opus euidenter atque perspicue

cù Scripturas Euangelicas nihil pro hæreticis facere, vt omnia eorum dogmata, quæ ad locum aliquem Euangelicum referri poterant, ex illis quæ in Ecclesia leguntur Euangelii, manifestè refutentur. Docebit quoque eadem omnia Euangelia pro causâ Catholica vbique pugnare. Erit denique hoc opus Antidotus necessaria, & saluberrima contra varia hæreticorum venena in suis super Euangelia totius anni postillis, aliisque tractatibus effusa. Enimuerò quum hæretici horum temporum, maximè in Germania, super Euangelia totius anni, Postillas, vt vocant, Explicationes methodicas, & locos communes ita collegerint, vt magna passim diligentia, quicquid contra fidem ac religionem Catholicam facere posse videbatur, annotauerint atque studiosè tractauerint, quomodo nobis Catholicis in optima causa nostra parem diligentiam adhibere par & æquum non erat? Et oprandum quidem fuit, vel ab annis iam plurimis huiusmodi aliquod opus produsse (quod an vsquam prodierit, mihi compertum non est) vel ab alio aliquo magis in hoc genere versato, argumentum istud vberius & accuratius elaboratum fuisse. Cæterùm satius duxi, serius id facere, quàm nunquam, & à me, quàm à nemine fieri. Qui sanè eò confidentius hoc opus suscepi, quo diutius in hoc iam tricennali exilio nostro, controuersis horum temporum, & priuatim examinandis operam dedi, & publicè explicandis per complures annos in hac

Acad

Academia Duacena vacauit. Nam ex iis quæ olim publicè docuimus, & non indiligenter digessimus, collecta sunt pleraque quæ huc attulimus, & non vanè bonam ac solidam supellectilem Catholicis hic Lector expectet. Porro, ex hoc labore nostro illud perspicere licebit, hæreses horum temporum, omnium quæ vnquam fuerunt, & numero plures, & magnitudine pestilentiores esse, quæ ex omnibus totius anni Euangeliis, vel quoad impiam doctrinam refutantur, vel quoad calumnias & imposturas reiiciuntur. Adeo nullum legitur in Ecclesia Catholica Euangelium, in quo vel contra has præsentis hæreses aliquod documentum Spiritus Sanctus non expresserit, vel pro fide orthodoxa per illas impugnata, aliquod munimentum non suppeditauerit. Adeo hæ nouæ doctrinæ nihil minus sunt, quàm Euangelicæ, vt in singulis per annum Euangeliis grauitè illæ perstringantur, & vel falsa docuisse, vel falsò calūniatæ fuisse ostendantur. Adeo fides Catholica, Apostolica, Romana est purè purè Euangelica, vt huic soli omnia totius anni Euangelia patrocinentur, eius causam agant, eius dogmata defendant. Postremò, & illud tenebit concionator Catholicus, has contra hæreticos explicationes Euangelicas, non sola doctrinæ capita complecti, sed multa etiam quæ ad mores faciunt in illis contineri. Quoties enim in hac explicatione, de bonorum operum necessitate, virtute, merito, quoties contra solam fidem iustificantem, dogma moribus pestil-

lentissimum, quoties de extremo iudicio, de gaudio cœlesti, de Sanctorum cultu, veneratione, festis, de ieiuniis, de oratione, de pœnitentia, de Sacramentis, & his similibus agatur (agitur autem de singulis non rarò) toties etiam, quæ moralia sunt, & ad pietatem faciunt, pertractamus. Tales quippè sunt horum temporum hæreses, vt non solum doctrinam nefariè corrumperint, sed, & contra bonos mores multa impiè asseuerauerint.

QVIA verò in singulis Euangeliis loca certa designo, vnde contra hæreticos depromi aliquid queat, & omnes explicationes ad certa loca redigo, ipsiq; locis variam supellectilem subiicio, & non nisi contra hæreticorum vesana dogmata, idcirco totum opus Promptuarium Catholicum nuncupandum duxi. Fui autem in quibusdam Euangeliis breuior, in aliis prolixior, prout materiæ, vel dignitas, vel copia postulabat. Breuior sæpè fui, quia nolui totam concionem solis hæreticis refutandis impendi; nisi fortè, vel auditores tales essent, quibus ille cibus salubrior, aut magis necessarius foret, vel subiectum Euangelij huiusmodi, quod ex professo contra hæreticos, à Spiritu Sancto suggestum videatur, qualia sunt Euangelia Dominicæ 7. post Pentecosten, Dominicæ 5. post Epiphaniam, Dominicæ 24. post Pentecosten, Feria tertia Pentecostes, & alia fortè quædam. Vbi prolixior fui, delectum faciet Concionator, vt vel pauca, vel selectissima dicat. Certè hæreses ipsæ tales interdum sunt, tam pestilentes, tam impiæ, vt non nisi pluribus refutari, vel com-

modè possint vel salubriter debeant. Atqui ex Euangelis illis loca deprompsi, quæ secundum usum Romanum toto anno leguntur. Ego verò ingenuè hoc loco profitebor, quum ab incunte ætate officium hoc concionatoris exercere plurimum desiderauerim, sed ne hætenus id facerem, peccatis ita meis exigentibus, vel propter exilium à natali solo, quod vsque ad annum iam tricesimum extendi, vel propter alia vitæ officia ad quæ me Dei prouidentia interea vocauit, impeditus semper fuerim accepi consilium, quod diuinum Dauid in casu non prorsus absimili cœpit. Voluntatis eius erat planèque decreuerat, ædificare templum Domino Deo suo. Sed quum responsum illi esset, *multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellaisti, non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me:* præparauit omnes impensas eius, quæque ad ædificandam domum necessaria erant tam in auro & argento quàm in omni generis materia, collecta suppeditauit. Non aliter & ego quia verè vir sanguinum & plurimis peccatis contaminatus vixi, vnde non permisit Dominus, vt vel in patria mea (vbi sola hæresis loquendi potestatem habet) vel extra patriam ad alia semper vocatus & destinatus, ædificem templa nomini eius, domos spirituales extruam, animarum salutem immediatè procurando, hanc saltem materiam templis spiritualibus per alios ædificandis collegi, & vt pluribus relinquatur, in lucem dedi: qua vel ab hæresi plurimos reuocent,

1. Paral. 21.
c. 28.

uocent, ædificando corpus Christi & templa Spiritus Sancti, vel in fide Catholica alios confirmet, consummando sanctos, & templi Dei valuas, tecta, parietes corroborando. Deum optimum maximum suppliciter precor, vt hunc exiguum laborem nostrum clementer benedicat, eumque in Ecclesia sua fructum facere concedat, quem vnicum nobis ante oculos positum fuisse, ille scrutator cordis & renum videt. Illi soli omnis honor & gloria. Amen. Duaci, 16. Iunij. 1588.

**
*

PROMPTVA-





P R O M P T V A R I V M

CATHOLICVM SVPER EVAN-
GELIA DOMINICALIA
torius anni.

DOMINICA PRIMA A D V E N T V S.

*Tunc videbunt filium hominis venientem in
nube cum potestate magna & ma-
iestate.*

Luc. 21.



L O C V S proprius explicandi contra
hæreticos nostri temporis terrorem
extremi iudicij, & secundi Aduentus
filij Dei. Hæretici hodie vt suam so-
lam fidem ac certitudinem gratiæ sta-
tuant omnemque diuinæ iustitiæ tim-
orem hominū al animis & consciētis penitus exi-
mant (qui primus & potissimus Lutheri scopus fuit,
quum has in Ecclesia turbas principio excitaret, vt
alibi à nobis est explicatum:) etiam hâc de extremo
iudicio doctrinam corrumpūt. *Non modica certè est se-
curitas* (ait Calvinus) *quod non ad aliud tribunal sistimur,*
quam redemptoris nostris, à quo salus sit expectanda: tantum
abest vt in condemnationem nostram tribunal sit consensurus.
Ergo in hunc finem Pater filium honorauit, omne iudicium illi
deferens, vt ita conscientijs suorum, terrore iudicij trepidis, con-
suluerit. Hæc ille. Sic, & alij hæretici hunc extremi iu-
dicij locum frigidissimè tractant, vt soli suæ fidei, &
fiduciæ perpetuò cōsulant. *Qui crediderint* (ait Beza) *su-*
erunt ex fidei fructibus constabit sicut Christi coheredes. Totum
fidei tribuunt, ne iustitiæ examini, terrori, iudicio,
vllus locus sit.

De extremo
iudicio.

*In præfat. ad
Lectorem lib.
de Iustificat.
præmissa.
Institut. lib.
2. c. 16. n. 18.*

*confess. fidei
cap. 6.*

DOCENDVS ergo diligenter hoc loco populus fidelis, quod in extremo iudicio Christus, non ut redemptor, sed ut iudex, non in humilitate sed in potestate magna, non in paupertate humana, sed in maiestate diuina, venturus est. Quia terribilis aduentus eius, adeo signa terribilia pramittit. *Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium pro confusione fontis maris, & fluctuum, ares. entibus hominibus pro timore & expectatione que superuenient uniuerso orbi: Nam & virtutes calorum commovebuntur. id est, ait Chrysostomus, ipsi Angeli tremant, quia sicut vehementer iudicem cognoscunt, ubi non tantum rei, & consilij, sed & circumstantes innoxij terrentur constantia iudicis.* Sic de hoc iudicio Paulus. *Voluntarie peccantibus nobis pest acceptam notitiam veritatis iam non relinquunt pro peccatis hostis, terribilis autem quadam expectatio iudicij & ignis annulatio, qua consumptura est aduersarios. i. transgressores leges diuina, quos pro hostibus Deus habet.* Vnde & Christus in die iudicij dicturus est, *Discedite a me qui operamini iniquitatem. Nescio vos.* Quare de hoc iudicij die quem ab omni terrore vacuum volunt fiduciarij haeretici, sic propheta loquuntur. *Dies illa dies irae, dies tribulationis & angustiae, dies calamitatis, & miseriae, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulae & turbis, dies tubae & clangoris super ciuitates munita, & super angulos excessus. i. super potentes peccatores, qui gloriantur in malitia, & potentes sunt in iniquitate.* De hoc die Dauid. *Cognoscetur Dominus iudicia faciens.* De hoc Efaia. *Ecce dies Domini venit crudelis, & indignatione plenus. & ira furorisque ad ponendum terrorem in solitudinem, & peccatores contendens in ea.* De hoc die Ezechiel. *Finis venit, venit finis. Euigilauit aduersum te ecce venit. Immittam furor meum in te, & iudicabo te. iuxta vias tuas; & ponam contra te omnes abominaciones tuas.* De hoc denique Paulus. *Cor impunitens ihesaurizat sibi iram in die irae.* Vocat diem iudicij diem irae, de quo Dauid, *Ego cum tempus accipero, iustitias iudicabo.* Est autem dies irae, dies terribilis iudicij, dies furoris, &c. non propter incredulos tantum (ut volunt haeretici) sed propter peccatores. Examen terribile fiet non fidei (qui enim non credit iam iudicatus est) sed operum bonorum & malorum;

Sic

Sic aperte Paulus, *Omnes nos (id est, fideles, & iam credentes in Christum) asserere oportet ante tribunal christi, ut referat unusquisque prout gessit in corpore. siue bonum, siue malum.* Ascendet ergo tribunal suum ad condemnationem nostram (quicquid impostor Caluinus mentiarum) si bona opera non attulerimus, utcumque fideam, atque fiduciam retineamus. Quare disertissime Christus in die iudicij propter bona opera ad vitam aeternam credentes recipit, propter mala opera in ignem aeternum etiam credentes abire iubet. Dicer enim, *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.* Esurini enim, & dedistis mihi manducare, &c. Declarat Christus paratum quidem fuisse ab aeterno electis regnum, sed causam subiungit, opera bona. Sic alibi Christus rogatus a matre Zebedaeorum, ut duo filij eius, Iacobus, & Ioannes, sederent ad dextram, & sinistram eius, proponit primo de bonis operibus. *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Sed quid apertius iudicij extremi formam describit, quam alia verba Christi, ubi ad sanctitatem, & perfectionem Christianam exhortas; docensque vnumquemque abnegare seipsum, tollere crucem suam, & sequi Christum, &cludit. *Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui, & tunc reddet unicuique iuxta opera sua.* Haec est forma futuri iudicij, quando veniet Christus in maiestate sua. Erit tunc iustus iudex, non misericors liberator. Tunc erit tempus iudicij, nunc misericordiae. Hanc temporum distinctionem Dauid disertè docuit, dicens, *Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine.* Super quae verba Augustinus ait, *Si per tempora distinguamus haec duo, forte inuenimus modo tempus misericordiae, futurum autem tempus iudicij. Idem, non sine causa eo ordine posita sunt, ut non diceret iudicium, & misericordiam, sed misericordiam, & iudicium.* Sic haec tempora distinguit Scriptura. De tempore misericordiae dicitur, *Ecce nunc tempus acceptabile, Esai. 55. ecce nunc dies salutis.* Et rursum, *Querite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est.* De tempore iudicij per fatuas virgines docemur, clamantes frustra, *Domine, Domine aperi nobis, quum iam clausa esset ianua.* In quem locum Gregorius, *Tunc regni ianua*

ignos. q. 2.
Matth. 25.
Matth. 20.
Matth. 19.
Tempus misericordiae, & tempus iudicij.
Psal. 100.
In enarrat. ibidem.
2. cor. 6.
Esai. 55.
Matth. 25.
Hom. 12.
Super Euang.

Luc. 21.
Homil. prior de Cruce & Latrone.
Hebr. 10.
Matth. 7.
Terror diuini iudicij.
Sophon. c. 1.
Psal. 9.
Cap. 13.
Cap. 7.
Rom. 2.
Psal. 74.
Iudicium extremum peccatoribus terribile.
Ier. 3.
Ier. 2.

ribus claudetur, quæ modo quotidie penitentibus aperitur. Erit namque, & tunc penitentia, sed fructuosa iam non erit: quæ nequaquam tunc veniam inuenit, qui modo aptum veniæ tempus perdit. Hæc ille. Et rursum alibi, Vitari terror iudicis non nisi ante iudicium potest. Modo non cernitur, sed precibus placatur. Cum vero in illo tremendo examine sederit in maiestate sua, & videri potest, & placari iam non potest, quia facta prauorum, quæ diu sustinuit tacitus, simul omnia reddet iratus.

Moral. lib. 14. cap. 34.

In lib. de Ia. cob. & vita beata. lib. 1. cap. 6.

A T E X S. Ambrosio citat Calvinus. Sed metuis, ne iudex seuerior sit, considera quem iudicem habes. Nempè Christo dedit Pater omne iudicium. Poterit ergo ille damnare, quem redemit à morte, pro quo se obtulit, cuius vitam sua mortis mercedem esse recognoscit? Nōne dicit, Quæ vitæ in sanguine meo, si damno, quem ipse saluauit? Deinde consideras iudicem, non consideras aduocatum? Potest iste seuiorem ferre sententiam, qui interpellare non desinit, & paternæ reconciliationis in nos conferat gratia. Hæc Ambrosi⁹. Ex quibus colligit Calvinus Christū in extremo iudicio de crederentibus in eum utcumque peccatoribus, nō vt terribilem, & iratum iudicem, sed, vt clementē redemptorem, atque aduocatum sententiam laturum. Sed Ambrosium Calvinus vel non intelligit, vel benè intellectum malitiosè peruertit. Loquitur enim disertè Ambrosius de non timenda seueritate Christi in extremo iudicio ab illis fidelibus qui in hac vita cum Christo moriuntur, cum Christo resurgunt. Sic enim in cap. præcedenti disputat. Si in Christi morte dimittuntur nobis peccata, etiam peccatorum nobis passionem in illius morte moriantur, illius crucis clauis affixa teneantur. Christus mortuus est, vt, & nos peccato moremur, Deo resurgeremus. Mortua est caro nostra, quid igitur peccato reuiscit? Quid igitur peccato obediit? Quid igitur peccatum regnat in mortuis, quàm mors, finis peccati sit? Hæc, & multa alia de verè in Christo renatis de bonis ac piis quum dixisset, docet in seq. cap. nihil illis formidandum esse, ne quidem extremum iudicium. Nempè, quia Christus piis, ac bonis, non iudex seuerus, sed iustus remunerator erit, ideoque à talibus eius aduentus in maiestate non timendus, sed diligendus est, iuxta illam Apostoli doctrinam. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem seruavi, Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed, & omnibus qui diligunt aduentum eius: id est, qui sic piè, & inculpate viuunt, vt eum diligere, non formidare possint, sicut viri longo tempore absentis re-ditum casta coniunx diligit, adultera timeret. Sic alio loco Ambrosius eas animas in die iudicij exultat, & dixit, quæ carnem vicerunt, & illecebris eius inflexæ non sunt, quæ pro ito fidelitatis, & innocentia sua securitate potuntur, quæ seruata à se legis Diuina testimonio fulcuntur. Sic Augustinus iudicium extremum formidandum malis propter penam, amandum bonis propter coronam, scribit. Sic D. Gregorius exponens illa verba Ezechielis, quasi aspectus crystalli terribilis, eleganter docet Christum in extremo iudicio venientē in maiestate sua, esse hoc crystallum terribile. Miram, (inquit) quomodo in hoc crystallo conueniat pulchritudo cum pauore. Sed omnibus verè sentibus constat, quia Redemptor humani generis cum iudex apparuerit, & speciosus iustus, & terribilis erit iustus. Quæ enim mansuetum aspectu electi, hunc eundem pauendum, ac terribilem conspiciet reprobi. Sed hunc ideo tunc electi terribilem non videbunt, quia modo terrorem illius considerare non cessant, & quotidie timendo agunt, ne quum venerit pertimescant. Hæc ille. Sic alibi de fatuis virginibus disputans, quæ malos credentes repræsentat: Tunc (inquit) velut in ignito Dominus deserit, quos modo suos per vitam meritum non cognoscit.

Ambrosii verba explicantur.

2. Tim. 4.

consummavi, fidem seruavi, Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed, & omnibus qui diligunt aduentum eius: id est, qui sic piè, & inculpate viuunt, vt eum diligere, non formidare possint, sicut viri longo tempore absentis re-ditum casta coniunx diligit, adultera timeret. Sic alio loco Ambrosius eas animas in die iudicij exultat, & dixit, quæ carnem vicerunt, & illecebris eius inflexæ non sunt, quæ pro ito fidelitatis, & innocentia sua securitate potuntur, quæ seruata à se legis Diuina testimonio fulcuntur. Sic Augustinus iudicium extremum formidandum malis propter penam, amandum bonis propter coronam, scribit. Sic D. Gregorius exponens illa verba Ezechielis, quasi aspectus crystalli terribilis, eleganter docet Christum in extremo iudicio venientē in maiestate sua, esse hoc crystallum terribile. Miram, (inquit) quomodo in hoc crystallo conueniat pulchritudo cum pauore. Sed omnibus verè sentibus constat, quia Redemptor humani generis cum iudex apparuerit, & speciosus iustus, & terribilis erit iustus. Quæ enim mansuetum aspectu electi, hunc eundem pauendum, ac terribilem conspiciet reprobi. Sed hunc ideo tunc electi terribilem non videbunt, quia modo terrorem illius considerare non cessant, & quotidie timendo agunt, ne quum venerit pertimescant. Hæc ille. Sic alibi de fatuis virginibus disputans, quæ malos credentes repræsentat: Tunc (inquit) velut in ignito Dominus deserit, quos modo suos per vitam meritum non cognoscit.

Est ergo Christus Dominus veniens in maiestate sua, & omnes iudicaturus, bonis, ac piis mansuetum, impiis iratus, & terribilis, sed omnibus iustus iudex. Neque verò ideo non erit seuerus iudex, quia misericors est, & perpetuus Aduocatus. Habent quidem pii, & penitentes, vnde iustam consolationem accipiant, quòd idem sit Aduocatus, qui futurus est iudex, iuxta illud D. Gregorij dictum. Est nobis spes magna penitentibus, quia Aduocatus noster factus est iudex noster. Sed, vt hoc præfens tempus non illud iudicij, tempus est penitentia: proprium: sic ad hoc præfens tempus, non ad iudicij momentum, hæc consolatio valet, hæc Aduocati clementia referenda est. Clementia igitur Aduocati, & mansuetudo futuri iudicis, quæ

Lib. de bono mortu. ca. 11.

Enarrat. in Psal. 100.

Lib. 1. super Exech. ho. 7.

Hom. 12. super Euang.

Hom. 34. super Euang.

Christus perpetuo Aduocatus, sed quibus.

cis, quæ, vel hic pœnitentes, vel in illo die iustos, & pios tantum concernit, nihil ad hæreticorum hodie pestilentem fiduciam, & præsumptionem facit, qui sola sua fide cõtentj, ideo se in extremo iudicio propitium iudicem habituros præsumunt, quia semel in eum crediderunt, quia semel per baptismũ, & fidem Deo reconciliati, & iustificati fuerunt. De hac perniciosissima hæreticorũ fraude, & necessaria iudicij extremi cum metu, ac timore expectatione, docet dus hoc loco populus: Non enim in extremo iudicio iuxta fidem, sed iuxta opera vnusquisque iudicabitur, non contra incredulos, (*Qui enim non credit, iam iudicatus est,*) sed contra peccatores fiet illud iudiciũ, denique non propter diffidentiam ante fidei defectum, sed propter iniquitatem, & caritatis defectum illud iudicium instituitur, vt ex omnibus Scripturis prius citatis liquidõ, constat. Quibus adde, quod Danieli in visione apparuit. *Iudicium, (inquit) sedit, & libri aperti sunt.* Illi nempe libri, de quibus clariũ Ioannes in Apocalypsi. *Vidi Thronum candidum, & sedentem super eum, a cuius conspectu fugit terra, & celum, & locus non est inueniunt eis. Et vidi mortuos magnos, & paruos stantes in conspectu Throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libro secundum opera ipsorum: & dedit mare mortuos, qui in eo erant, & infernus dederunt mortuos suos, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum.* Sic de operibus, non de fide dictum est. *Nolite iudicare ante tempus, quoad usque veniat Dominus, qui, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique a Deo.* Deniq; omnes Scripturæ, quæ de die Domini, & extremo iudicio loquuntur, de operum examine, & discussione loquuntur, non de fidei notis, signis, & fructibus, vt nõ minus ineptè, q̃ impiè docet cæcos suos cæcus Beza. Hæc ob causam Christus ipse totum sermonem suum de hoc extremo iudicio, & de suo glorioso aduentu in hoc ipso Euangelio his verbis concludit. *Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini surgere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis.* Postremõ, tam exactum, & rigidum hoc iudicium futurum est, vt non solum

operum, sed, & verborum adeoque cogitationum omnium reddenda tunc sit ratio. De verbis enim dicit Christus ipse. *Dico vobis quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.* De cogitationibus Apostolus dicit, *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, in die quem iudicabit Deus occulta hominum.*

Matth. 12.

Rom. 2.

DOMINICA SECVN-
da Aduentus.

Quid existis in desertum videre?

Matth. 11.



O c v s conueniens tractandi de peregrinatione ad loca sanctorum, vel de reuerentia exhibenda Sanctis in hac vita, seu eremitis, seu anachoretis, seu aliis religiosis, contra hæreticos nostri temporis, qui totum hoc genus deuotionis pro superstitione ducunt, atq; adeo huiusmodi sanctas personas non ferunt, non magis sanè, quàm ipse diabolus, infestissimus semper huiusmodi hominũ hostis. Nam Christus hoc loco peregrinationem quandam ipsorum Iudeorum ad videndum Ioannem in deserto susceptam laudat, ipsumque Ioannis propositum, vitam in deserto eremiticam agentis, magnis laudibus prosequitur. Ait enim, *Quid existis videre? Non ait, quem existis audire? Est enim etiam ad audiendum quoque Ioannem penitentiam prædicantem multi fortasse exierunt, fama prædicationis eius commoti tamen in principio, haud dubiè ad videndum, non ad audiendum exiuerunt, nihil adhuc scientes, an prædicaturus illis esset. Sed Christus hoc loco, de studio eum videndi, non audiendi loquitur; non quod Ioannem audiuisse prædicantẽ laudabile etiã non fuerit, sed quod illo studio prætermissõ, (cuius laus, & fructus euides per se patet) hoc ipso eos laudare vult, quæ etiam videndi illũ causa exiuerint.*

De peregrinatione ad loca sanctorum.

Ioan. 9.

Daniel 7.

Apocal. 20.

1. Cor. 3.

Luc. 21.

Rigor extremi iudicij.

stus enim hoc loco personam Ioannis, vitamque eius Sanctitatem sibi collaudandam suscepit, non tantum functionem ipsam & ministerium, de quo postea dicturus erat. Itaque in his Euangelij verbis totus est in laudibus Ioannis primum propter vitam eremiticam: *La desertio*; Deinde propter huius vitam austeritatem. *Non mollibus vestitum*, in qua negatione intelligit *Pilos camelorum*, & *Zonam pelliceam*: Rursum propter constantiam, & fortitudinem, qua Herodi incesto resistit, idcircoque in vincula coniectus fuerat: negans illum esse, *Arundinem veuio agram*. Denique quia *Propheta erat*, & *plusquam Propheta*: ac postremo quia maior illo inter natos mulierum non surrexit. Laudat igitur Iudaeos, quod hunc talem ac tantum virum videre, in deserto exiuerint, & relictis domibus ac domiciliis suis ad eum videndum profecti fuerint. Erat ergo hoc quoddam peregrinationis genus viro Sancto exhibitum, quale in historiis Ecclesiasticis frequenter legimus, in vitis S. Antonij per Athanasium, S. Hilarionis per Hieronymum, S. Arsenij per Simeonem Metaphrastem, & aliis permultis. Sicuti autem Sanctos viuos inuisere, adire, reuereri laudabile est, ita etiam eorum iam defunctorum monumenta, memorias, reliquias visitare, ad ea peregrinari pium ac laudabile in Ecclesia Christi Catholica semper existimatum est: idque ob tres causas, quas breuiter populo hoc loco exponere non erit inutile.

A M O R & caritas erga Deum & Sanctos singularis, pios mouet, vt quemadmodum ipsos, sic, & ea qua ipsorum sunt, quaque ad eos pertinent, libenter videre honoréque debito venerari cupiant. Tali amore erga Paulum flagrans Chrysostomus (in quo laudando nunquam sibi satisfacere ille Sanctus Doctor potuit) optauit vehementer Romam peregrinari, vt eius illic reliquias inuiseret ac veneraretur. Sic enim scribit, quum iam Patriarcha esset Constantino-politanus, *Si liberum mihi fuisset per curas Ecclesiasticas, & corpus habuissem validum, nihil vniueq; cansatus fuisssem, quo minus tanta suscepta peregrinatione catenas illas Pauli, & carcerem vbiligatus fuisset, viderem*. Rursum alio in loco. *Vellem nunc* (inquit) *in illis locis versari quibus vincula illa manent,*

manent, & catenas videre quas timuerunt quidem demones & horrent, angeli autem venerantur. Si Ecclesiasticis curis essent vacuus, corpusque robustum haberem, nequaquam peregrinationem tantam ferre recusarem, quo catenas solum viderem & carcerem quo Paulus vinculus erat. Hæc ille. Tali amore ardens Paula matrona Romana nobilissima quæ Hierosolymam venisset, Hæc (inquit) requies mea, quia Domini mei patria est. Hic habitabo quoniam saluator elegit eam, teste S. Hieronymo. Hic etiã amor multas ei lachrymas excussit, quum in spelunca Bethlehem, & in monte Caluaria, Christum natum, & crucifixum adoraret, vt ibidem Hieronymus narrat. Tali amore, & Antonius Paulum eremitam viuentem, longo suscepto itinere inuisit, & ipsius Antonij defuncti sepulchrum Hilarion visitaui, vt in vtriusque vita, Pauli, & Hilarionis, Sanctus Hieronymus copiosè describit. Rursum suscipitur hæc à pijs ad Sanctorum monumenta peregrinatio, propter honorem Dei & Sanctorum, quos frequentibus miraculis & beneficiis Deus talibus in locis honorat: Hanc causam, & considerationem Patres antiquissimi testatam nobis relinquunt. Chrysostomus de hac frequenti Christianorum pietate sic scripsit.

Vi regis quidem aulæ videret, nullus unquam peregrinatus fuit. Multi autem reges huius spectaculi gratia sæpe peregrinatus sunt. Futuri namque iudicij signa, & vestigia Sanctorum edes exhibent, vbi demones flagellantur, homines constringuntur & liberantur. Hæc ille. D. Augustinus iuxta communem tunc Christianorum morem Presbyteros quosdam suos ad dubij cuiusdam criminis explorationem quum vnus accusaret, accusaretur alter, ad S. Felicis Martyris monumentum Nolæ in Campania situm peregrinari iussit: *vt certo* (inquit) *placito se ambo constringerent ad locum Sanctum se peregrinatos, vbi terribilia Dei opera non sanam cuiusque conscientiam multo facilius aperirent.* Hæc ille. Sic de Romana peregrinatione testatur dicens, *Principes de seculo credentes ad urbem Romam venerunt, Non terruit ad templum imperatoris, sed memoriam piscatoris.* Sic in sua Africa reliquias Sancti Stephani protomartyris (propter frequentia illic miracula diuinitus exhibita) magno hominum concursu

In epitaphio
Paulæ ad
Eustochium.

2. causa.

Homil. 66.
ad pop. Antioch.

Epist. 147.

Enarrat. in
Psalm. 86

Peregrinationis
causæ.

1. causa.

In homiliis
7. De laudibus
Pauli.

Homil. 8. in
epist. ad Eph.
Homil. 5. in
Iob, tom. 1.

Lib. 22. ca. 8. cursu visitatas fuisse narrat in lib. de Ciuitate Dei. Sic Palæstini & Cyprij circa corpus S. Hilarionis sanctam contentionem habuerunt, apud viros illud rideret, vt in eius vita narrat Sanctus Hieronymus.

2. causa.

Contra Faustum lib. 20. cap. 21.

In epitaphio Paulæ.

Aduersus Filigantium.

De ciuit. Dei lib. 22. ca. 8.

In argum. e. pisc. ad Philimonem.

ΤΕΡΤΙΟ ad excitationem fidei nostræ erga Deū, & ad ostensionem communionis eiusdem fidei cum Sanctis, frequens fit à populo Christiano ad Sanctorum loca peregrinatio. Hanc causam tradit Augustinus. *Ipsum* (inquit) *locorum admonitione maior affectus exurgit ad acuendam caritatem, & in Sanctos quos imitari possumus, & in Deum quo adiuvante possumus.* Sic de Paula scribit B. Hieronymus, & prostrata ante crucē Domini in monte Caluarie, quasi pendentem Dominum cerneret adorabat. Sic quum reliquæ Samuëlis ex Iudæa Constantinopolim transferrentur, omnium Ecclesiarum populi à Palæstina vsque Chalcedonem occurrerunt Sanctis reliquiis (ait Hieronymus) quasi presentem viuentēque Prophetam cernerent, & in Christi laudem omnium voces resonabant: quia Christum in Samuele adorabant. Sic de insigni miraculo factō ad reliquias S. Stephani, sanatis videlicet, ex horribili morbo fratre, & sorore in Ecclesia S. Augustini, ipso præseste. *Exultabant* (inquit) *in Dei laudem voces, & in cordibus exultantium fides Christi erat, pro qua Stephanus sanguinem suum fudit.* Hæc ille. Tali denique intentione optauit Chrysostrōmus omnia Apostolorum acta diligentissimè conscripta fuisse, quid diebus singulis gesserint, in quibus paribus vixerint, quam domum introierint, ubi applicuerint, &c. *Quia*, inquit, *quum loca tantum cernimus ubi sederunt, seu vincti sunt, virtutes quoque illorum conspicimus, & expergiscimur, & promptiores euadimus.* Hæc ille. Has ob causas veteres Christiani ante annos. 1200. ad Sanctorum loca peregrinari, Sanctorum monumenta piè ac religiose visitare soliti sunt, vt hoc genus pietatis nec recens aliqua superstitio, nec inanis deuotio, sed, & antiquissimus, & grauissimus Dei cultus meritò censeri debeat. *Qua de re moneri hoc loco opportunè populus fidelis poterit, quum Christus in hoc Euangelio Iudæos laudet, & ad Ioannem in deserto exhibant, vt cum viderent.*

Existis

Existis in deserto.

Locvs opportunus insignem hodie hæreticorum nostrorum lycophantiam, impudentiam, & in Scripturis deprauandis audaciam populo Catholico demonstrandi. Nolunt enim illi vilo modo vt Ioannes Baptista in deserto propriè dicto, in eremo, in solitudine vixerit: ne eius tam nobile exemplum eremitis & anachoretis nostris patrocinari videatur, ideoque contra expressum Dei verbum, & contra constantem omnium Patrum consensum, desertum hoc multis modis exagitant, & in varium sensum detorquent. Centuriatores Magdeburgenses sic scribunt. *Desertum hoc Ioannes non de aliquo antro ab hominū conuersatione remoto accipiendū nō est, quasi sibi velut visus, & misanthropus delitisset, sicut posterioribus tēporibus eremita, & id genus homines superstitiosos sibi finxerūt cultus, sed in economia sacrorum parentum est educatus, qui habitauerit in loco ad regionem montosam sito, qui vulgo desertum vocabatur.* Et iterum. *Fuit Ioannes in deserto, hoc est, in regionibus circa Iordanem, utpote quæ ad vicinos montes deserta vocabantur, cum tamen in eo tractu circa Iordanem utpote piscoso loco, pratis irriguo, & piscoso plurimi homines habitarent.* Hæc illi belli interpretes verbi Dei. Desertum Ioannis volunt esse loca amœnissima, piscosa & pacuosa, iuxta montes sita. Sed alij adhuc absurdus, si quid tamen magis absurdum dici potest Hegendorphius Lutheranus in comment. super Marcum, prædicare Ioannem in deserto, sic interpretatur, vt sit idem, quod in Iordane vel in synagoga Iudæorum prædicare. Zuinglius desertum hic appellat tribum Iuda, quæ illius iudicio in montanis tunc habitabat. Beza ex hoc deserto regionem saltuosam fabricat. Caluinus ad tropos more suo confugit, exponens, *vox clamantis in deserto.* pro vastitate vel deformi populi ruina. Sarcerius Ioannem in deserto vixisse sic accipi posse censet, ac si dicas Ioannem priuatim vixisse, & educatum fuisse. Bucerus scribit desertum illud non fuisse omnino vastum, in quo nemo, sed in quo sparsim & rari habitabant: sicut in

Hæretici hodie corruptores verbi Dei.

Desertum Ioannis.

Cent. lib. 1. cap. 19. μισάνθρωπος.

in cap. 1.

Marc.

In annot. in cap. 3.

Matth.

In cap. 3.

Matth.

In harmonia euangelicæ.

In primum cap. Lucæ.

In cap. 3.

Matth.

Hercinia

Hercinia silua. Sic videlicet magistri isti mendaces quiduis volunt præter veritatē. Atqui clarissima est ipsa veritas huius deserti, eremum, & solitudinem illam fuisse, in quam se Ioannes contulit. Tale enim Christi desertum fuit, in quod vt ieiunaret 40. diebus, posteaque à Diabolo tentaretur, recessit: de quo deserto Marcus ait. *Et atque cum bestiis, & angeli ministrabant illi.* Non potuit desertius deserti proprietatem explicare. Sic Ioannes, *comedebat mel siluestre*, quia in siluis versabatur, & cū bestiis, vt Christus. Deinde Lucas disertè opponit desertum Ioannis conuersationi communi. Ait enim de illo. *Puer crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis usque in diem ostensionis sue ad Israel.* Ostensio Ioannis ad Israel erat tempus prædicationis eius in regione Iordanis. Sed ante illam ostensionem erat in desertis. Ergo deserta illa, loca fuerunt à regione Iordanis planè distincta, & diuersa. Ideò postea Lucas expressè dixit. *Factū est verbū Domini super Ioannē filiū Zachariæ in deserto: Et venit in omnem regionem Iordanis, &c.* Ecce post verbum Domini ad eum factum, post prædicationis officium ei iniunctum, venit ex deserto in regionem Iordanis. Nō ergo regio aliqua Iordanis hoc desertū fuit, sed locus ab ea planè diuersus ac remotus. An verò dicent isti hæretici Christū ieiunasse in deserto. hoc est, in locis piscosis, & pascuosis circa Iordanem: Est hæc eorum impudētissima audacia, & mētendi libido, populo fideli diligenter explicanda. Patrum consensus hac in re luce meridiana clarior est. Origenes de Ioānis deserto sic scribit. *Non expectauit vt à patre nutritur usque ad diem ostensionis sue ad Israel, sed recessit, fugiens tumultum urbium, populi frequentiam, vicinā ciuitatū, & abiit in desertū ubi purior aer, & cælum apertius, & familiarior Deus.* Chrysostr. de Ioanne sic loquitur. *Statim vt natus est in eremo viuit, in eremo nutritur: Christum expectat in solitudine.* Hæc ille. Hierony. sic scribit. *Vivebat Ioannes in eremo, & oculis desiderantibus Christum nihil aliud dignabatur aspicere.* Eusebius Pamphili tractat ex proposito illam quæstionē. cur Ioannes non in urbibus nec in ipsa Ierusalē, sed in deserto sibi suggestū ad prædicandum

candum elegerit. Euthymius disertè docet Ioannem *Theaur. li. 2.* ab infantia solitariam & eremiticam duxisse vitam. Cyrillus affirmat Ioanē semper eremū coluisse, qui *a Hom. in Vigil. Ioan. Bapt.* robore animi carnem rationi subegerit, &c. Idē testatur *b Beda, Theophylactus, & Callianus, omnēque Ecclesiasticæ historię scriptores, Sozomenus lib. 1. b In cap. 3. Martib. cap. 12. Nicephorus lib. 8. cap. 39. & alij.* Sed hæc est hæreticorum hodie audaciā, contra euidentem *c Collat. 18. cap. 6.* Scripturam, contra communem omnium patrum consensum, quæcunque hæreses ipsorum iuuare possunt, aut fidei Catholicæ præiudicare, ea perfricta fronte, si tamen & fronte, asserere.

Hominem mollibus vestitum?

L O C V S alius non minorem hæreticorum impudentiam cum egregia impietate coniunctam demonstrandi. Laudat hic Christus Dominus, Ioannis Baptistæ vestitum rudem, simplicem & austerum, iuxta id quod Marcus habet. *Erāt Ioannes vestitus pilis camelis, & Zona pellicea circa libos suos, vel vt habet Matthæus, Habebat Ioannes vestimentum de pilis camelorum.* Hanc in vestitu & amictu austeritatem vt duo Euangelistæ singulariter obseruarunt, ita Christus in hoc Euangelio inter ceteras Ioannis laudes commemorat. Sed hæretici vt libenter ipsi mollibus vestiuntur, & à cilicio non secus quàm à colubro abhorrent, idēoque asperum omne amictus genus religiosè asumptum superstitioni deputant: nolunt vllō modo hoc Ioannis vestimentum de pilis camelorum ad vllam vitæ austeritatem vel continentiam singularem pertinere. *Non est consentaneum* (aiunt Magdeburgenses) *crudas tantum pelles camelorum sic fuisse connexas (vt quidam opinantur) sed visitato genere vestitus, quali illi qui ad montosa loca habitabant, induebatur.* Scilicet volumus isti D. Ioannem ab Euangelistis describi, vt hominem quemdam montanum, rudem, ab urbano nitore alienum, ex natura loci, in quo agebat, non autem vt virum sanctum, continentem, seueritatis sectatorem, ex pietatis studio, & sui ipsius mortificandi causa, vt prophetam decuit. Sic apertè Augustinus Marloratus in sua catena. *Non dubium est*

Refutatur
heretici ex
Scripturis.
Marc. 1.

LUC. 1.

LUC. 3.

Patrum con-
sensus.
Homil. 11.
in Lucam.
Hom. de Nat-
ura Ioann.
Eapt.
Epist. 4. ad
Rusticum.
Demonstr.
Euang. lib. 9.
c. 5.
In cap. 11.
Martib.

De austerā
Ioannis vitæ.

Cap. 1.
Cap. 3.

Hæretici refu-
tantur.
Cent. 1. lib. 1.
cap. 10.

In cap. 3.
Matth.

In cap. 1.
cap. 1.

In 3. cap.
Matth.

Hæretici illu-
dunt Scriptu-
ris.

In 3. cap.
Matth.

est, inquit, qui in hic montanum hominem describat Euange-
lista, ab omni urbano nitore, & lautius remotum. Alij hæ-
retici vestitum hunc, vsitatum vestimenti genus
volunt esse, & in communi tunc vsu receptum. Sic
Victorinus Strigelius. In Oriente, inquit, tenuiores homi-
nes vestiebantur panno contexto ex pilis camelorum. Quasi
verò duo Euangelistæ vulgare aliquem vnus homi-
nis vestitum ita singulariter obseruare voluerint,
aut quasi Christus Dominus propter vulgare pau-
perum vestem Ioannem laudauerit. Alij rursus hæ-
retici nec vt hominem montanum, nec vt vulgari-
ter vestitum, sed vt urbanum elegantem volūt Ioan-
nem ab Euangelistis describi. Sic enim Dominus
Chytræus. Vestis, inquit, Ioannis erat contexta ex pilis ca-
meli, similis ei quam hodie vulgo à camelis vocamus kamlot,
vel Schamlot (Anglicè Camblet) Latine undulatum. Non
fuit sordida vestis, neque etiam valde pretiosa, sed mediocris, &
niquis (venusta, ac decens) & in iis locis vsq; us, id est,
bene congrua, urbana ac ciuilis. O delicatos homi-
nes & acutos, qui vt ex eremo loca pascuosa & amœ-
na, sic ex veste aspera urbanam & elegantem, norunt
conficere, vel potius, ô homines impios, qui sic Scri-
pturas sacras norunt peruertere. Hæc tam aperta pe-
tulantia, & tam clarè mendax audacia idoneis verbis
populo aperienda & grauius amplificanda est. O-
stendendum præterea est, quòd ex odio vitæ mona-
sticæ Scripturas peruertere non sunt veriti. Sic enim
se suosque aperte prodidit Buccerus his verbis vsus.
Fuit Ioannes in deserto vilioribus, hoc est deserti incolis affue-
ris cibis & vestibus, panno ex pilis camelorum consilio vesti-
tus, ne quis existimet in morem nostrorum monachorum peculia-
re sibi aliquid cibi, & vestimenti genus delegisse. Hæc ille,
suo se forex indicio prodēs. Sed bene se
res habet quòd religionem catho-
licam impugnare hodiè hæ-
retici non possunt, nisi
cum aperta S. Scri-
pturarum depræ-
uatione.

.

DOM I-

DOMINICA TERTIA

Aduentus.

Ego baptizo vos in aqua.



O C V S non incommodus obiter expli-
candi contra incredibilem hodiè hæreti-
corum impudentiam, nec minorem impie-
tatem, qualis erat Ioannis baptisimus, &
quanto inferior fuerit planèque distinctus ac diuer-
sus à baptismo Christi. Hæretici enim hodiè vnani-
miter omnes Ioannis baptisimum quoad vim & effi-
caciã salutis ac gratiã, eundem planè esse volunt
cum Christi baptismo. Caluinus verò cum suis etiam
idem prorsus ministerium vtriusque esse vult. Sic e-
nim scribit. Certissimum sit idem fuisse prorsus Ioannis mi-
nisterium quod Apostolis postea delegatum est. Hoc autem
non ideo faciunt, vt Ioannis baptisimum extollant,
sed vt Christi baptisimum deprimat, nec vt illam re-
mittendi peccata efficaciam Ioannis baptismo tri-
buant, quam in Christi baptismo Scriptura nos do-
cet, sed vt illam infirmitatem, & inefficaciã, nudam-
que ceremoniam in Christi baptismo esse doceant,
quam in Ioannis baptismo fuisse manifestum est. Hoc
autem tam impudens dogma sustinent, vt suam so-
lam fidem modis omnibus tueantur. Si enim bap-
tisimus Christi salutem, gratiam & remissionem pecca-
torum confert, necessariò sequitur quòd non sola fi-
de homo impius iustificatur. Breuiter ergo osten-
dendum est ex Scripturis & Patribus, Ioannis bap-
tisimum à Christi baptismo toto genere distinctum fuisse,
atque adeò hoc ipso distinctum, q̄ Ioannis baptisimus
non conferebat gratiam, non dedit Spiritum sanctum,
non tribuit remissionem peccatorum (vt Christi ba-
ptisimus) sed ad hæc omnia præparabat, eratque to-
tum eius ministerium preparatorium, sicut persona
eius erat præcursor Christi, parare viam Domino, &c.
Sanè hæc omnia Ioannes ipse clarè & luculenter af-
firmavit, Rogatus enim cur baptizaret, si nec Elias,
nec Propheta, nec Christus esset, respondit non so-
lum

1. 1. 1.
Ioan. 1.

1. 1. 1.

Hæreticorum
turpissimus
error circa
Ioannis bap-
tisimum.

Instit. lib. 4.
cap. 15.
Num. 7.

Erroris cau-
sa.

lum quod in hoc Euangelio habetur, in quo D Ioannes Euangelista ab aliis Euangelistis plenè descripta studio prætermittit. sed etiam quod apud alios tres

cap. 3. Euangelistas habetur. Apud Matthæum. *Ego quidem baptizo vos in aqua in penitentiam: qui autem post me venturus est, ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni.* Apud

cap. 1. Marcum. *Ego baptizavi vos aqua, ille verò baptizabit vos*

cap. 3. *spiritu sancto.* Apud Lucam, *Ego quidem aqua baptizo vos, Veniet autem fortior me: ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni.* Apertè & luculenter docet ipse Ioannes, aliud esse suum ministerium, aliud Christi: alium esse suum baptismum, alium Christi: in suo baptismo non esse Spiritum sanctum, & ignem, sed aquam tantum: in Christi baptismo præter aquam esse utrumque, id est, esse remissionem peccatorum per Spiritum sanctum (cui remissio peccatorum appropriatur, iuxta illa

Ioan. 20. *Christi verba. Accipite spiritum sanctum. Quorum remisit peccata remittuntur eis.) & esse ignem caritatis diuinæ, primum & proprium & præcipuum donum Spiritus sancti, iuxta illud Apostoli. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Vide utrumque hoc quod diximus apud Augustinum clarius explicatum: prius, de verbis Domini, sermon. 11. posterius de baptismo contra Donat. lib. 3. capit. 16. Sed ad hoc discrimen baptismi Ioannis & baptismi Christi clarius populo explicandum, utque intelligat populus audacissimos & impudentissimos esse nostri temporis hæreticos, qui rem in Euangelio tam claram & euidenter audient tamen negare, & semel temerè negatam, postea in hunc usque diem pertinaciter sustinere: notanda sunt ex

Rom. 4. *Euangelica litera tria: Primum quod Ioannes voluit ex industria ostendere suum baptismum à Christi baptismo differre. Causa enim huius sermonis & comparationis quæ facit, illa erat, quod Iudei existimabant illù esse Christum & Messiam expectatù: ideòque mittunt ad illum Pharisei qui rogarent an ipse esset Christus, vel Elias, vel propheta. Quæ omnia negat, sedque infra Christum ita demittit, ut dicat se non esse dignum*

Ex tribus ostenditur baptismus Ioannis à Christi baptismo esse distinctus.

dignum qui soluat corrigiam calceamenti. Rogatus ergo cur baptizaret, docet ex proposito suum baptismum à Christi baptismo longissimè differre, sicuti & eius persona à Christi persona maximè differebat.

2 Secundo docet discrimen sui baptismi & Christi, in substantia & modo rei: *Ego (inquit) in aqua, ille in Spiritu.* Hoc est ego exterius, ille interior: *Ego in aqua tantum sine Spiritu. Ille in aqua & Spiritu: Ego corporalem tantum abluionem adhibeo, quæ præparet ad meliorem, ille spiritualem adhibebit: Tertiò finem & totum fructum sui baptismi explicat, dicens.*

Baptizo vos in aqua in penitentiam, id est, ut ab eo baptizati penitentiam agerent peccatorum suorum. Nempe quum proprium officium Ioannis Baptistæ esset, parare viam Domino; iuxta ipsius in hoc Euangelio responsum, Ego vox clamantis in deserto, parate viam Domini. & iuxta patris sui Zachariæ variètinum: Præbis ante faciem Domini parare vias eius: &c. Via autè ad Christum, id est, ad remissionem peccatorum consequendam per Christum, est penitentia. vnde Petrus in Actis, ut Iudæos ad Christum adduceret, penitentiam (inquit) argue, & baptizetur unusquisque vestrum: propterea hanc viam Ioannes & prædicando docuit, clamans, penitentiam agite: Appropinquabit enim regnum celorum. & in ipso genere vitæ suæ docuit, cuius tanta fuit austeritas, iuxta historiam Euangelicam, ut scribat Chrysostomus, mirabile erat in humano corpore tantam penitentiam videre, & denique in hoc baptismò suo docuit: quia erat quædam protestatio (ait vener. Beda) quæ protestabatur homines ab eo baptizati se penitentiam aduersus Idcirco enim omnibus ad eius baptismum accedentibus dicebat, Facite fructus dignos penitentiae. Eandem etiam ob causam baptizabantur ab illo consistentes peccata sua. Quæ tamen tota penitentia non erat ipsa remissio peccatorum, sed præparatio ad illam, quæ per Christum danda erat, ad quem ille baptizando & prædicando viam parabat. Vt Paulus in Actis docuit dicens, Ioannes: baptizavit baptismò penitentiae populum, dicens in eum, qui venturus esset post ipsum, ut crederent. Quare & eodem loco Paulus eos de nouo baptizari iubet, qui non nisi Ioannis baptismum prius acceperant: nunquam illud

Matth. 3.

Ioan. 1.

Luc. 1.

penitentia ad Christum via.

Act. 2.

Matth. 3.

Hom. 10. in Matth.

Super Marc. cap. 1.

Matth. 3.

Act. 19.

Iud facturus, & baptismus Ioannis & Christi, idem fuisse baptismus, aut eandem virtutem habuisset. Nisi forte hæretici hodie Anabaptistarum furori, & Donatistarum infantia fauentes, repetitionem baptismi probare velint. Illi enim veteres hæretici ex hoc Pauli facto suam hæresim stabilire conabantur, quia Ioannis baptismus & Christi vnus atque idem erat, & nihilominus à Paulo repetitur, quos copiose S. Augustinus refutat, probas Ioannis baptismum à Christi baptismo toto genere differre. Denique hoc sensu scripsit Lucas Ioannem predicasse baptismum penitentiae in remissionem peccatorum: in Christi baptismum accipiendam, & ad quod gratia beneficii, penitentia preparabat. Non aliter sanè quàm Petrus docuit Iudæos sua prædicatione compunctos, vt penitentiam agerent, posteaque baptizarentur in remissionem peccatorum. Nam & nunc, in tota Ecclesia Christi, actus penitentiae est preparatorius, & necessaria dispositio in adultis, ad remissionem peccatorum. Hic totus finis ac fructus erat baptismi Ioannis, vt penitentiam doceret, ac publicè protestaretur, atque per huiusmodi penitentiam ad Euangelij gratiam recipiendam suos discipulos prepararet. Hoc respectu omnium ferè Patrum calculo Ioannis baptismus vocatur preparatorius. Cypillus, Alexandrinus scribit Ioannis baptismum non nisi preparationis vim obtinuisse respectu Christi. Cui ad verbum subscribit S. Basilus in exhortatione ad baptismum. Gregorius quoq; Nazianzenus in oratione de Epiphania, Damascenus de orthodoxa fide, & Leo magnus. Sic D. Hieronymus vocat eum. Praeuum. Dominici baptismus in Dialogo aduersus Luciferianos. Idem docuit Cyprianus ad Quirinum. Ambrosius in cap. 3. Lucae, & super psalm. 37. Chryostomus in Math. Augustinus xxi. plurimas in locis. In enchiridjo, vbi vocat illum preparatorum quoddam ministerium, contra Donatistas de baptismo lib. 5. vbi dicit in baptismo Ioannis spe dimissa esse peccata, re autem ipsius in baptismo Christi. In comment. super euangel. Ioannis vbi ait. Accepit Ioannes ministerium baptismatis in aqua penitentiae parare, iam Dominus. Et tamen in tanto tot celebratissimorum, patrum consensu, & contra tam euiden-

De bapt. con.
Donat. lib. 5.
cap. 10.
Luc. 3.

Act. 2.

In Ioan. lib.
2. c. 57.
58.
Serm. 13.
lib. 4. cap. 10.
Epist. 4. c. 6.
Lib. 1. c. 12.

Homil. 10.
Cap. 49.
Cap. 9 & 10.
Tract. 4.

etidentem S. Scripturae doctrinam, non dubitant hæretici, planè contrarium sustinere. Est hæc eorum singularis impudentia, & intolerabilis audacia populo diligenter explicanda: vt intelligat videlicet populus fidelis, hæreticos hodie verbotenus Scripturam sacram & Dei verbum prædicare, iactitare, & in ore semper habere, re autem ipsa Scripturam ab illis penitus despici, & audacissimè peruerri, vbi contra ipsorum placita Scriptura loquitur.

DOMINICA QVARTATA Aduentus.

Predicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum.

LOCVS idoneus ostendendi contra hæreticos horum temporum, penitentiam esse necessariam dispositionè in statu euangelij, ad remissionem peccatorum consequendam, & non sola fide remitti peccata: vt illi cum magno applausu (quia placentia loquuntur) sed cum certissima animarum peste (quia mendacijs nituntur) docent. Ioannes enim Baptista, vsque ad quem lex & Prophetia, veniens parare viam Domini, non solam fidem, sed fidem cum penitentia coniunctam docuit, vt Paulus disertè in Actis loquitur. Ioannes baptizauit baptismum penitentiae in remissionem peccatorum, dicens in eum qui venturus esset post ipsum, vt crederet. Vtrumque ergo simul coniunxit. Docuit eos credere in Christum, sed ita vt si remissionem peccatorum per illum consequi vellent, prius penitentiam agerent, adeoque fructus dignos penitentiae facerent. Hanc viam & Petrus Apostolus in prima sua prædicatione tenuit. Quum enim Iudæi audita eius concione crederent, (Compuncti enim cordè dicebant, quid faciemus viri fratres, iurbet eos prius penitentiam agere, & postea baptizari in remissionem peccatorum) vbi luce meridiana clarius docuit non esse expectandam remissionem peccatorum, per mortem & sanguinem Christi quacumque fide apprehensam, nisi prius non solum baptizemur, sed etiam penitentiam agamus. Sic Iudæi ad Christum conuersi, audientes ex Petro quod ex cæsto Dei mandato Cornelium gentilem cum suis baptizasset, gloriosè

Act. 19.
Penitentia necessaria ad remissionem peccatorum.
Luc. 16.

Act. 19.
Math. 3.
Act. 2.

Act. 11. cantes Deum dixerunt. Ergo & gentibus dedit Deus pœnitentiam ad vitam. Id est, ergo & gentium hominum pœnitentia (haud dubiè cum fide coniuncta) valet coram Deo ad vitam & salutem, & iustificationem consequendam. Sed & idem de relapsis post baptismum docet scriptura, quod de prima ad Christum conuersione. Simoni enim mago credenti & baptizato, sed in graue crimen relapso, dicit Petrus Apostolus. *Pœnitentiam age ab hac nequitia tua.* Sic fornicarium Corinthium Paulus ad pœnitentiam agendam cogit, ad totam illam ecclesiam sic scribens. *Audite inter vos fornicatio, &c. Et vos inflati estis, & non magis lulum habuistis, ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.* Moxque ipse eum tollit de medio, id est, excommunicat eum, segregans eum de medio fratrum, & iradens eum *Sathanae in iudicium carnis*, id est, in vexationem & (vt Syriaca lectio habet) in exitium corporis, vt *spiritus saluus fiat.* Hoc autem quum factum esset, debitaque pœnitentia peracta, in altera epistola eos consolatur dicens. *Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Quæ enim secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Hæc est ergo Christianæ Ecclesiæ praxis, salutem promittere seu primò ad Christum conuersis, seu in crimen postea relapsis, non per solam fidem, sed per legitimam pœnitentiam cum fide & caritate coniunctam.

Pœnitentia in Euangelio quid significet.

Sed & de eo monendus hic populus, ne quum pœnitentiam in Euangelicis & Apostolicis litteris audiunt, hæc voce nihil aliud intelligant, quam nouam vitam, vel metis in melius mutationem, absque vero odio, vera detestatione & quadam etiam satisfactione peccatorum præteritorum, sicuti hodie suos docent hæretici, propter verbum ab Euangelistis & Apostolis, vsurparum, *μετάνοια*, quod propriè nihil aliud significare volunt, quam resipiscentiam respectu futuri, vt de nouo amplius non peccent. Sed vt magistri mendaces, suos discipulos nequiter decipiunt. Semper enim vox illa *μετάνοια*, vel verbum *μετάνοια*, vox pœnitentiæ, vel pœnitere, in literis Euangelicis & Apostolicis significat, actum mentis cum

eum dolore & labore coniunctum, vel actus laboriosos & tristes, quales propriè significat pœnitentia. Sic apud Mattheum, vbi dicitur, *olum in cinere & cilicio pœnitentiam egissent*, vox Græca *μετάνοια*. Idem **Matth. 23.** eodem modo & apud Lucam legitur. Sic de Niniuitis dicitur, *μετάνοια*, *Pœnitentiam egerunt ad prædicationem Iona.* Hoc autem factum fuit in ieiuniis, in sacco & cinere, in precibus & oratione. Sic Paulus pœnitentiam Corinthiorum vocat *μετάνοια*: suam autem de qua dicit *Sic vos contristati non me pœnitet*, vocat *μετάνοια* quæ propriè significat animi mutationem absque villo necessario dolore. Denique quum dicit, *ut lugeam multos ex iis qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione*, &c. Vtitur verbo τὸν μετάνοιας. Quam sanè pœnitentiam hoc loco ab Apostolo desideratam. S. Augustinus exponit de magis illis & publicis in Ecclesia pœnitentiis. Sed & S. Iohannes in Apocalypsi eodem verbo in hoc sensu vtitur, vbi ait, *Ceteri homines qui non sunt occisi in his plagis neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum*, & *μετάνοια*. Vox ergo pœnitentiæ quæ non secus in nouo, quam veteri testamento prædicatur, & necessaria esse ostenditur, quam Iohannes, quam Petrus, quam Paulus prædicauit & præscripsit, veri nominis dolores ac labores, opera verè pœnalia ad Deum placandum suscepra, propriè in scripturis significat: De quo hoc loco moneri populus fidelis potest, vt de qua pœnitentia præsens Euangelium loquitur, verè intelligat. Plura vide in festo B. Magdalene.

DOMINICA INFRA

Octauas Natalis Domini.

Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum omni contradicenti.



Oculus vultis monendi populum hanc Simeonis prophetiam non solum ad Iudæos & gentiles incredulos pertinere, de quibus Paulus dicit, *Christum crucifixum prædicantes Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam*

1. Cor. 1.

Hæreticis
Christus po-
situs in rui-
nam.

tiam, verum etiam ad omnium ætatum hæreticos
& quidem singulariter ad nostros spectare. Omni-
bus quidem hæreticis Christus positus est in rui-
nam, quatenus nomen eius proficentes, corpus eius
quod est Ecclesia deserunt, ideoque certam sibi &
æternam ruinam creant. Frustra enim in Christum
credit, qui corpus eius quod est ecclesia non tenet.

De unitate
Eccle. c. 16.

Vnde Augustinus. *Ad salutem ac vitam æternam nemo per-
venit, nisi qui habet caput Christum. Habere autem ca-
put Chris-
tum nemo poterit, nisi qui in eius corpore fuerit, quod est Eccle-
sia. Et rursum. Quis membris Christi toto orbe diffusa in Evan-*

Lib. 2. c. 25.
c. Petilian.

*gelio non agnoscunt, nisi membris Christi in iudicio non com-
putantur. Et iterum, Extra Ecclesiam unitatem que quid ope-
rantur hæretici, quamvis magna solertia & diligentia fieri vi-*

Lib. 2. cap. 3.
cont. Parm.

*deatur, tamen nihil illis prodest ad usus ipsam Dei. Hoc
ergo omnibus hæreticis commune est, quod Chris-
ti nomen gerentes, in ruinam tamen & condemna-
tionem illis Christus est, quia corpus Christi non*

Signo Crucis
hæretici con-
tradiciunt.

tenent, quod est Ecclesia, vna, Catholica, & Aposto-
lica. Quod autem Simeon subiecit, *Et in signum cui
contra dicitur nostris hodie hæreticis singulariter con-
uenit. Intelligit enim Simeon signum, seu vexillum
dominice passionis, cui a gentibus, Iudæis, & hære-
ticis contradicitur. De quo signo seu vexillo scri-
psit Esaias. In die illa radix Jesse, qui stat in signum populorum.
Vox signum Hebraicè vexillum significat. Nullum
est autem incarnati filij Dei vexillum aliud quam
crucis. De quo etiam signo suo Christus ipse di-
xit. Nunc præbet in celo signum filij hominis. Quod de ipso*

Esai. c. 11.

Matth. 24.

*crucis signo quod Christum in sua Maiestate venien-
tem præcedet, exponunt veteres Patres, Hilarius, Euthymius,
Theophylactus, & ante eum Chry-
sostomus. Hoc signum (inquit) est ipsa Crux. Crux enim
ipso solo fulgentior videtur. Observatur enim, sol. Crux autem
apparet, quod fieri non posset, nisi solares radios splendore supe-
raret. Hæc ille. Idem docet in sermone de Iarone &
Matth. c. 14. cruce. Siquoque Hieronymus, & ante eum Ori-
genes per signum illud, crucis vexillum intelli-
gunt. Idem denique Hippolytus in Orat. de consum-
matione mundi, & Ephraim in libro de veni-
entia, Damascenus de orthodoxa fide, & Ch-
rillus*

a Can. 16. in
Matt. b. c. 24.
con ad c. 14.
Matth. d. Ho.
77. in Matt.

e In com. in
Matt. c. 14.

f. Hom. 30. in
Matt. c. Cap.
3. h. lib. 4. c.
11.

illus Hierosolymitanus in Oratione ad Constan-
tium. Sed & hoc signum crucis, tamquam salutis hu-
manæ & redemptionis per Christum factæ propriū
insigne, magno illi Constantino primo Imperatori,
qui idem Christi publicè professus est, divinitus in
Cælo apparuit cum hac voce. *In hoc signo
vinces hostes, & pax in ea erit tecum. Quo viso & Christia-
nus & nobilissimus postea Martyr effectus est. Huic
ergo signo, ut pij venerationem exhibent, ita impij
contradiciunt, Iudæi, pagani, hæretici. Nostri autem
hodie hæretici vel maxime. Sic enim contradiciunt
huic signo, ut eius aspectum ferre nequeant, verū illud
templis omnibus exturbant, ut illud per vias pu-
licas deiecerint, ut deniq; varia contumelia in mul-
tis, per Galliam & Germaniam locis illud affecerint.
Impe exegerunt se ad signum, ut postea rem signa-
ta audacius contemnant. Signum crucis ex Eccle-
sue iiciunt, ut tandem Christum crucifixum e cordibus
hominum eliminent. Cuius enim memoria tollunt,
ei denique amorē nullo negotio extinguunt. Luthera-
ri, Caluiniani, Puritani, Anabaptista, crucis signū
sulerunt in Germania, Gallia, Anglia. Horti sobo-
lesque discipuli, Gregorius, Paulus, Luthomirius,
Paetus, Homanus, in Polonia & Transylvania Chri-
stus crucifixus verum Deum proflus negarunt. Sic isti
vbi vis ad signum se exercuerunt, rem ipsam signa-
tam ilipendere didicerunt. Scribit Gulielmus Pa-
radus in symbolis heroicis, ciues quosdam Me-
diolenses, qui in necem Sfortia Ducis conspira-
verat, equum vultum eius & auctoritatem, ita rene-
rent, ut aliquoties rem aggressi, sola vultus quasi
Maiestate percussis a corpore destiterit. Hæc spi-
culatus ad Martium occidendum, missus constanti-
ensis metu perterritus se in fœcæ rediit. Curarunt
imaginem Ducis ad vultum in tabella depicti. Ad
hanc imaginem pugionibus suis confodiendam &
desornandam omnique alio opprobrii genere*

Euseb. de vi-
ta Constant.
lib. 1. c. 12. Si-
meon Meta-
phastes in vi-
ta eius apud
Suarium. 8.
Iulij.

Crucis con-
tempus ad
crucifixum ob-
temnenda
manu ducit.

Antonius
Possennus
in Athesi-
m cap. 13.

ubi nulli
et. m. A

contaminandam, vbi se per aliquot dies studiosè exercuissent, tandem ad Ducem ipsum, in ipso templo publicè occidendum intrepidi accesserunt, & audacissimè occiderunt. Ad eundem planè modum hæretici hodie signo filij hominis contradicentes, vexillum passionis Dominicè contemptum habentes, vexillum regale Redemptoris nostri è templis, è viis publicis, è domibus priuatis, ex omni hominum memoria eliminantes, vel didicerunt ipsi, vel discipulos habuerunt, qui Christum ipsum crucifixum omni diuinitate spoliarent, & totum Redemptionis nostræ beneficium ab eo nobis collatum, nõ obscurarent, tantum sed & penitus obliterarent. De hac impietate moneo hoc loco populus potest, vt intelligat, quomodo Christus respectu hæreticorum nostri tēporis factus sit in signum cui contradicetur.

*Et erat Anna Prophetissa, & hæc vidua, &c.
qua non discedebat de templo, ieiuniis
& obsecrationibus seruiens
die ac nocte.*

LOcus perspicuus, quo contra hæreticos horum temporum ostendatur, ieiunia & orationes se proprie & vere cultum Dei, quod de ieiuniis pertinacissimè negant. Propterea enim præcepta ieiunij non ferunt hæretici hodie, sed vt olim damnas hoc nomine Aërius libera illa esse voluit. Ecclesiam quoque catholicam superflitionis Pharisæicæ argit, & certis & præ scriptis ieiunijs Deum coli & gram Deo obsequium præstari doceat. Error est perniciosus ait Melanchthon) ieiunia & similes aræneæ esse bonæ uera & cultus Dei, cultus Dei est opus mandatum a Deo seruo, Dei testimonio institutum, quo Deus pronunciat se honorifici. Hæc ille. Sic Calvinus de ieiunio disputans, *Quoniam inquit statum huiusmodi cauendum est ne pro opere. merito aut. per se quædam cultus esse uideatur.* Atque contra hos hæreticos dilerte scriptura in hoc Euangelio dicit quod Anna Prophetissa erat *seruiens die ac nocte in templo. Et obsecrationibus.* Vt autem Lucas verbo quo proprie Dei cultum norat, *seruiens.* Sicut enim attritum

cultum significat soli Deo proprium (vt nobiscum hæretici fatentur, iuxta illud Deuteronomij à Christo repetitum, *soli Deo seruias, λατρεύετε*), sic *λατρεύειν* seruire Deo in ieiunijs, est per ieiunia Deum colere, honorare, opus illi gratum & acceptum facere: quod hic de hac sancta uidua discretissimè Lucas profiteatur.

Duo sunt cur hæretici hodie, ieiunia & similia pietatis opera, vel ab ecclesia instituta, vel ex communi Christianorum pietate suscepta, ad Deum cultum pertinere nolint. Vnum est, quia sola opera à Deo mandata vel certo eius testimonio instituta (vt ait Melanchthon) cultus Dei habenda sunt. Alterum est quia (vt Calvinus loco citato subiungit) quum sint res per se mediæ, nec quicquam habeant momenti, nisi propter eos fines, in quos respicere debent, perniciosissima superstitio est cõfundere cum operibus à Deo mandatis, & per se necessarijs non alio respectu. Hæc ille. Sed vt trumque errore sic breuiter reselles, & populum docebis ne propter tam friuolas hæreticorum cauillationes, ieiunia ecclesiastica, aut etiam voluntariè suscepta contemnant. Ad primum responde, axioma esse falsissimum nihil ad Dei cultum pertinere, nullum opus Deo gratum esse, quod non sit à Deo mandatum, vel certo eius testimonio institutum. Nã ne longè abeas, hæc ipsa ieiunia, quæ hæc uidua Anna exercuit, nullo Dei mandato, aut certo testimonio instituta fuisse leguntur. Sed & alia huiusmodi quàm proxima in scripturis occurrunt. Abel, Noë, Abraham, Moyses, ante legem datã Deo altaria erigebant, & sacrificia offerebant, nullo Dei externo mādato instructi. Sic Elias erexit altare super 12. lapides. Rechabitz abstinebant à uino. Magi offerebant Christo munera. Magdalena vnxit pedes Christi & effudit unguentum pretiosum in caput eius (quod bonum opus Christus discretè laudauit) Nicodemus balsamo condidit corpus Domini. Iudæi ferentes ramos palmarū & stratis per viã vestimentis Christum honorarunt. Hemorrhoida tetigit simbriam vestimenti Christi vt sanaretur. Christiani timorati fecerunt planctū magnum super Stephanum

Duo hæreticorum fundamenta contra cultum ecclesiasticos.

primi refutatio.

2. Reg. 18.
Jerem. 35.
Matth. 2.
Luc. 7. Mar.
14. Ioan. 19.
Marc. 11.

Mar. 1.
Act. 8.

Ieiunia & orationes esse cultum Dei.

In locis com. tit. de ceremoniis in ecclesia. Institut. libr. 4. cap. 12. Num. 19.

A. 4.
1. Cor. 16.
et Act 15.

sepelirent eum. Apostoli oblationes Iudæorum fide-
lium acceperunt, ipsique fideles sua omnia ad pedes
Apostolorum posuerunt, ut essent omnia communia,
denique collectas fieri in pauperes Iudæos alendos à
gentibus fidelibus Apostoli statuerunt. Hæc omnia
sine vlllo Dei mandato, sine vlllo certo in Scripturis
testimonio, à solo Spiritu S. edocti, tū Apostoli, tum
alij fideles, tamquam bona opera Deo placencia, & ad
Dei cultum & honorem ordinata fecerunt. Est ergo
axioma falsissimum & definitio mendax, cultum Dei
esse opus mandatum à Deo, & contra tot Scripturas,
quæ multa bona opera commendant, & Deo grata
fuisse ostendunt absque vlllo Dei mandato, externo
videlicet & in Scripturis expresso, ut moderni hære-
tici semper intelligunt. Ad secundum responde, iei-
unium non esse rem per se mediam aut indifferen-
tem sed ad iustitiam Christianam pertinere, sicuti oratio
& eleemosyna pertinent, sicuti Christus disertè apud
Matthæum docet. Vbi enim dixisset. *Attendite ne iusti-
tiam vestram faciatis coram hominibus*, partes huius iusti-
tiam ponit, eleemosynam, orationem, ieiunium. Est au-
tem verissimum ieiunia nihil apud Deum momenti
habere, nisi ob debitum finem suscipiantur. Sed hoc
etiam eleemosynis, orationi, aliisque omnibus bonis
operibus externis comune est: quæ nisi propter Dei
amorem & honorem suscipiantur, ad cultum Dei nõ
pertinent, nec Deo placere possunt. Quo sensu rectis-
simè scripsit Augustinus: *Deus non colitur nisi amando.* Et
Ambrosius. *Affectus, inquit, tuus imponit nomen operi tuo:*
quomodo à te proficiscitur, sic estimatur. Et de ieiuniis diser-
tè sic contra Manichæos Augustinus. *Querimus à vobis*
*quo sine faciatis quod non vescimini carnibus. Finis enim si lau-
dabilis fuerit, & opera ipsa laude digna erunt.* Nec aliter ho-
die in Ecclesia catholica ieiunia laudantur, nisi ut ob
Dei amorem atque honorem suscipiantur. Sius enim
ad animam orationi publica melius preparandum,
sive ad carnem macerandam, sive ex Ecclesiæ præcep-
to, quod non nisi illa duo respicit, ieiunentur, totum
hoc ad Dei cultum sive ad Deum purius atque sincer-
ius colendum destinatur. Sic Anna vidua frequen-
ter ieiunabat, ieiunando Deum colebat, colendo
Deum

Secundi resu-
tatio.

Math. 6.

Epist. 29.
De officio
lib. 1. cap. 30.
lib. de Mo-
rib. Manich.
cap. 39.

Deum prophetico spiritu donata est, prophetando
Christum videre, agnoscere, publicè conteri digna
habita est. Ideo eius hæc pietas in Scriptura euange-
lica proponitur & laudatur, ut contra Epicureos om-
nium temporum, maxime huius seculi, intelligamus
ieiunia frequentia, & orationes assiduas ad Dei cul-
tum insigniter pertinere. Quod quidem vtrumque
nostris hodie delicatis hæreticis vanū ac superstitio-
sum videtur. Quæ de re diligenter hoc loco populus
monendus ac instruendus videtur.

DOMINICA I.

Post Epiphaniam.

*Ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem
in die solenni Pascha. Ascendentibus illis
secundum consuetudinem.*



L O C V S opportunus explicari contra
prophanos nostri temporis hære-
ticos, piam ac religiosam festam ecclesiæ
celebrandi consuetudinem. Sicut e-
nim Synagoga, sic multo magis Ec-
clesia Christi sua habet determinata
festa, in quibus Deum publico indicto conventu col-
lit. Rationes enim propter quas, in veteri populo
vbi semel formam Synagogæ habuit, festa solennia
instituta fuerint, multo magis in Ecclesia Christi lo-
cum habent. Primum, ad beneficiorum Dei perpetu-
am memoriam, de qua causa sic Augustinus.
*Deo beneficiorum eius solennitatibus, festis, & diebus statuis-
dicamus sacramusque memoriam, ne volumine temporum in-
grata subrepat oblitio.* At beneficia Dei per Iesum Chri-
stum multo & ampliora & excellentiora sunt, quam
olim per Moysen, aut alios quoscunque Prophetas,
vel Reges, vel duces Populi exhibita. Deinde in
Sabbatho aliisque solennibus diebus verba Dei
gerentur, audientur & explicantur. Quæ in Eccl-
sia

De festorum
celebratione.

Festa curin-
strina.

De ciuit. Del
lib. 10. cap. 4.

Lib. 1. sect. 6. *ſia* Chriſtiana cauſam explicat Eufebius Pamphil in demonſtratione Euangelica. At nunc auctioreſt Scripturarum canonicarum liber, & multo legendi atque audiendi vberiore materiam ſuppeditat, quam in Synagoga. Tertio, vt propter eos qui magis ſeculo vacant quam Deo, & negotiis huius vitæ implicentur, certi congregationum dies conſtituantur, quam cauſam feſtorum, & Eufebius loco citato, & S. Hieronymus notauerunt. At vt maior eſt Chriſtianorum numerus, ſic maior harum congregationum neceſſitas. Quarto vt iuxta Apoſtolum, *Omnia honeſte & ſecundum ordinem ſiant,* & (vt ait Hieronymus loco citato, & poſt eum S. Leo) *Ne inordinata Populi congregatio, ſed in minueret in Chriſto.* At quanto frequentior Chriſtianorum populus, tanto ſollicitius ab hac inordinata confuſione cauendum fuit. Sunt & alia feſtorum cauſæ, deuotionis incrementum, *Tunc enim efficacioreſt ſanctiorque deuotio* (ait S. Leo) *quando in operibus pietatis totius Eccleſia vnus eſt animus, & vnus eſt ſenſus.* Obedientia meritum. (*Sacrius enim eſt quod publice lege celebratur, quam quod priuata inſtitutione ſitetur,* ait idem Leo) ac denique lætitia ſpiritualis fidelium, de qua multa vide in Conſtitutionibus Apoſtolicis à D. Clemente collectis. In hoc ergo Euangelio vt D. Virgo mater Chriſti, ac Ioseph vir eius, feſta veteris legis diligenter cuſtodire perhibentur, & puerum Ieſum ſecum ad templum duxerunt, ſic nos Chriſtianos decet feſta Eccleſiæ Chriſtianiæ diligenter obſeruare, quicquid hodie contra hunc Catholicorum cultum impiè & inepè hæretici deblaterent. Quare vt varia eorum impietas populo fideli manifeſtior fiat, operæ precium erit breuiter hoc loco exponere, quam varias & diſſidentes hac de re opiniones ſpiritus diſſenſionis Satan (quo magiſtro vtuntur) eos docuerit. Quidam enim nulla prorsus feſta, excepto ſolo Dominico die, quem ita Sabbatho ſucceſſiſſe putant vt ſub præcepto diuino cadat, celebrari debere defendunt. Hanc ſententiam tenent hodie in Anglia Puritani iuxta ritum Geneuenſis Eccleſiæ, & auctore Caluino Inſtit. lib. 2. vbi de ſolo Dominico die celebrando diſputat. Alij nec Dominicum

2. nicum diem obſeruari volunt, ne Iudaismus foueatur, & aliqua dierum obſeruatio fiat. Contra hos diſputat acriter Caluinus loco citato, & videntur eſſe
3. Anabaptiſtæ. Alij ruruſum ſola illa feſta celebrari apud ſuos permittunt, quæ ad redemptionis noſtræ beneficia recolenda faciunt: vt Natalem Domini, Reſurrectionem & Aſcenſionem, itémque Pentecoſten. Hanc ſententiam ſequuntur Helueticæ Eccleſiæ in ſua Confeſſione, & Illyricus in comment. ad Gal. cap. 4. Quarta opinio eorum eſt qui Sanctorum etiam feſta admittunt quidem, ſed eorum tantum, quorum in Euangelio fit mentio, vt Apoſtolorum, B. Virginis, Ioannis Baptiſtæ, Magdalenz, & Stephani protomartyris. Hæc opinionem tenet Bullingerus miniſter Tigurinus in comment. ad cap. 14. ad Rom.
5. Et illum morem ſeruant Eccleſiæ Tigurinz. Quinta opinio eorum eſt qui aliorum præterea Martyrum & ſanctorum feſta celebrant quidem, ſed ex politica tantum Eccleſiaſtica, non ex religione, nec per modum cultus alicuius, id eſt, ad eum ſanè ſinem, vt populus fidelis illis diebus ad audiendum Dei verbum conueniat, & ad imitationem ſanctorum excitetur, nulla autem alia ex cauſa, ne aliquis hic ſanctorum cultus, aut vlla pars religionis ſtatuatur. Sic Anglocaluinifæ ſua feſta colunt, aliaque mollium Lutheranorum Eccleſiæ. Contra quos politici homines ſolum Auguſtini teſtimonium, quem totius Antiquitatis fideliffimum interpretè Caluinus vocat ſufficere poſteſt, qui ſic ſcribit. *Populus Chriſtianus memorias Martyrum religioſa (non politica) ſolemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem (quod ſolum iſti politici volunt) & vt meritis eorum conſocietur atque orationibus adiuuetur.* Hæc ille. Docendus ergo hoc loco populus feſta ab Eccleſia præſcripta religioſa ſolemnitate celebrare, piè ac deuotè colere, aſſiduè in illis templa frequentare, vt parentes Chriſti in hoc euangelio quotannis fecerunt: ab hæreticorum autem Babylonica confuſione & diſſenſione circa feſtorum cultum toto pectore abhorere, cultum denique Catholicum propter grauiffimas cauſas hic citatas inſtitutum, ſicut bonos Eccleſiæ filios decet, reuerenter & obedienter exequi. Vnde S. Auguſtinus

cap. 4.

Contra Fan-
ſium l. br. 10.
cap. 21.

In com. ad
Gal. cap. 4.

1. Cor. 14.

Epist. 4. c. 2.

Serm. 4. de
iunio 7.
mensis.

Serm. 3. ibi-
dem.

lib. 7. cap. 36.

Diſſidentes
hæreticorum
ſententiæ de
feſtorum cele-
bratione.

cap. 8.

nicum

Serm. 253. de
somp.

Augustinus, Recte (inquit) festa Ecclesie colunt qui se Eccle-
siae hos esse recognoscunt. Hinc videlicet haeretici, quia
filij Ecclesiae non sunt sed hostes, & rebelles, ideo
non festa Ecclesiae, sed festa sua & suo cuiusque iudi-
cio approbata, ac denique suo quisque more colunt;
vt ex eorum sententiis tam variis iam enumeratis li-
quido constat.

Et remansit puer Iesus in templo, & non
cognouerunt Parentes eius.

B. Virgo de-
fenditur.

Cam. 1. lib. 1.

Locus necessarius defendendi Beatissimam Vir-
ginem matrem Dei ab impuris hoc loco haeretico
enim multi B. Virginem hoc loco graue peccatum com-
mississe volunt, qd filium suum amiserit. Sic Lutherus
& Melancthon in postilla super hanc Dominicam,
Brentius homil. 19. in Lucam, Lossius in ca. 2. Lucæ &
Magdeburgenses docuerunt. Atque adeo cū Eua pec-
catrice propter hoc peccatum rōserunt B. Virginem,
& aiunt in perdendo Salvatore mūdi sic hanc peccas-
se, sicut illa in perdēda originali iustitiā. Sic norunt
isti haeretici sanctorum facta pessimē interpretari, &
nequit exaggarare. Non contenti beatissimam Dei
matrem non venerari, etiam criminari homines im-
puri audent. Sed hanc criminationē ex destinata ma-
litiā profectam, & nulla ratione fundatā, ipsimet al-
terius sectæ haeretici vt barbaram & impiam explo-
dunt. Zuinglius enim apertē dicit puerum Iesum in
templo remansisse, non pueri contumacia, nec parentum ne-
gligentiā, sed singulari quadam Dei providentiā. Idem scribit

In 2. cap.
Luc.

In Luc. 2. 2.

Bullingerus. Parentes inquit pueri curam satis diligentem
habentes nihil hic peccauerunt per negligentiam, Et probat
ex Euangelio. Nam singularis parentum sedulitas & virgi-
lantiā in eo reuelat, quod primo mox ille diligenter inquirūt pue-
rum & eo non inuenio vbi eum reperit. &c. Sed & quis nō
videt qd ipse Euangelista ab omni culpa parentes ex-
industria liberat dicens, Existimantes eum esse inter cog-
natos & notos Denique ipse Calvinus hos crassos Lu-
theranos acutē refutat. Ex plurib. (inquit) Scriptura locis
constat turmatim iter facere solitos, qui diebus festis veniebant in
templum adorandi causa. Quare non mirum si primo die Ioseph
& Maria

In Harmon.
Luc.

et Maria de puero minus solliciti fuerunt: postea vero se non
pariter vel neglecto secutos fuisse ostendunt. Hæc ille.
Quod autem beatissimā Virginem hoc nomine cum
Eua ipsi nouatores comparāt, intolerabilis & inscitia
& temeritas est. Certē Sancti patres longē aliam vtriuf-
que comparationem instituerunt.

Auxilix peccati Eua, auxilix meriti Maria: Eua occidendo
obscuro, Maria viuificando profuit. Illa percussit, ista sanauit.
Hæc Augustinus. Nec aliter Hieronymus. Mor. per
Euam, vita per Mariam. Sed vtroque antiquior Irenæus.
Eua seducta est vt effugeret Deum: Maria suasa est vt obedi-
ret Deo, vt virginē. Eua virgo Maria fieret aduocata Et om-
nium antiquissimus Tertullianus. In virginem adhuc
Eua os impiebat verbum adificatorium mortis. In virginem e-
que introducendū erat verbum extructorium vite, vt quod per e-
iusmodi sexum abierat in perditionem, per eundem sexum redi-
geretur in salutem. His adiunge D. Bernardum, Eua prius
peremptrix quā parens, prius peccauit quā peperit. Maria
prius reparatrix quā parens. Quæ etiā est Iustini Mar-
tyris comparatio. Sic norunt patres Euam cum Ma-
ria comparare. In laudem non in vituperium: ad ex-
cellentię condemnationem, non ad similis infamiæ
notam: idque iuxta Angeli encomium. Benedicta tu in
mulieribus. Hic ergo cum S. Ambrosio meritō exclam-
et Concionator. Claudat ora sua perfidia, obmutescat
ne matrem Domini audeat temerare conuicio. Sed hæc
horum hominum impietatem sequentes adhuc circa
hoc Euangelium criminationes magis docebunt.

Fili quid fecisti nobis sic? Pater tuus & ego dol. &c.

Locus alius improbas haeticorum hodie ca-
lumnias abstergendi, & Sacratissimæ Virginis
honorem tuendi. Hic enim iterum suam Sanctos ca-
lumniam libidine exercent. Expostulant parentes (ait
Bullingerus) pro iure suo cum filio & non sine commotione
rogant, cur ipsos coniecerit in tantum marorem. Sic^a Magde-
burgenses, ^b Pelicanus, ^c Coruinus, ^d Maior, & alij, ^e in postilla.
Brentius & f. Spangebergius: mirè hic rhetoricatur, d In hanc
& Matrem Christi introducunt de mandato Dei cir-
ca parentes honorandos à Christo violato ygtauisse. ^f ^g ^h ⁱ ^k ^l ^m ⁿ ^o ^p ^q ^r ^s ^t ^u ^v ^w ^x ^y ^z
simè & acerbissimis verbis expostulantem. Sic & in Luc.

Serm. 18. de
Sanctis.

Epist. 21. ad
Eustochium.
lib. 5. c. 19.

In lib. de car-
ne Christi.

Hom. 3. super
Missus est.

In colloquio
cum Trypho-
ne.

Epist. 79.

b. Virgo de-
fenditur.

In cap. 2.

Lucæ.

a Cei. 1. li. 1.

b In 2. c.

Luc.

c In postilla.

d In hanc
dom.
e Hom. 20

f g h i k l m n o p q r s t u v w x y z

f & g super g Loffius, Cur contra obediētiam quam nobis debet, hunc Domin. māfisti Hierofolymis, quē & sequitur h Sarcus. Cōtra quorum omnium petulantiam vtatur concionator verbis R. Paris Canisij, in sua Mariana. Deum immortalem? An quisquam magis turbulentos & patheticos interpretes Euangelij sacri vnquam vel legit vel audiuit? Ira, odio, inuidia aliisque fœdis & insanis affectibus hos flagrare necessum est, qui tam fœda & ab omni humanitate aliena ab ipsis sanctis in Christi contumeliam dicta profundunt. An verò decet in scripturis hoc modo ludere, neque modò suspectam sed & infamem Mariæ personam leuissima de causa omnibus reddere? Hæc ille. Sed omnem hanc Lutheranorum sapientiam tanquam calumniam ineptissimam reicit Caluinus in sua harmonia Euangelica. Et sanè si verum est, quid falsum esse non potest, quod de hac Beata Virgine scribit Augustinus, *Non potuit Maria diuinitati Christi non esse credula, quia nouerat hunc se non virili semine sed diuino spiramine, nunciante Archangelo concepisse, fieri non potest vt vllam expostulationem acerbam hæc verba contineant.* Quare hæc verba Græcus hoc loco Scholiastes, dolorosam quandam inquisitionem quæ matrem decebat, non acerbam aut arrogantem expostulationem, fuisse exponit. *Miranda (inquit) Dei genitrix maternis affecta visceribus quasi cum lamentis inquisitionem dolorosam ostendit, & omnia sicut mater fiducialiter & humiliter & affectuose exprimit.* Hæc ille. Sed & verba Euangelij hunc sensum apertissime ostendunt. *Fili, inquit, non dicit, ô puer. Amorem suum explicat, non auctoritatem vel indignationem.* Deinde addit, *Dolentes quærebamus te. Non dicit. Merito tibi offensus vel irati quæsiuimus te. In omnibus amorem & dolorem maternum exprimit.* Et hic ergo loci habent illa Ambrosij verba de matre filiorum Zebedæi scripta, quæ à Christo peteret quod nesciebat. *Nescimus materna viscera patientiã Error si est. prius est Matrè considerate, matrè cogitate.* Hæc ille. Postremo doceddi sunt isti ignari hæretici, docedus quoque populus, ne ignarus ab ignaris decipiatur: potuisse B. Virginem rectissima voluntate, filij præsentiam perpetuam & indiuisam expetere, etsi Dei vo-

luntas

luntas alia esset: sicut David recta voluntate, & in Scripturis laudata, voluit templum Deo ædificare, quod tamen Deus non ab illo, sed à filio suo ædificari voluit. Sic vxor mariti & filius patris vitam recta voluntate velle potest, vtroque ad mortem iuste damnato. Nam & idè nullus tam barbarus Rex aut princeps est, qui vxoris aut filij aut cuiusvis amici pro damnato legitime marito, patre aut amico intercessionem crimen læsæ iustitiæ interpretetur, aut puniendam censcat, sed contra quodam tacito iure naturæ admittit. Huius rei ratio est, quòd tenemus quidem conformare voluntatem nostram diuinæ voluntati & Superiorum nostrorum, formaliter, vt loquuntur Scholastici, id est, quatenus illa refertur ad commune bonum quatenus considerat generale ordinem ac dispositionem rerum, quod quidem commune & generale bonum à Deo semper, à Regibus & Principibus in iustitia administranda vt plurimum respicitur & spectatur. Non autem tenemus id semper facere materialiter, id est, apprehendendo & considerando quodcumque particulare bonum in se, & nobis proportionatum. Sæpenumero enim quod nobis bonum est, generalitati aut communitati siue totius vniversi siue vnus regni aut Reipub. malum est: nobis illud sine vlla culpa nostra ignorantibus. Non ergo offenditur superior potestas in desiderio priuati boni cuiusque (nihi fortè bonum commune nostro priuato cōtrarium nobis reuelare: vt in exemplo Dauidis superius allato, qui audita contraria Dei voluntate quòd non per illū sed per Salomonem eius filium templum ædificaretur, acqueiuit) quod sit communi bono contrariū, quam diu certè generale illud principium integrum apud nos manet, si Deus voluerit, si Superiori potestati ita videbitur. Sic omnino in re proposita, non vel minimum peccauit B. Virgo dolendo Christi pueri absentiam, & eius præsentiam desiderando, quod erat illi bonum, etsi Deus aliud tunc bonum illa nesciente voluerit, quia nec illam aliam Dei voluntatem illa sciuit, aut scire tenebatur, nec hoc suum desiderium ita tenuit quin diuinæ voluntati in omnibus se

2, Reg. 17.

Serm. 1. de
Assumpt. E.
Virg.

Lib. 5. cap. 3.
ue fide.

DE AVTO
REACTIO

se conformaret, parata id velle, quod propter commune & maius bonum Deus fieri vellet: Qualis erat hæc Christi in templo absentia, & cum doctoribus disputatio, vt sic puer Iesus qualis esset paulatim innotesceret, manente hæud dubiè eius facti memoria vsque ad ætatem adultam, quando se palam manifestauit. Quare audita Christi responsione quod in his eum esse oportebat, que patri in crant, id est, quod etiam in illa puerili ætate aliquod diminitatis suæ testimonium, & legationis suæ specimen exhibere debuit, sicut in ætate infantili varia testimonia exhibita fuerant, penitus acquieuit beatiss. Virgo. Hæc fortasse non incòmodè hoc loco explicari populo poterunt, vt intelligat B. Virginem sine vllò planè vitioso affectu, sine vlla lenitate muliebri, sine vlla Dei vel minima offensione, Christi filij sui absentiam doluisse, doloremque suum verbis affectuosiss expressisse. *Fili quid fecisti nobis sic?*

Quid est quod me querebatis? Nesciebatis quod in his que Patris mei sunt, oportet me esse?

inoria cum tali facto coniuncta) docere voluit. Nempè vt fidei vim ac virtutem doceret, qua si pollerent, non solum scens arefacerent sed & montes transferrent, sicuti mirantibus Apostolis Christus rem explicat. Sic omnino hoc in loco Christus, sic respondens parentibus suis, non illos obiurgat, sed affantes docuit, atque adeò nos vsque hodie docet. Triangitur his verbis docere voluit. Primum & præcipue aduentus sui in hunc mundum causam iuxta illud quod apertius postea Pilato dixit. *Ego in hoc natus sum, & ad hoc in mundum veni, vt testimonium perhibeam veritati.* Sic in hoc templo cum doctoribus differuit, docens eos veritatem. Secundò docere voluit Dei cultum omnibus præferendum, etiam parentibus carissimis. Tertio docet parentes non sic liberis suis indulgere debere, vt eorum salutem aut Dei honorem impediunt. Et has ob causas vtitur insolita docendi libertate, vt doceat quum causa Dei agitur, quum de Dei gloria fit quæstio, obedientiam parentibus debitam cessare.

Ioan. 19.

At illi non intellexerunt verbum.

B. Virgo defenditur.

Homil. 20. in Lucam.

Math. 21. Marc. 12.

Locus adhuc alius defendendi B. Virginis honorem & innocentiam, contra petulantres & arrogantes Nouatorum hodie reprehensiones. Dicit hoc loco Brentius *Christum parentes suos grauius obiuirgasse, imò & penè abnegare voluisse.* Sed hoc est, *trouicere margaritas ante porcos;* committere Scripturas hæreticis tractandas, sanè vt pedibus eas conculcent, id est, vt suis sordidiss affectibus eas subiiciant; & Christi sanctissima verba mysterij plena humanis passionibus polluant. Christus alio in loco sicuti non ferenti fructum, quum sanè tempus ferendi fructum non esset, maledixit tamen quòd fructum non ferret; & sic maledixit, vt statim arefceret. Qui nudam hic literam respicit, & facti corticem tantum inspicit, existimabit absurdum aliquid Christum fecisse. Sed mysterium & occulta quadam doctrina erat, quam Christus hoc suo facto (vt doctrinæ tenacior esset memoria

Hic rursum scdam ignorantiam B. Virgini hæretici moderni impingunt, Lutherus, Spangenbergius, Lossius, locis citatis, quòd videlicet mundanum & pompaticum Christi regnum cogitās, de vera eius & salutari in hunc mundum missione nihil scierit, oblita eorum omnium, quæ ab Angelo, & aliis audierat ac viderat. Sed petulantes hæretici, vt stomachum suum sic & iustitiam perdūt, dum Beatiss. Virginem in scitiæ accusant. Quod enim Euangelista dicit, *Non intellexerunt,* hunc sensum habet, Ad plenum non intelligebant sublimitatem diuinæ virtutis in Christo: nec modum adhuc sciebant, quo munus suum obire vellet ad quod missus erat. Denique sic præ gaudio inuēti filij admirati sunt vt non plenè caperēt, quod dicebatur, sicuti a postoli præ dolore & tristitia non intellexerunt, quæ Christus de sua morte

B. Virgo defenditur.

Luc. 18.

Calvinus in
Postilla in
hanc Dom.

& passione verbis tamen apertissimis illis prædixit. Itaque quod B. Virgo Christi verbum ad momentum non intellexerit, quâ in templo loqueretur, non arguit eius ignorantiam postea permanentem & stabilem, ut hæretici ex hoc loco stultissimè inferunt, Maria erravit, ergo Ecclesia potest errare. Atqui B. Virgo sic Christum intellexit & sic non erravit, ut conservaret omnia verba eius conferens in corde suo, sicuti in hoc Evangelio subiungit Lucas

DOMINICA SECUNDA
Post Epiphaniam.

Ioan. 2. Dicit Mater Iesu ad eum. Vinum non habent. Dicit ei Iesus, Quid mihi & tibi est Mulier.



OCVS illustris tam ad hæreticorû hodiè petulantiam, arrogantiam, ignorantiam, & impietatem populo explicandam, quàm ad B. Virginis Matris Dei iustam laudem & innocentiam contra illos defendendam. Impuri hæretici, quò in loco Beatissimæ Virginis virtutes varias observare & iustis laudibus prosequi debebant, eo in loco varia & horrenda crimina illi impingunt, suarûque stultitiæ & impietatis Christum testem & assertorem esse volunt. In his enim B. Virginis ad Christum verbis, *Vinum non habent*, nos Catholici observamus in B. Virgine primum beneficentiam & caritatem ac subueniendi promptitudinem, quod deficiente in nuptiis vino, re ad honestatem etiam non ad necessitatem pertinente, necdum à quopiam rogata, defectum illum filio suo aperire, & pro eo intercedere voluerit. Sed & ex eo colligimus, quòd multo magis in cælis posita pro necessitatibus nostris apud filium suum intercedet, ut certissima & promptissima aduocata. Neque hæc nostra collectio superstitiosa est, sed solida & firma, qualemque doctissimi in Ecclesia Patres iam ante mille annos fecerunt. Nam S. Hieronymus sic de S. Stephano

Varie P. Virgine virtutes.

In lib. contra Vigilantiam.

phano colligit. *Stephanus* (inquit) *primus Martyr in Christo pro persecutoribus vitam accipere: & postquam cum Christo esse cepisset, nimis valebat: S. Chryostomus sic de D. Paulo colligit. Si Paulus cum hic esset, usque adeo dilexit homines, ut quam assidui & cum Christo esse cuperet, elegerit hic esse immo magis illic feruentiorem amorem ostēdet.* Sed & nos ita colligimus. Si B. Virgo pro vino in nuptiis nec rogata apud filium intercedere voluit, quanto magis in Cælo apud Filium constituta pro veris & solidis bonis intercedet? Sed & illud observandum putamus, primum Christi miraculum, primum in terris gratiæ suæ beneficium, ad B. Virginis intercessionem factum fuisse. Vnde colligimus singularem illum pro humano genere aduocatum esse, iuxta doctissimi & antiquissimi Patris Irenæi verba. *Virginis Eva Virgo Maria facta est Aduocata.* Secundo notamus eximiam hic B. Virginis de Christo fidem. Nunquam enim hunc defectum ei proposuisset, nisi facile eum ei mereri posse ac velle crederet: vnde postea addidit. *Quodcumque dixerit vobis facite.* Tertio modestiam & reuerentiam erga Christum singularem in B. Virgine observamus, qua paucissimis verbis defectum exponit. *Vinum non habent?* reliquum Christi bonitati permittens. Quarto etiam prudentiam notare licet. Non enim rogat, ut vel hoc vel illo modo vinum adesse iubeat miraculi auida, sed Christi potentiam non ignara, rem exposuisse contenta, cetera tacet. Atque has quidem egregias virtutes hoc in loco Catholici interpretes observare didicerunt. Nostri contra hæretici sicuti & veteres ex eodem flore venenum colligunt. Nam ut veteres hæretici suis hic hæresibus patrocinium quesierunt, sic & hodie nostri. Manichæi ex hoc loco B. Virginem non veram sed putatitiam tantum Christi matrem esse collegerunt, quia mulierem vocat non matrem. Quibus Augustinus respondet. *Quo modo non observatis quod toties in aliis locis Evangelista vocat eam Matrem Iesu? Sic hodie hæretici quia semel Paulus panem vocavit sacram Eucharistiam, non attendunt quòd & ipse Paulus & Christus, Corpus appellant. Heluidiani ex hoc loco probare voluerunt, quòd non virgo sed*

Ho n. 23. in Ep. ad Rom.

S. Ioh.

S. Ioh.

S. Ioh.

Lib. 5.

Chrysof.

Hom. 20. in Iud.

Hæreticorum impie observationes.

Tract. 8. in Ioh.

Hieron. cont. Heluid.

coniunx, & plurium liberorum mater erat in sensu Latino, quia Mulier vocatur. Non desuerunt qui & parerum conceptum in fideli Christiano à Christo hoc loco doceri cauillarentur, de quibus Iustinus Martyr. Sic nostri hodie hæretici ex his verbis B. Virginis contemptum, contemptores ipsi inferre uoluerunt. Mulierem uocat per contemptum, ait Lutherus, sicuti & Paulus ad Galat. 4. *uocatum est Muliere.* Alij nescio quæ horrenda uitia in hoc B. Virginis factò notant. Oecolampadius ambitionis uitium notat. Hoc (inquit) uiget, ut ceteri uideant futurum suum longè præstantiorem. Brentius non ueretur summam impietatem, & diuini honoris appetentiam B. Virgini hoc loco impingere. *Marius* (inquit) *non cum tantum ambit honorem qui debetur parentibus, sed etiam ambit honorem Matris, & cupit esse quasi socius administrandi eius officii, quod Christo diuinitus mandatum erat. Ibi tum Christus durissime eam alloquitur, ut commentari sanè intratèrmine sua non audeat.* Hæc ille impurissimus homo. Alij uolunt B. Virginem hoc Christi responso propter eius audaciam acriter redargutam, & in ordinem redactam fuisse. Sic Melancthon. *Christus* (inquit) *uocat eam reuocet, ut equet alijs hominibus, cum inquit Quid mihi tecum est mater? Quasi diceret: quia mater es, ideo uidebis alienius prærogauis merito à me impetratura. Ideo scias te non plus esse apud me, quam uel mulier peccatrix est, uel Syrophaëssa. Tamen impetrabis, quanto uelociter misericordie. Hæc ille ineptus Philippus, & uerè cæcus Magister, qui multos cæcos in foueâ secum pertraxit. Refutat eum Caluinus ipse, & ab omni ambitione & alio carnali affectu B. Virginem liberat, in sua Harmonia Evangelica. Exponat ergo hoc loco prudens Cõcionator ueras & solidas causas, cur Christus in hunc modum Matri suæ responderit, idque ex S. S. Patribus desumptas, nõ ex malitioso cerebro depromptas, ut faciunt hæretici, noui ac veteres. Primum responderit Christus Matri suæ, nihil mihi tecum in hac re commune est, sicut illud, *Nihil tibi & iusto illi, id est, nihil sit tibi cum illo negotii. Quid mihi & uobis dicitur Sarum, id est, Quid mihi uobis uideat? & tibi hoc id est, Quid tibi eum patet?* ut ostenderet Beatam Virginem non diuinitatis sue*

per quam miracula facturus erat, sed humanitatis tantum Matrem esse, ideòque in hoc negotio nihil sibi cum illa commune esse. Sic Augustinus exponit. *Miraculum ergo est Mater. Si ille tantum non agnoscit miserabilem uiam operaturus facta diuina.* Sic Theophilus Alexandrinus. *Quia Deus ueri faciens miracula & homo per Matrem uocata tractant, mysterium operaturus nihil sibi cum Matre commune habere ostendit.* Eadem causam reddit Euthymius in comm. ad hunc locum. Secundò sic respondit, ut ostenderet se miracula facere non debere ad petitionem amicorum & familiarium, sed ad Dei gloriam & hominum necessitatem. Sic Cyrillus Non à se neque non rogatus ad obsequium miraculorum Dominus solet peruenire. *Necessitati enim aique sui hominum gratiam quam præbere solet, Sic Chrysostomus. Non sunt hæc liberis ad Matrem loquentis, sed diuina dispensationis uerba, ut ammoneret, ne dignitate miracula facienda. Quæ enim familiarium precibus impetrantur, quatenus magna, rursus tamen magni sunt. An tibi gratias quot datur omni caret suspitione.* Hæc ille. Tertio ad ipsius B. Virginis maius meritum sic respondit Christus. *Ne* (ait Chrysostomus) *si semper a te honoraretur, & non tantquam Dominam illum haberet, non esset per humilitatem ad illam altitudinem caeli, ad quam uocata est.*

4. Rufum propter nos & nostram doctrinam sic respondit, ut ad uocatum semel conuersi (ait Bernardus) *de carnali propinquitate minus simus solliciti. Docet nempe in causa diuini obsequij nullos carnales parentes Christianum habere. Sic Albertus Magnus. Tacentio est instructoria, quia in diuinitate dei sunt. Matrem recognoscere non debemus. Præterea durius Christus respondit Matri, non ut eam repelleret, sed ut hac dilatione eius sapientiam manifestaret, ostenderetque illam mysterij non fuisse ignaram, cuius gratia sic respondit: id quod ex sequentibus Euangelij uerbis luculenter patet. Hoc enim accepto responso illa tamen optimè Filium intelligens pergit ministris dicere. *Quodcumque dixerit uobis, facite.* Numquam certè hoc dictura, si uel iratum sibi hoc responso Filium existimasset, uel sese ab ipso obiurgatam iudicasset, uel petitionem suam reiciendam putasset,*

Respon ad q. 46.

In Com. ad Gal. 4.

In c. 2. Ioan.

Hom. 21. in Euang. Ioan.

Annotat. in in Euang. Ioan. circa cap. 2.

Causæ epr Matri sic Christus responderit.

Matth. 27. 2. Reg. 16. 1. Reg. 19.

Tract. 8. in Ioan.

Allegor. in Ioan. lib. 2.

lib. 2. c. 23. in Ioan.

Hom. 20. in Ioan.

Ibidem.

Serm. 2.

In Euang. Ioan. c. 2.

set, vel denique de filij sui benignitate ac potentia quicquam dubitasset, vel postremo, hæc Christi verba prudenter non intellexisset. Notant etiam hanc causam veteres patres. *Venerabilis Maria* (ait S. Maximus) verè *vi mater Domini futura prænotescens, ac Dominicam prævidens voluntatem, sollicitè multos admonuit dicens, Quod cumque dixerit vobis, facite.* Sciebat presulo mater sancta oburgatione illi Domini, siquæ sui non irascens offensam prætereundere, sed misc. antea portare mysterium. Sic & ante eum Gaudentius Brixiensis episcopus S. Ambrosio contemporaneus: *Isa, inquit, beatissima Maria, agnito responsionis huius profano mysterio intellexit non suggestionem suam presentem aspersione acceptam, sed secundum illam spiritallem rationem in mysterio tunc atlantam.* Alioquin non mandaret ministris: *Quodcumque dixerit vobis, facite, nisi spiritu S. post partum diuinum plena, non solum responsionis Christi virtutem cognouisset, verum etiam futuri ab eo tunc ex aqua vini vniuersum ordinem præuidisset.* Hæc ille. Postremo nec illa causa absurda est, quam assignat Albertus Magnus Theologus doctissimus. *Non hoc Christus ex ira dixit, &c. sed humillimus noluit detegere virginitatem matris, ne per hoc gloriosus in conspectu hominum appareret, antequam per miracula manifestaretur.* Durius ergo etiam propter hoc respondit, ne aliud quam communis mater adhuc putaretur. Hæc causa à veteribus & S. S. Patribus annotatæ magis Christianum, & Christo dignum docent sensum, quam petulantes & improbæ hæreticorum cauillationes, quæ totæ malitiam spirant.

Haurisc nunc & ferte Archi-
triclino.

Locvs observandi contra hæreticos aquâ hic in vinum mutatam sola Christi voluntate, nullis aut verbis, aut ceremoniis adhibitis. Si enim solum ac sola voluntate, nullis prolatis verbis, vel significantibus, vel operatoriis, nullo adhibito contactu, nulla benedictione, nulla gratiarum actione premissa (nisi fortè hæretici nostri hoc loco, vt hoc argumentum declinent, dicere velint, hæc omnia Christum

stum in hoc miraculo fecisse, etsi euangelium ea non commemorat, atque ita hæc nunc vice illud principale axioma suum deserent, quò sustinent nihil credendum, nisi quod scriptum est, conuertit aquam in vinum, idque præstantissimum & in magna copia: quare iidem hæretici non credunt (quod tota credit ecclesia) Christum tot verbis, tot ceremoniis, tantæque & tam clara asseueratione vsu, panem in corpus suum vertisse? Illic & prædixit dilerè, *Panem, quem ille daturus erat carnem suam esse, quam pro mundi vita daturus erat: & ante ipsum opus præfatus est, se desidero desiderasse hoc pascha manucare cum discipulis suis,* hoc inquam pascha, quo pro agno paschali verus Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, manducandus erat: & opus aggrediens panem in manus accipit, acceptum benedicit: gratias agens de accepto & benedicto pane dicit, *Hoc est corpus meum:* Addit quoque vt intelligant eum non mysticè, sed proprie loqui, *Quod pro vobis tractatur?* Subiungit quoque, ne pro miraculo semel duntaxat facto rem acciperent, *Hoc facite in meam commemorationem.* Hic verò in hoc miraculo nec prædixit aquam in vinum vertendam, nec præfatur aliquid quasi rem nouam facturum, imò matrem de hoc miraculo suggerentem obiurgare videtur, & alieum se ab omni operatione excellenti ostendere; nec ipsam aquam vel in manum accipit vel benedicit, vel vinum fieri, aut iubet, aut asserit; sed sola (vt dictum est) voluntate aquam in vinum conuertit: & creditur vera fuisse ac realis conuersio, non figuratiua, non mystica. Multo igitur magis, multo certius credere debemus Christo dicenti, *Hoc est corpus meum,* ita se verè rem habuisse vt dixit, illudque quod in manibus tenebat, etsi panis videretur oculis, corpus tamen suum verè fuisse, & sic ab Apostolis creditum esse. Nec est hoc nostrum argumentum. Sic Cyrillus Hierosolymitanus argumentatur. *Christo (inquit) conseruante ac dicente, hic est sanguis meus: quis inquam dubitet ac dicat non esse illius sanguinem? Aquam aliquando mutauit in vinum, quod est sanguis propinquum, in Cana Galilee, sola voluntate; & non erit dignus cui credamus quod vinum in sanguine transfuerit*

Ioan. 6.

Luc. 22.

cateche mystagog. 4.

Homil. in E-
piphaniam.

Tract. v. de
lect. euan. hu-
ius.

In euangel.
Ioan. c. 2.

Conuersio a-
quit in vinu
transubstan-
tiationis do-
cumentum.

In lib de cor.
& sang Do-
mini cap. 1.

mutasset. Si enim ad nuptias corporales inuitatus, suspendum miraculum operante est, non multo magis corpus & sanguinem suum filius sponsi dedisse eum consuebitur. Hæc Cyrillus. Hanc quoque aque in vinū conuersionem ad Transubstantiationis quam credit Ecclesia confirmationem adfert Paschasius Abbas Corbeiensis ante annos 700. Est ergo hoc loco hæreticorum hodie incredulitas taxanda.

Ferte Architricino.

Matth. 8.

Ordin eccle-
sia seruandus.

Locus obiter notandi contra hæreticos horum temporum, Christum Dominum idè hoc iussisse, ne ordinem in Repub. positum in ipsius miraculis perturbaret. Sicut enim alibi sanatis à se leprosis dixit, *tre & ostendite vos sacerdotibus* ne ordinis sacerdotalis apud Iudæos ius & privilegium violaret, & vt ordinem à Moyse constitutum non dissolueret; sic & hoc in loco, vinum quidem per miraculum creat & præstantissimum, vt tamen lex conuiuialis, vel domestica seruetur, iubet ferri Architricino, vt ab eo probeatur antequam conuiuis apponatur, vt potè cuius erat in eo conuiuio de cibis ac potibus disponere ac iudicare. Quia in re docet Saluator sic se extra ordinem operari, vt ordinè vel in Ecclesia, vel in Repub. positū non perturbet. Infaniunt hodie hæretici, qui toto Ordine ecclesie violato sese à Deo vocari impudentissime iactant. Paulus extra ordinè à Christo adeoque è cælo vocatus est. Nihilominus ad Ananiam mittitur, vt ab eo fidei doctrinam & sacramentum acciperet, quod diligenter notauit Augustinus. Sed & postea per manuum impositionem ad opus prædicationis emittitur, vt in Actis apostolicis disertè legimus. Si flagris & crucibus digni illi sunt, qui contempto magistratu ad prætensam libertatem aditum sibi parant, quid isti merentur, qui à nemine missi cõtempta Ecclesia, nec extra ordinem à Deo vocantur, nec etiam si vocati essent, ordinis ecclesiastici vllam rationem habent; quod in ipsis tamen Iudæis Christus reueritus est? An Christum imitari puder? aut Paulo meliores isti sunt?

In quest. e-
uangel. lib. 2.
q. 40.

Act. 13.

sunt? Quicquid enim de Ecclesia Catholica Romana, libet illis impiè blasphemare, deteriorem tamen synagoga Iudæica, Christo veniente corruptissima, fingere illam non possunt. Qualemcumque sibi vocationem impudentissime & mendacissime venditent, magis extraordinaria, magis illustri esse non potest, quàm fuit Pauli de cælo vocati.

DOMINICA TERTIA

post Epiphaniam.

Vade & ostende te sacerdotibus, & offer munus
num quod præcepit Moyses, in tes-
timonium illis.

Matth 8.



Locus tractandi contra hæreticos nostri temporis, dignitatis & ordinis sacerdotalis præminentiam & reuerentiam. Lex erat Mosaica, quæ hanc sacerdotibus Leuitici generis prærogatiuam dedit, vt nemo leprosus à lepra sua liberatus iudicaretur, aut in templam & conuercium hominum (à quo durante lepra, ex iudicio sacerdotis exclusus extra castra agere debuit) admitteretur, nisi ostenderet se sacerdoti, isque eum non amplius leprosum pronunciarer. Hanc legem Christus in leproso à se mundato obseruari voluit: non quia post Christi opus sacerdotis cuiusquam approbatione opus erat, sed vt ordo Mosaicæ legis ea necdum abolita seruarietur. Sic Chrysostronus. *vt de causa nisi lep oso Christus, vt sci- p. in ostenderet sacerdoti, &c. P. legem utique usq; impleteret. Non enim illam ubique r. soluit, nec ubique seruauit, sed nunc quidem illud nunc istud.* Sic & Apostoli inueniuntur aliquando quidem legem custodire, aliquando verò transcurrere, Si ergo Christus sacerdotium

Leuit. 14.

Homil. 26.
in Matt.

vetus in multis honorauit, præposterè hodie hæretici, qui ecclesiam catholicam (à qua se sic recedere fingunt, sicut Christus & Apostoli à Synagoga) in nullare prorsus honorare volunt, sed in omnibus etiam planè indifferentibus propter maiorem eius contemptum, atque odium, ei cōtraria facere: maxime Calvinistæ & in Anglia Puritani. Si Catholici ad orientem orant, illi ad occidentem orabunt. Sic in festis, in ieiuniis, aliisque ritibus & ceremoniis, ex industria alia festa, alia ieiunia, alios ritus suis præscribunt, quàm ex Ecclesiæ Catholicæ more ac consuetudine. At Christus Synagogam contaminatissimam eorumque sacerdotes honorat, vt (quem admodum super hoc Euangelium scribit Chryso- stomus) *De signis suis iudicandi potestatem illis tribuerit. Certè Calvinus hoc nomine furiosos Anabaptistas acerbè taxat, quòd hoc Christi exemplum non imitantur. Christi (inquit) & Apostolorum seculum quale fuit: Neque tamen impedire potuit desperata illa Phariseorum impietas, & quæ tunc passim regnabat dissoluta viuendi licentia, quàm sacris cum populo viderentur, & in vnum cum reliquis templum eiusdem ad publicæ religionis exercitia conuenirent.*

Ostende te sacerdotibus.

Locus alius sacerdotalem potestatem à Christo honoratam explicandi contra hæreticos hodie, qui eam impiè ab ecclesia tollunt. Dicit Apostolus de veteri populo, *omnia in signa contingebant illis.* Verus igitur sacerdotium Ecclesiastici ministerij typus erat. Lepra illorum peccata nostra præsignabat. Nihil certè aptius peccati naturam præfigurare potuit, quàm lepra corporalis. Vt enim lepra nihil horribilius in corpore, ita letali peccato nihil horribilius in mente. Vnde Scriptura. *Tanquam à facie colubri fuge peccatum.* Vt colubè vitæ corporis, sic peccatum animæ interitum adfert. Rursum vt lepra reddit corpus tardum & inhabile ad omnem actionem, sic ex peccato fastidium virtutis oritur & paulatim odium. De quo propheta. *Omnis qui comederit uiam acerbam, obstupescunt dentes eius.* Prætereauit lepra inficit alios, sic modicum fermentum totam massam corrumpit, dixit Apostolus de for-

nica-

nicario bonis fidelibus admixto, & necdum excommunicato. Et Sapiens dixit. *Amicus furiorum similis efficitur.* Deinde leprosi halitus fædo suo odore molestissimus est. Ideo in lege veteri iubebatur, *habere os vestre contactum.* Peccati odor pessimus est. *Odor mortis, in mortem.* Ex impuro corde omnia procedunt mala, vt Christus in euangelio docet: & de peccatoribus propheta dicit. *Sepulchrum patens est guttur eorum.* Postremo leprosus est extra castra faciendus. In primæu Ecclesiæ disciplina tantus erat peccati mortalit horror, vt eo infectus cum fidelibus conuersari prohiberetur. Sic enim iubet Apostolus. *Si u quis frater nominatur est fornicator, aut auarus, aut idolis seruens, aut maloticus, aut ebriosus, aut rapax, cum eius nodi nec cibum sumere.* Est igitur peccatum lepra. De sola lepra iudicabat olim vetus sacerdos, non de aliquo corporis morbo: & Christus in Euangelio solos leprosos à se mundatos, non cæcos, surdos, mutos, paralyticos, ad sacerdotes mittit. Huius rei causa est, quia de solo peccato cognoscere etiam ad sacerdotes suos pertinere Deus vult. Sed cognitio lepræ, sic ad veteres sacerdotes pertinebat, non vt eam verè sanarent, verum vt sanatam pronuntiarent tantum. Atqui sacerdotibus Ecclesiæ Christianæ ipsa peccata remittendi potestas datur, nō solum (vt hæretici hodie impiè docent) remissa à Deo pronuntiandi. Hoc discrimen disertè expressit S. Chrysostomus scriptor Catholicus iuxta Catholicæ Ecclesiæ fidem ante annos 1200. in hæc verba. *Corporis lepram purgare seu verius dicam, hand purgare, quidem. s. d. purgatos probare. Iudæorum sacerdotibus solis licebat, neque nefas quonia cum ambitione, quanto cum studio ac conseruatione sacerdotalis dignitas id temporis conquiretur. At vero nostris sacerdotibus non corporis lepram, verum anima sordes, non dico purgatis probare sed purgare prorsus concessum est: quare iudicio quidem meo qui istos contemnunt, multo sceleratiores maiorique supplicio digni fuerint, quàm Dathan cum suis omnibus.* Hæc ille. Quod si ergo Christus vetus sacerdotium sic honorauit, cuius circa corporis tantum lepram iudicium versabatur, neque ad eam sanandam aut purgandam, sed ad ostensionem tantum iam purgatæ lepræ, quanto

Proverb. 13.

Leuit. 13.

1. Cor. 15.

1. Cor. 5.

Lib. 3 de Sacerdotio.

Vbi supr.

Instit. lib. 4. cap. 1. Num. 19.

Peccatum lepra.

Jerem. 31.

1. Cor. 5.

DOMINICA QVART

ta post Epiphaniam.

Quid timidi estis modica fidei?

Math. 8.

Ioan. 20.

2. Cor. 3.

Ioan. 1.

Rom. 3.

quanto magis nouum in Ecclesia sacerdotium honorati vult, cuius potestas in ipsis peccatis tollendis consistit, iuxta eius apertissima verba. *Quorum remiseris peccata, remissa erunt. Si enim ministratio adnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiae in gloria. Si quod e-accuatur per gloriam est, multo magis quod iacet in gloria est.* Rursum si Christus corporis lepra à seipso sanata sacerdotibus tamen ostēdi, ab illis approbari, & iudicari iubet, nec quicquā suae gloriae per hoc detractum est, sed sacerdotalis officij dignitati adiectum: quanto magis etiam Deus per Christum in Ecclesia peccata remittat (ille enim est *Agnus Dei qui toluit peccata mundi, & illum proposuit Deus propitiatorem per suam in sanguine ipsius*) tamen quibus ita Deus peccata remittit, vult eos ostendere se sacerdotibus, & ab iis tanquam Christi in hac parte vicariis ac locum tenentibus hanc ipsam peccatorum per Christum remissionem accipere, iuxta illam à Christo ipso sacerdotibus datam potestatem in verbis pra-allegatis: nec per hoc Christi gloriae quicquam detrahi credendum est, sed sacerdotali ordini cum honorem tribui, quem propter certas & grauiissimas causas Christus in sua Ecclesia perpetuò tribui voluit. De hac re vide plura in Dominica in Albis. Hac duo hoc loco grauius perurgere, pertractare, & amplificare concionator, ad haereticorum calumnias depellendas, & imposturas detegendas, non incommodè poterit. Vide, plura Dominica 13. post Pentecosten.

* * *

DOMINICA

Locus ostendendi contra haereticos horum temporum, fidem Christianam suos habere gradus, neque in omnibus aequalem & indelebilem esse. Caluinus enim vater haereticus, vt doceat solam fidem necessariò saluare, & esse in quolibet fidei certitudinem gratiae ac salutis, quae amitti non possit: idēque non ex bonis operibus, quae valde incerta sunt, & in paucissimis diu perdurant, vllam coram Deo iustitiam expectandam esse, sed totam salutem in fidei firmitate consistere: docet consequenter fidem esse indelebilem in quocunq; est, nec semel acceptam amitti posse, & esse in omnibus ratione firmitatis prorsus aequalem. *Vnicam, inquit, piorum fidem vt Scriptura docet agnosimus & predicamus.* Et paulo post. *Vt solos electos semine incorruptibili Deus in perpetuum regenerat, vt nunquam desperet semen vitae eorum cordibus insutum, ita solide in illis obsequat adoptionis suae gratiam, vt stabilitas ac rata sit.* Et iterum. *Hic tenendum est quantumuis exigua sit, ac debilis in electis fides, quia tamen Spiritus Dei certa illis arrha est, ac sigillum suae adoptionis, nunquam ex eorum cordibus deleri posse eius fidei: turam.* Hac ille impius, vt suam indelebilem & solam electorum fidem statuat. Sed in hoc euangelio discipuli ipsi quos de numero reprobosum esse, nec ipse Caluinus dicere ausus fuerit, qui de numero electorum certissimè erant, tamen ita debilem & fragilem, & iamiam perituram fidem habebant, ipso quoque Christo eis praesente, vt nisi ab eo promptam ope accepissent, fidem in Christum amisissent. Clamant Christo in eadem naue nauigante, *Dominice salua nos perimus.* Sciebant se perire non posse, nisi Christo etiam qui in eadem naui erat pereunte. Sciebant Christum, quem iam filium Dei credebant.

Fidem habere gradus, & amitti posse.

Institut. lib. 3. cap. 2. Num. 9. II. & 12.

Apostolorum fides vacillabat.

bant, tali casu perire non posse: & tamen clamant se perire. Vnde & Christus eos grauius redarguit dicens, *Quia timidi estis modice fidei*. Timorem arguit fiducia contrarium, quam fiduciam veri nominis fidem esse hæretici volunt. Si ergo timidi erant & fiducia carebant, fides quoque eorum iam exciderat, iuxta hæreticos, qui fidem & fiduciam pro eodem habent. Rursum modice fidei cos vocat, imperfectæ videlicet, non satis firmæ ac validæ, sed vacillantis, & ad defectum atque incredulitatem propendentis. Non est igitur quorumlibet electorum fides, semper & perpetuo firma, fortis & indelebilis. Certè si talis discipulorum hic fides fuisset, neque tantus timor eorum animos occupasset, neque eorum modicam fidem Christus sic arguisset, nec denique Christi consolatione opus illis fuisset. At verò non hoc tantum in loco, sed & aliis nõ paucis fides cum suis defectibus, & incrementis in euangelio describitur. *Quanto magis vos modice fidei*, contra nimiam rerum necessariorum sollicitudinem, quæ ex incredulitate nascitur. Item ad Petrum in fluctibus trepidantem, *Modice vides quare dubitasti*. Cæperat enim super aquas ad Christum ambulare cum magna fide: sed illa vacillante cæpit mergi. Non enim vi fluctuum sed incredulitati Petri hoc eius periculũ Christus imputauit. Quod ergo in electis ipsis minuitur & deficit, quis dubitat quin etiam deleri possit: Certè de filio prodigo per pœnitentiam reuerso dicitur, *Mortuus erat & reuixit*: Luc. 15. Prius ergo per fidem filius fuit, prius per gratiam vixit. Alioqui Scriptura non diceret, *Reuixit*. Sic Basilius in Hom. de pœnitentia. Sed & in hoc Euangelio laudatur fides Centurionis magna & firma. *Non inueni tantam fidem in Israel*. Sic mulieri Chananeæ dicitur, *O mulier magna est fides tua*: quæ omnia intelliguntur, per intensionem dicta, non per extensionem, id est, de ipsa fide in se metis que assensu firmo, vel infirmo, nõn de iis quæ creduntur pluribus aut paucioribus.

Ex iisdem porro Scripturæ locis, & hoc Euangelio euertitur magnum illud Lutheranorum & impij axioma, fidem per quoduis peccatum mortale excuti

Super Euang. Dominic.

& amitti. Quod ideo fraudulenter dicunt, vt videantur, quum solam fidem iustificare, & saluare asserunt, fidem intelligere cum virtute & bonis operibus necessario coniunctam. Sed loca prædicta hoc axioma subuertunt. Si enim per quoduis peccatum mortale excutitur fides, debet in quolibet esse æqualis fides. Nunc autem plerique non nisi sæpius peccando & sæpius reciduiando eò tandem perueniunt, vt & fidem ipsam amittant, iuxta illud, *Impius quam in profundum venerit, contemuit*. Quemadmodum certè si arboris propagines omnes suppullulæ incipientes euellas, radix tandem arefcet. Paucissimi autem, aut forte nulli sunt, quorum tam debilis fides est, vt vno tantum scelere perpetrato vtcunque flagitioso statim excutatur, & in apertam blasphemiam conuertatur: sicut certè vix vlla arbor tam debili radice nititur, vt vno abscisso palmite arefcet: aut radice beneficio novos surculos propagare desinat.

DOMINICA QVINTA post Epiphaniam.

Inimicus homo superseminauit zizania.

Matth. 13.

LOCVS proprius & necessarius populum fidelem diligenter docendi, atque monendi, falsæ doctrinæ & hæresibus hoc esse proprium, vt postea nouitas doctrinæ hereticæ arguit. Notitas doctrinæ hereticæ arguit. ruz existant, vt antiquitate cadant, vt nouitate laborent: contra verò catholicæ & orthodoxæ doctrinæ hoc esse proprium, vt prius existat, vt antiqua sit, & post seminatum semen Dominicum, id est, post propagatum Euangelium, nunquam amplius noua. Hoc enim totum Christus in Euangelio disertè docere voluit. Comparat enim regnum cælorum, id est, statum militantis Ecclesiæ, homini seminanti bonum semen in agro suo, id est, ab initio docenti per Apostolos, eorumque coetaneos, bonam & sanam doctrinam in cordibus fidelium suorum: *(Semen enim est* Luc. 8. *zizania* d. *zizania*)

Matth. 6.

Matth. 14.

Matth. 8.

Fidem quo uis peccato non amitti.

verbum Dei) quum autem dormirent homines, quum negligentius agerent pastores, inimicus homo, Diabolus videlicet, superfeminavit zizania in medio tritici: id est, falsas, & impias doctrinas veræ immiscuit, vt omnes hæretici faciunt, qui Christū penitus non negant, sed Christianæ doctrinæ suas hæreses commiscunt. Ostendit ergo non quidem simul, & eodem tempore bonum semen, & zizania in agro Dominico seminata fuisse, nec prius zizania, & postea triticū, vel bonā semen, sed seminato prius bono femine, atque adeo in triticū iam enato, à Diabolo superfeminatum fuisse zizanium, hoc est, postea nasci hæreses. Zizaniorum enim nomine hæreses indubiè significantur, quia bonum semen doctrina intelligitur, vt apud Lucam Dominus exponit. *Semen est verbum Dei.* Et hunc sensum confirmat Augustinus ex eo quod in hac parabola Dominus *Agrum ipsum non Ecclesiam sed hunc mundum interpretatur. Hæretici autem non societate vnius Ecclesie sed solius nominis Christiani in hoc mundo permiscetur bonis.* Nam mali Catholici palea potius vocandi sunt, quàm zizania. Palea enim habet fundamentum ipsum cum tritico, radicemq; cōmunem. Huic igitur Euangelio conformiter S. Patres diligenter docuerunt antiquitatē veræ doctrinæ: nouitatē & posteritatē falsæ doctrinæ notam esse certissimam. *Hæreses omnes (ait August.) de Ecclesia exierūt tanquā sarmēta inutilia de vite preciosæ: ipsa autē manet in radice sua.* Sic suos cathecumenos sanctus ille Episcopus docuit. Sic, & ipsos paganos, alio in loco de vera Ecclesia cognoscenda instruit. *Videus (inquit) multos preciosos à radice Christianæ societatis: quæ quidem societas certa per orbem propagatione diffunditur: Nos autem preciosos de sola figura originis sub Christiano nomine quasi areficientia sarmēta gloriam, quas hæreses & schismata nominamus.* Hæc ille. Ecclesiam radici, hæreses sarmētis præcisīs comparans. Est autem radix suis sarmētis natura & tempore prior. Hanc quoq; notam contra sui temporis hæreticos obseruauit Cyprianus. *Constat (inquit) Nonnianos cum corpore Ecclesie non conuenire: Non enim nos ab illis, sed illi à nobis recesserunt. Et quum hæreses & schismata postmodum nata sunt, dum conueniunt*

uenticula sibi aduersa constituunt, veritatis caput atque originem reliquerunt. Hæc ille. Per veritatis caput, atque originem ipsam radicem Ecclesiam intelligens. Sic enim seipsum eodem in libro exponit. *Rami (inquit) arboris multi s. d. robur vnum tenaci radice firmatum.* Sic ecclesie ramos suos in vniuersam terram extendit: vnum tamen caput est, & origo vna. Eodem profus modo hæreticum à catholico discernendum docet Optatus. *Videndum (inquit) quis in radice cum toto orbe manserit, quis foras exierit, quis cathedram s. derit alteram quæ autē non fuerit, & quis altare contra altare erexerit.* Hæc illi ex Africa nobilissimi scriptores, & Ecclesiarū Episcopi. Sed his omnibus antiquior Tertullianus, Afer quoq; & ipse, ipsa Euāgelij nostri verba eo quo diximus modo contra sui & omnium temporū Episcopos tractauit. *Reuertar (inquit) ad principalitatem veritatis, & posteritatem mendacitati depudandam, ex illius quoque parabola patrocinio, quæ bonum semen frumentum à Domino seminatum primo constituit: auerarum autem sterilis s. adulterium ab inimico diabolo postea superducit. Proprie enim doctrinarum distinctione figurat, quia & abbi verbum Dei seminis similitudo est. Ita ex ipso ordine manifestatur id esse dominicum & verum quod sit prius traditum, id autem extraneum & falsum quod sit posterius immissum.* Hæc ille. Iuxta quam regulam ex præsentī Euangelio perspicuè haustam contra omnes sui temporis hæreticos sic arguit idem Tertullianus, contra Marcionitas sic. *Ego (inquit) mecum Euangelium dico verum, Marcion suum. Quis inter nos determinabit nisi temporis ratio, ci præscribens auctoritatem quod antiquius reperietur, & ei præiudicans vitiationem quod posterius reuincitur: In quantum enim falsum est corruptio verum, intantum precedat necesse est veritas falsum.* Contra Hermogenem hæreticum sic. *Solemus (inquit) hæreticos compendij gratia de posteritate præscribere. In quantum enim veritatis regula prior, quæ etiam futuras hæreses præiudicabuntur. Contra Praxeam hæreticum sic. Quis peræque aduersus vniuersas hæreses iam non præiudicatum sit, id esse verum quodcumque primum, id esse adulterum quodcumque posterius. Atque hæc illi patres Africa-*

Contra Patmen. lib. 1.

De Præscrip. contra hæret. cap. 31.

Zuc. 8.

Lib. 4. aduersus Marc.

In principio libri contra Hermogenē.

In lib. contra Praxeam.

Luc. 8.

In quest. ex Matth. q. 11

Antiquitas veræ doctrinæ Nota. De Symbolo ad Catech. lib. 1. cap. 5.

Epist. 42.

In lib. de unit. eccl.

Sinite utraque crescere usque ad messem.

In Epist. ad Pammachium & Oceanum. In sine dialogo contra Iulios. Epist. 2. ad Cleodionum. In lib. de Symodis. Lib. 3. ca. 4.

fricani, quibus & ex aliis orbis partibus alij eiusdem sententiæ adiunguntur. D. Hieronymus contra Origenistas hoc argumento utitur. *Cur post quadringentos annos docere nos niteris, quod ante nescimus usque ad hunc diem, sine ista doctrina mundus Christianus fuit.* Similiter contra Luciferianos. *Breuiem tibi aperiantque animi nei sententiam proferam, in illa Ecclesia esse permanendum, quæ ab Apostolis fundata usque ad hanc diem durat.* Alij vero omnes hoc ipso quod postea instituti sunt, hæreticos se esse indicant. Hæc ille. Eodem modo contra Apollinaristas Gregorius Nazianzenus. *O miram absurditatem: Absconditam post Christum Sapientiam nobis annuntiant. Res lachrymis digna. Si enim 30. his annis fides originem habuit cum 400. fere anni ab eo tempore fluxerint, quo Christus palam conspectus est, inane tanto tempore fuit Euangelium, inanis etiam fides nostra: Et martyres quidem frustra martyrium subierunt, frustra etiam tales tantique antistes populo præserunt. Nec aliter S. Hilarius aduersus Arianos disputandum censuit. Cogitemus (inquit) tot sacerdotes sanctos & iam quiescentes: Quid de nobis Dominus iudicabit, si nunc anathematizentur à nobis: Sed omnium accuratissimè facit hoc S. Irenæus vetustissimus scriptor, Episcopus, & martyr cõtra Valentinianos & Marcionitas. Non fuit (inquit) apud eos congregatio neque doctrina aliqua instituta. Ante Valentinum enim non erant qui sunt à Valentino, neque ante Marcionem qui sunt à Marcione. Et paulo post. Omnes hi posterius, medianibus iam Ecclesie temporibus insurrexerunt in suam Apostasiam. Hæc ille. Sic videlicet omnes isti patres ex hoc Euangelio didicerunt propriam quandam esse veritatis orthodoxæ notam, quod in agro Dominico prius fuerit seminata: propriam quoque hæresis notam quod posterius insurrexit. Ratio quoque Tertulliani notanda. *Falsum est corruptio veri. Sequitur ergo ipsum verum. Omnis enim priuatio post habitum inducitur. Hæresis est priuatio veræ doctrinæ: ea igitur posterior est, ut cæcitas visus, surditas auditu, & sic in aliis.**

Sinite

Locvs docendi contra hæreticos veræ doctrinæ & consequenter veræ Ecclesiæ, in qua sola, vera doctrina prædicatur, perpetuitatem usque ad finem sæculi. *Messis enim est finis sæculi,* ait Christus, hanc parabolam exponens. Monendus autem populus ex hoc loco est, non solum veram doctrinam & veram Ecclesiam perpetuò esse (quod nunc vix vllus hodie hæreticus amplius negat, etsi ab initio huius schismatis Lutherus, Brentius, Caluinus & alij defectionem Ecclesiæ aperte docerent) sed sic perpetuò esse, ut ipsa vera doctrina perpetuò crescat in agro Dominico, id est, perpetuos habeat operarios, de quibus Christus dixit de suo tempore. *Messis quidem multa, sed operarum pauci. Orate Dominum, messis, ut mittat operarios in messem suam.* Docendus quoque populus hos operarios mitti à Domino in messem suam, ut hic Christus loquitur: quod, & Apostolus repetit dicens, *Quomodo predicabunt nisi mittantur.* Mitti denique hos operarios, hos prædicatores, hos pastores animarum, non à Christo tantum, qui Apostolis dixit conuersatus cum illis, *Sicut misit me Pater & ego mitto vos,* sed post Christi in cælos ascensionem, ab ipsa Ecclesia per impositionem manuum: sicut Paulus, & Barnabas à presbyteris Antiochenis imponentibus illis manus missi sunt, sicut Paulus Timotheum misit per impositionem manuum suarum, sicut denique omnes omnium ætatum Episcopi, & presbyteri per impositionem manuum legitime sibi inuicem succedentes missi sunt. Sic, & in hunc modum crescit bonum semen in agro Dominico usque ad messem. Non de nouo seminatur, sed quod semel seminatum est, perpetuò crescit: Verbumque Euangelii (ut Apost. ad Collossenses scribit) *fructificat & crescit in omni mundo, ex qua die auditum est. Hæc Apostoli verba (ait Augustinus) conueniunt cum Euangelio ubi dictum est, Simile est regnum calorum homini seminanti bonum semen in agro suo. Crescit autem usque ad finem, quia usque ad messem. Messis enim est finis sæculi. Dicent ergo non solum Collossenses ad quos data est, sed etiam ceteri omnes apud quos legitur hæc Epistola, ubi per*

Matth. 13.

Ecclesiæ Cælestis perpetuas.

Ioan. 4.

Rom. 10.

Ioan. 20.

Act. 13.

Coloss. 1. De vniuersalibus cap. 3.

Apostolicas literas: constat bonum semen esse seminatum, etiam tunc crescere, & fructificare cepisse, qui nobis adferis noui: Nunquid iterum seminandum est bonum semen, quando ex quo seminatum est creuit vsque ad messem: Si dicitis peritisse in illis locis quod erat per Apostolos seminatum (sicut sanè hodie hæretici per totum orbem Catholicum peritisse blasphemant) & ideo esse rursus ex Africa seminandum (vel vt isti dicunt ex Vvitemberga vel Geneva de nouo inchoandum) respondetur, legite hoc nobis ex diuini oraculis. Quod profecto legere non potestis, nisi prius ostenderit falsum esse quod scriptum est, semen illic ante seminatum crescere vsque ad messem. Et quia nullo pacto sibi diuina eloquia contradicunt, nullo modo in eis inuenietis quod contra hoc tam manifestum recitare possitis. Restat ergo vt non ex diuini libri, sed ex vobis ista dicatis. Proinde dignissime respondetur, Anathema sitis. Tenent enim Ecclesia Apostolico labore fundata, cum quanta cura sibi predictum sit: si quis vobis Euangelizauerit præterquam quod accepistis, Anathema sit. Hæc Augustinus. Omnibus igitur hodie Protestantibus qui in deserto Ecclesiam quærunt, qui quasi deperdita illam quam Apostoli incipientes ab Hierosolyma ceperunt & plantaucrunt, ab alio secundo initio propagandam, & de nouo plantandam Ecclesiam docent, qui quod per Apostolos seminatum fuit peritisse, ideoque rursus Vvitemberga, vt Lutherani, ex Geneva, vt Calviniani seminandum esse aiunt, Anathema dicit Catholica, & vera Christi Ecclesia. Volūt enim isti, vt mēdax ipsa veritas inueniatur, quæ dicit semen Euangelij crescere vsque ad messem. Nunc autem mentiuntur illi (Magistri enim mēdaces sunt) & verum est Euangelium. Crescit vsque ad messem, vsque ad cōsummationē seculi vera doctrina, & ita creuit, vt non eradicetur vnquam. Docet enim Christus etiam ipsa zizania potius toleranda esse, quàm ita tollenda, vt eradicetur triticum. Omnino igitur bonum triticum non eradicabitur. Nunquam ita abundabunt aut præualebunt zizania, vt eradicetur triticum. Nunquā ita falsa doctrina Ecclesias Christianorum occupabit, vt vera doctrina extingatur. Mentiantur igitur hodie &

huic

huic Euangelio difertè contradicunt omnes horum temporum hæretici, qui asserunt per Antichristum Romanum (sic enim de Christi vicario Rom. Pont. blasphemè loquuntur) veram doctrinam fuisse his multis seculis oblitteratam, sepultam, atque extinctam. De his omnibus moneri hoc loco populus potest, vt ab impiis Nouatoribus in perpetuum sibi caueat.

Ne forte eradicetis & triticum.

L O C V S obseruandi quod in hoc Euangelio non simpliciter prohibet Christus ne tollantur zizania, ne extirpētur hereses, ne etiā extrema morte puniantur hæretici (vt ex hoc Euangelio ipsi hæretici docere voluerūt, quia Christus de zizaniis ait, *mitte crescere*) sed totū hoc fieri tūc prohibet Christus, quātio periculum est, eradicandi quoque & triticum: quando sine schismatis aut maioris mali periculo illud fieri non potest. Quod sapienter vidit S. Augustinus, quum huius Euangelij verbis citatis, aliusue eō pertinentibus, quale illud est, *Non vt inimicum em existimetis, sed corripite vt fratrem*, & exemplum Christi qui Iudam quem sciebat diabolum esse, vsque ad passionem pertulit, mōxque aliis, quæ oppositum scire videntur, quale illud est. *Si Ecclesiam non audieritis ubi sic ut ebrius & publicanus*, & illud, *Auferte manum ex vobis ipsis*, scribit tandem atque concludit huc in modum. *Nos ad sanam doctrinam pertinere arbitramur, ex vrisque testimoniis totam sententiam moderari, vt & eos in Ecclesia propter pacem Ecclesie toleremus, & canibus suctum ubi pax Ecclesie iuta est non demus.* In istis autem zizaniis hæreticis eradicandis doceri populus prest nihil à mansuetudine Christiana eos recedere, qui pœna mortis hæreticos puniant. Primum hæresis scelus est morte dignum, vt docet Augustinus hoc argumento. *Si schisma fecisti, impius es, si impius, violacilegus mortis, quum pro impietate puniris.* Secundo pœnā mortis hæretico ciuilibus potestas iuste infligit quia minister Dei est vindex in iram ei qui malè agit.

Hæreticos esse eradicandos.

2. Theff. 3.
Ioan. 6.

Matth. 18.

De fide & c.
peribus, ca. 3.
& 5.

Hæretici mox
te puniendi.

Lib. 2. c. 23.
contra Petili.
Lib. 1. ca. 7.
con. Parmen.

Est

Est ratiocinatio S. Augustini contra Donatistas, qui hoc negabant ut hodie hæretici. Tertio expedit interdum huiusmodi pœnis hæreticos plectere, videlicet quâ mitiores pœnæ, exilij, carceris, aut pecuniariz non sufficiunt. Cogunt enim multas invenire medicinas multorum experimēta morborū, ut scribit in hac ipsa causa Augustinus. Quarto coercitio hæreticorū corporalis & externa maior vel minor ex prudētia eorum qui in Ecclesia gubernant, imponitur: nulla autem certa & constans est. Causa huius est, quia omnis in Ecclesiam potestas, ad ædificationem data est, non ad destructionem. Quando igitur coercitio hæreticorū ædificat, quando utilis Ecclesiaz est, vel necessaria, eo casu, non modo legitime fit, sed etiam sine scelere prætermitti non potest: quod exemplo Maximini cuiusdam episcopi Catholici in Africa luculenter docet August. imò exemplo Pauli, qui iniuste vexatus à Iudæis, Romanas leges ut civis implorat, & ad Cæsarem appellat. Hæc populo aperiri possunt, ut intelligat hæreticorum punitionem esse iustissimā. Videtur de plura in Dominica 2. post Pentecosten.

Epist. 30.

2. Cor. 13.

Epist. 10.
Act. 221 &
25.

DOMINICA VI.

Post Epiphaniam.

Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis.

Matth. 13.

Ecclesiastica docendi potestas.

Locus ostendendi contra hæreticos potestatis temporis, iudicium & examen de doctrina fidei non esse penes populum & totam congregationem popularem (ut plerique illorum volunt) sed penes Ecclesiaz magistratos, qui parabolas exponant populo, ut hic Apostoli turbis. Notat enim disertè Euāgelista neque id sine gravi causa Christum ad turbas omnia in parabolis, & sine parabolis nihil loquitum fuisse. Easdem autem parabolas postea Christus Apostolis seorsim exponit, & addit, *Vobis datum est nosse*

Matth. 13.

nosse mysteria regni celorum: illis autem non est datum. Nempe ad vos qui magistri Ecclesiarum futuri estis proprie pertinet nosse mysteria & secretiorem fidei doctrinam: sed in eum finem, ut quod à Deo illi immediate acceperunt, postmodum populum doceant, qui non nisi per vocem Ecclesiaz docendus est. Hanc ob causam postquam Christus varias istas parabolas de zizaniis agri Dominici, de thesauro in agro abscondito, de sagena missa in mari Apostolis seorsim exposuisset (dimissis enim turbis venit in domum Iesus, & accesserunt ad eum discipuli eius dicentes, Ediffere nobis parabolas istas, &c. Addit in fine, Intellexistis hæc omnia? dicunt ei, Etiam Domine, ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo nova & vetera. In quibus verbis Christus Dominus manifestè ostendit, ideò se in parabolis ad turbas loquitum fuisse, ideò seorsim discipulis parabolas exposuisse: ideò eos omnia intellexisse, ut illi postea tanquam scribæ docti in regno celorum, tanquam magistri eruditi, in Ecclesia Christo vera Catholica, ut exponit Augustinus, tanquam boni patres familias, quos Spiritus S. posuit regere Ecclesiam suam, quæ est domus Dei, proferrent de thesauro diuinæ sapientiz illis conceditæ nova & vetera, cibum solidum & cibum infirmorum, scientes dare in tempore tritici mensuram, ut alibi Christus loquitur. Christus igitur in hoc Euangelio futuram in Ecclesia docendi formam observavit, docens turbas in parabolis, & ipsas parabolas Apostolis exponens. Sic Apostolos de futura sua morte & resurrectione, de futuro iudicio, de futuris ante iudicium hæreticis, de mittendo paracletico, seorsim à populo docuit. Eadem de causa quum resurrexisset à mortuis, manifestum se fecit non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo. Per 40. dies apparuit, solis discipulis docens eos de regno Dei, non toti populo, ut hoc suo facto & exemplo doceret, eam fore in Ecclesia sua doctrinæ caelestis dispensationē, ut paucos quidem immediate per Spiritum suum doceat, ab illis autem paucis tanquam testibus à Deo constitutis & ordinatis reliquos fidelium populus discat. Et quidem constituta Ecclesia Christi, ac per Apo-

Matth. 13.

Lib. 4. c. 2.
cont. Faustū.
Act. 20.

Luc. 12.

Matth. 13.
14.
Ioh. 14.

Act. 10.

Luc. 24.

DOMINICA SEP-

tuagesima.

Conduxit operarios in vineam suam, &c.

Math. 20.



Non vs late tractandi contra hæreticos horum temporum necessitatem bonorum operum, cetera solam fidem quam vnice necessariam ad salutem impie docent. Operantibus enim in vinea, id est, custodientibus mandata excolentibus vineam Domini, quæ vel propria cuiusque anima est, vel communitas animarum, & Ecclesia fidelium, (excolitur autem vtraque virtutibus & operationibus sanctis) non credentibus tantum, datur in hoc Euangelio denarius, id est, vita æterna. Est quidem fides opus Dei, iuxta id quod Christus apud Ioannem dicit, *hoc est opus Dei ut credatis in eum quem misi ille*: quia opus intellectus ac voluntatis est, quo obsequente, *captiuamus intellectum in obsequium Christi*, vnde & *obedientia fidei*, actus fidei vocatur. Attamen per vniuersam Scripturam opera distinguuntur à fide, & operarij à credentibus, sicut fructus à radice: Quamquam non vnica radix fides est: Nam & in charitate radicamur atque fundamur (ut loquitur Apostolus) & omne bonum opus Deo placens non secus à charitate quam à fide proficiscitur, imò magis propriè bonorum operum radix charitas est quam fides, quia principium operationis magis consistit in voluntatis imperio quam in intellectu dictamine. Quicquid enim dicitur aut faciendum doceat intellectus fide illustratus, nihil fit, nullum opus producit, nisi voluntas charitate incitata factum imperet. Solet igitur Scriptura operam nomine non ipsam fidem, sed virtutes omnes à charitate Dei, & proximi profectas significare. At verò in isto Euangelio, Operarij manifestè denotant virtutum cultores, & operum factores, quæ cum labore coniuncta sunt. Nam & otiosos

Bonorum operum necessitates.

Ioan. 6.

1. Cor. 10.
Rom. 16. v.
19.

Opera distinguuntur à fide
Ephes. 2.

Operarij manifestè denotant virtutum cultores, & operum factores, quæ cum labore coniuncta sunt. Nam & otiosos

Act. 20.

Hebr. 13.

Luc. 10.

Matth. 23.

Rom. 10.

Hæretici refutantur.

Lib. 8. ca. 19.

Rom. 12.

1. Cor. 12.

Ephes. 4.

Lib. 10. ca. 7.

Numer. 16.

Apostolos propagata, hic ordo, hæc dispensatio, hoc discrimen luculenter apparuit. Magistris dicitur, *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo posuit vos Spiritus S. regere Ecclesiam Dei Populo dicitur. Obedite prepositis vestris & subiaccete illis*: Illis dicit Christus, *Qui vos audit, me audit* De populo dicit. *Quæ dicunt facite*. De illis Apostolis dicit. *Quomodo predicabunt nisi mittantur?* de populo dicit, *Quomodo audient sine predicante?* Infana igitur, superba, & rebellis est hodie hæreticorum audacia, qui omnem Scripturam ab vnoquoque legi & intelligi posse ac debere sustinent, qui de omni fidei doctrina vnumquemque iudicare & cognoscere volunt, qui ordinem in Ecclesia positum confundentes, omnes parabolas, omnia mysteria, omnia dogmata controuersa omnibus patere, solo Spiritu Dei suggerente, neglecto & contempto veræ Ecclesiæ Dei ministerio, affirmant. Et hoc in loco multa non incommodè dici possent de magisterio Ecclesiæ necessario, quamque multis modis Ecclesia Catholica Mater fidelium censi debeat. De qua re lege opusculum nostrum de principiis fidei doctrinalibus. Huc etiam adferri possunt quæ Apostolus de corpore naturali, cui corpus Christi quod est Ecclesia assimilatur, disputat ad Romanos, Corinthios & Ephesios: *Multi vnum corpus sumus in Christo. Non omnes prophete, non omnes doctores. Habemus donationes secundum gratiam que data est nobis differentes. Hæc autem gratia differens vocationi differenti respondet. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.* Vide opusculum prædictum. Hæreticorum hodie vox Ecclesiæ magisterium reiicientium est illa Chore, Datan & Abiron, dicentium contra Moysen & Aaron. *Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus. Cur eleuamini super populum Domini?* Sed hæc vox quantum Deo displicuit, vide ibidem.

opponuntur, dicente patrefamilias, *ut quid hic statis 12. die otiosi*: & qui operarij fuerant dicuntur *pondus & astum diei sustinisse*, id est, diu ac multum in bonis operibus laborasse. Vnde & Apostolus laborem atque opera pro eodem accipit. Quod enim alicubi dixit, *Reddet Deus unicuique secundum opera sua*, hoc alibi dicit, *Recipiet unusquisque secundum laborem suum*. Hæc etiam ob causam, *boni operis patientiam à Deo retribui docet Apostolus, Iis qui secundum boni operis patientiam gloriam, honorem & incorruptionem quarunt, vitam æternam*. Nec aliam ob causam de iis qui ex semine verbi Evangelici recepto fructum bonorum operum producant, dicit Christus, quòd *fructum afferunt in patientia*. Et rursum alibi Apostolis, *In patientia vestra possidebitis animas vestras*. Ac denique illud, *Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*. Hæc enim omnia ideo dicuntur, quia bona opera quibus ad salutem æternam peruenitur, opera sunt laboris plena, & in quibus exequèdis magna sit opus patientia, adeoque in quibusdam vim sibi quandam quisque inferre debet: verbi gratia, in castitate, continentia, temperantia seruanda, in odio & iniuriarum vindicta reprimenda: in auaritia, ambitione, superbia fuganda & edomanda. Ad hæc & alia vitia quæ natura procliuus sumus, & vinci tamen illa debent (quia qui *illa agunt, regnum Dei non possidebunt*) magna nobis fortitudine & patientia, magna constantia opus est, vt illa vincamus, & cõtrarias illis virtutes quæ propriè bona opera vocantur, acquiramus. Tales igitur operarios, non sola fide contentos, in vineam suam conduxit Deus. Rursum operarios conduxit non solum qui à malo declinent, quod certè labore non vacat) sed etiam qui bonum faciant, vnusquisque videlicet secundum sua talenta & dona à Deo accepta, de quibus dicitur, *Ite & negotiamini donec veniam*. Et iterum, *Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris vni que exegissim illam?* In quibus verbis nõ solum ipsos nummularios, pastores, doctores, principes, diuites huius seculi, vt bonis acceptis ad Dei gloriam, & proximi vtilitatem vtantur, sed etiam populum ipsum vniuersum, vt aliorum seu laboribus,

boribus, seu eleemosynis, seu quibuscunque beneficiis, ad fructum ac salutem suam vti debeant, grauissimè Christus onerat. Illos enim vult pecuniam suam ad mensam dare, ab istis eandem pecuniam cum vsuris exigit. Tales itaque rursum operarios Christus in suam vineam & baptismum (vbi huic militiæ nomen dedimus) conduxit. Operari nos vult (bona haud dubiè opera) non sola fide aut fiducia niti. Iam verò diligenter hoc loco notandum contra hæreticos, quòd hæc bona opera, hunc bonum vsum gratiæ & talentorum à Deo acceptorum Christus à suis in Euangelio flagitat, non solum vt congrua quadam bonis filiis opera aut vt gratiarum actiones (sicuti hæretici cauillari solent, & infinitas animas cauillando proderet) sed vt profusus, ad salutem necessaria. Christus enim de seruo pigro, qui talentis acceptis non quidem malè vsus, sed sine debito scõnore abusus fuerat, sic loquitur, *Inutilem seruum eiecite in tenebras exteriores*. Non impium, non flagitiosum, non criminofum eum vocat, sed *Inutilem*, tantum, id est, à bonis operibus, quæ facere potuerat, & debuerat, cessantem: & hoc solo cessationis nomine, in tenebras exteriores eiecit. Impudens euasio est magni hæretici Martini Chemnitij, qui cõcilij generalis superbum agere censorem non erubuit, quia scribit, *Inutilem seruum*: à Christo hic vocari qui omnia præcepta seruauit, iuxta alia Christi verba. *Quæcumque feceritis omnia, quæ in examine præcepta sunt vobis, dicite quia serui inutiles sumus*. Manifestum enim est, inutilem seruum à Christo vocari in illa parabola de talentis, non qui omnia Domini præcepta fecit, sed qui hoc vnũ Domini præceptum non fecit de pecunia eius ad mensam ponenda. Sic enim Christus dixit, *Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, &c.* Idcirco igitur inutilis vocatur & tamquam inutilis in barathrum protrudendus dicitur: quia, *abscondit talentum Domini sui*: quia, *nihil superlucratum est*, quia, *in vacuum gratiam Dei recepit*. Alioqui qualis ille dominus esset, qui seruum suum omnia eius præcepta facientem hoc ipso nomine eieceret in tenebras exteriores: Porro inutiles serui vocantur, qui omnia Domini præcepta fecerunt, quia Deo quidem ipsi

Rom. 2.
1. Cor. 3.

Rom. 1.

Luc. 8.

Luc. 21.
Matth. 11.

Opera Evangelica laboriosa.

Gal. 5

Luc. 19.
Matth. 25.

Orig. tract.
16. in Matth.

Bona opera necessaria ad salutem.

Matth. 25.

Impudentia hæreticorum.

In examine conc. Trid. Par. 1.

Luc. 17.

Matth. 25.
1. Cor. 6.

Psal. 115. ipsi tales inutiles sunt (*Bonorum enim nostrorum non indiget*) & (*vt eleganter scribit Augustinus*) nec fontis
De ciuit. Dei lib. 10. ca. 5. quis profuisse se dixerit , si ex eo biberit , nec luci si viderit)
Matth. 25. sibi autem inutiles non sunt. Talibus enim dicitur.
Matth. 25. *Euge serue bone & fidelis , quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam. Intra in gaudium Domini tui. Sed hæc est hæreticorum hodie in manifestis Scripturis impiè eludendis impudentia singularis , quæ hoc loco taxari potest.*

Voca operarios & redde illis mercedem.

De mercede & merito bonorum operum.
L O C U S docendi populum Catholicum sic in Domini vineam operarios vocari: vt operis sui mercedem vnusquisque recipiat. Impij hodie hæretici vt solam fidem statuerent , vt bonorum operum necessitatem tollerent , vt hæc esca carni iucundissima , homines carnales in suum schisma pertraherent , negant bonis operibus vitam æternam , vt mercedem retribui , nosque Catholicos Mercenarios vocant , quia bonis nostris operibus mercedis retributionem expectamus. Sed in hoc Euangelio Denarius vitæ æternæ , qui operantibus in vinea Domini sub finem seculi redditur , vocatur merces , & reddi operibus dicitur. *Redde illis mercedem.* Sed & iusta merces vocatur. *Quod iustum fuerit dabo vobis.* Hoc ergo loco docendus populus etiam ex aliis scripturis vitam æternam iustam esse bonorum operum mercedem : & à Deo reddi tanquam huiusmodi. Abrahæ patri credentium dicit Deus: *Ego merces tua magna nimis.* De iustorum laboribus , & mercede dicitur. *Iusti in perpetuum viuunt , & apud Dominum est merces eorum :* vtique vitæ perpetuæ : est enim posterior particula explicatio prioris. Ideo enim iusti in perpetuum viuunt , quia vita perpetua vt merces à Domino iustis redditur. Sed & de cæde innocentium , quos in Christi aduentu occisurus erat Herodes , Ieremias prædixit , hanc illis cædem gloriosam martyrij mercedem fore. *Quum enim dixisset , Vox in excelsis audita est lamentationis , luctus & fletus , Rachel plorantis filios suos , &c.* quæ verba Matthæus eq

tunc tempore adimpleta scribit , subiungit statim Propheta. *Quiescat vox tua à ploratu , & oculi tui à lacrymis , quia est merces operi tuo , ait Dominus.* Sed qualis hæc merces sit , apertius in Euangelio Christus docuit. *Quum maledixerint vobis homines , &c. Gaudent & exultate , quia merces vestra copiosa est in cælis. Quumque de Christo venturo diceretur. Ecce Dominus in fortitudine veniet , & brachium eius dominabitur , merces eius cum eo , & opus illius cum illo.* Hanc mercedem explicat in Apocalypsi Ioannes qualis illa futura sit , in persona Christi dicens , *Ecce venio cito & merces mea mecum est , reddere unicuique secundum opus illius. Opus autem Christi cum illo de quo ibi Esaias , & opus seueræ iustitiæ contra impios , sicuti merces eius respicit iustos. De quo opere sic alibi Esaias , extremi iudicij terrorem describens. Sicut in monte diuisionum stabit Dominus (vbi Dauid recenter vnctus fudit Philistæos) sicut in valle que est in Gabaon irascetur. (Vbi Iosue Chananeos sole stante perfligauit) vt faciat opus suum , alienam opus eius , vt opere iur opus suum , peregrinum est opus eius , id est , vt faciat in impios iustitiam , deponit ad tempus misericordiam , quæ proprium est Dei opus. Christus ergo ad iudicium veniens reddet impiis , quid? opus iustitiæ rigidè punientis , piis verò & iustis , opus iustitiæ misericorditer retribuētis. Est enim iustitia diuina retribuens bona , non secus ac mala , Sic vitæ æternæ retributionem vocat Paulus , vitam laboribus reddendam. *Bonum , inquit , certamen certavi , fidem seruavi , cursum consummavi , de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex : non solum autem mihi , sed & ijs qui diligunt aduentum eius.* Diligit autem aduentum Domini quem vigilan-tem Dominus inuenit , qui ita in bonis operibus vixit vt diligat diem illum , non formidet , de quo supra in alia Dominica diximus. Redditur corona iustitiæ à iusto Iudice , quia vitæ æterna est vera merces bonorum operum. Sic ad Hebræos Paulus. *Non est iniustus Deus vt obliuiscatur operis vestri , & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius , qui ministrastis sanctis & ministrastis. Et ad Thesalonicenses disertissime scribit iustitiam Dei quæque veritas circa bono-**

Matth. 2.

Matth. 5.

Esa. 40.

Apoc. 22.

Esa. 28.

2. Reg. 5.

Iosue. 10.

Iustitia Dei retribuit bonum non secus ac mala.

2. Tim. 4.

Dominica 1. Aduentus.

rum operum retributionem æternam, quam circa impiorum vindictam æternam, ipsosque iustos regnum Dei vt dignos promereri. Sic enim scribit. *Gloriamur pro patientia vestra & fide, & in omnibus persecutionibus vestris, & tribulationibus quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, (id est, vt appareat iustum iudicium Dei, bonos remunerantis & malos punientis). Vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini. Si tamen iustum est (id est, quia iustum est) apud Deum retribuere, retributionem iis qui tribulant vos, & vobis qui tribulamini, quem vobiscum in reuelationem Domini Iesu de celo cum angelis virtutis eius. Apertissime docet Christum in postremo & glorioso aduentu suo, iustus & pro Christo tribulatus regnum Dei, & requiem æternam retribuere, quia iustum id est: & quia digni fuerunt regno Dei: Sic de sanctis alia scriptura dicit. *Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos se. Ad Collossenses quoque Apostolus in hunc sensum scribens, quum hortatus esset, vt ambularent digne Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, &c. concludit tandem, Gratiarum agentes Deo & Patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: scilicet per bona illa opera præcedentia, quæ Deus per Christum in nobis operatur. Sic denique in Apocalypsi de iis qui non inquinarunt vestimenta sua, id est, virgines erant, dicitur. *Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Tale est & illud Apostoli ad Colossenses, Scientes quod à Domino recipietis retributionem hereditatis, Christo Domino seruite. Ad Galatas quoque. *Qui seminat in Spiritu, de Spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes non deficiamus. Tempore enim suo metemus non deficientes. Hoc est vocare operarios ad mercedem accipiendam. Sic hæc Christi parabolam Paulus intellexit. Sic alibi dixit. *Pietas promissionem habet vita presentis & futura. Cui subscribens B. Ioannes ad suos ita scribit. *Videte vos metipfos, ne perdati que operati estis, sed vt mercedem plenam accipiat. Ex his Scripturis doceri populum potest vitam æternam esse mercedem bonorum operum, & operariis reddi atque retribui tanquam iustam mercedem.******

Ne quæ verò his tam multis ac manifestis scripturis,

pturis, quicquam repugnat quod alibi Paulus scripsit. *Gratia Dei vita æterna: & iterum. Non sunt condigne passionis vite huius ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: sicuti ex his duobus maximè locis imperitorum oculis maximam caliginem offundunt hodie hæretici. Nam, quod ad primum locum attinet, vita æterna vocatur & est Dei gratia, & gratuita retributio, quia bona opera quibus vita æterna retribuitur, ex gratia Dei non ex solis naturæ nostræ viribus profecta sunt. Sic hunc Pauli locum explicat Augustinus, gratiæ diuinæ contra Pelagium assertor maximus, Sic enim scribit, *Quia vita bona nostra nihil aliud est quam Dei gratia, siue dubio & vita æterna, quæ bonæ vite redditur, est gratia. Et ipsa enim, vita æterna, gratis datur, quia gratia data est illa, gratia, cui datur. Sed illa, gratia, cui datur, vita æterna, tantummodo gratia est. Hæc autem, vita æterna, quæ illi, gratiæ, datur præmium est & gratia pro gratia, tanquam merces pro iustitia: vt verum sit quoniai verum est, quia reddet vniciquæ Deus secundum opera eius. Hæc ille. Rursum alio in loco paulò clarius. *Vita æterna meritis sanè præcedentibus redditur. Tamen quia eadem merita quibus redditur, non à nobis parata sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa, vita æterna, gratia nuncupatur: non ob aliud, certè, nisi quia gratis datur. Nec ideo gratis, quia meritis non datur, sed quia data sunt & ipsa merita quibus datur. Hæc ille. Simile est, si quis pecunia ei ab aliquo data, ab eadem postea ex eadem pecunia prædium emeret. Venditio enim ista, & iusta esset, quia commutatio iusta, & tamen gratuita quia suæ ipsius pecuniæ prædium suum redderet. Sic enim Deus dat vniciquæ que talenta gratiæ, vt inde negociemur vitam æternam. Sic Paulus bonus negotiator de seipso dixit, *Gratia Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit: sed abundantijs illis omnibus laboravi: non ego autem sed gratia Dei mecum. Vide, vt sermonem temperat. Sic totum gratiæ tribuit, vt seipsum tamen & suam cooperationem liberam non excludat. Sic se laborasse ait, & gratiam Dei in vacuum non recepisse, vt tamen non solus aut suis folius viribus id fecerit, sed gratia Dei cum ipso. Vtrumque ergo prædicandum****

Rom. 6. et 8. Vita æterna & merces est & gratia.

De gratia & lib. arbitrio cap. 8.

Epist. 105.

Luc. 19.

1. Cor. 15.

1. Thessal. 1.

Sap. 3. Coloss. 1.

Apocal. 3.

Coloss. 3.

Gal. 6.

1. Tim. 4.

Epist. 2.

pturis,

vtrum

utrumque docendum est, non propter vnam veritatem altera veritas neganda est, quod faciunt heretici. Vita æterna est gratia Dei, quia opera nostra bona sunt ex gratia. Vita æterna est iusta merces operum nostrorum, quia opera nostra bona, sunt actus iustitiæ, placentes Deo, & merentes vitam æternam. Utrumque his paucis explicat Augustinus, Ideo Deus coronat nos in misericordia, non quia corona bonis operibus non redditur, sed quia ex eius miseratione bona operamur quibus corona redditur. Hæc ille. Hanc igitur ob causam quum dixisset Apostolus hoc loco ab hæreticis citato, stipendium peccati mors, non intulit, stipendium iustitiæ vita æterna (quod tamen rectè potuisset Apostolus dicere, ait August. loco iam citato) sed intulit, Gratia Dei vita æterna, ut videlicet intelligamus (ait August. cap. præcedenti) ipsa bona opera quibus æterna vita redditur, ad Dei gratiam pertinere. Hæc est S. Augustini clara doctrina, qui contra Pelagianos (quibus propter operum merita nos similes esse hæretici calumniantur) fortissimè pugnavit. Hanc utramque & totam veritatem Sacrum hodie Concilium Tridentinum his verbis proposuit credendam. Proponenda est, vita æterna, & tanquam gratia filii Dei misericorditer promissa, & tanquam merces meritis bonorum operum reddenda. Hæc illi patres iuxta scripturas sanctas, & optimum earum interpretem, in hac maximè causa Augustinum.

Ad alterum ex Paulo locum breuiter responde. Apostolus quum dixisset nos fore cohæredes Christo, Si tamen compatimur ut eorum glorificemur, ne conditionem istam duram esse aliquis existimaret (ut certè delicati hæretici existimant, qui sine vlllo suo labore saluos se fore præsumunt) adiunxit, passionibus huius temporis non esse condignas, id est, non æquiuale, non respondere, non esse pares gloriæ æternæ, sed infinitis modis illa esse inferiores: adeoque conditionem duram videri non debere. Non tamen ait huiusmodi passionibus vitam æternam iustè & merito & condignè non retribui, sed illud docet, quod valdè excedit gloria quæ iustos manet, ipsas iusto

De gra. & lib. arb. c. 9.

Rom. 6. Lib. eodem cap. 8.

Seff. 6. cap. 16.

Rom. 8.

iustorum pro Christo passionibus: iuxta illud quod a libi dixit. Quod in presenti momentaneum est, & breue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Agit ergo Apostolus non de condignitate meriti, sed de condignitate æqualitatis inter passionibus præsentibus, & gloriæ futuram: docetque pro paruis laboribus maximum præmium retribui, verè tamen & iustè retribui. Sic hunc locum exponunt Chrysostomus, Theodoretus, & Oecumenius. Augustinus quoque de ciuitate Dei lib. 5. cap. 18. Sic Christus fideli seruo dicturus est: Quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

2. Cor. 4.

In comment. ad hunc locum.

DOMINICA

Sexagesimæ.

Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant.

Luc. 8.



NOCENS explicandi contra prædestinationis doctrinam ab hæreticis hodie exaggeratam, & in fatale quædam actionum nostrarum necessitatem non minùs impiè, quàm absurdè commutatam atque inuersam, verba hæc Saluatoris proposita. Non enim hæc verba Christi eum sensum habent, vt Deus quosdam suam mera voluntate in sua ignorantia relinquat, & ex proposito nõ nisi per ænigmata doceat, vt sic necessariò ex parte Dei errent, & errantes pereant: quod quidè hæretici ex Dei electione atque prædestinatione inferunt, & necessariò cõsequi affirmant: quæ doctrina nihil à Dei bonitate alieni, nihil ad homines in barathrum vel præsumptionis vel desperationis præcipientes pellend

Prædestinationis doctrina ab hæreticorum corruptis vindicatur a

pellendos aptius. Illa enim imbuti aut de Dei necessaria vocatione & illuminatione presumunt, quibus quid ipsi interim vel agant, vel non agant: aut propter eius necessariam excacationem & desertionem desperant. Hanc autem detestabilem & perniciosissimam doctrinam, vt ex aliis Scripturæ locis male intellectis, ita ex presentis Euangelij verbis citatis peruersè colligunt. Ait enim Christus Apostolis & discipulis suis, vocatis & electis. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. Ceteris autem, puta Iudæis & reprobis, in parabolis, vt videntes non videant, hoc est, (aiunt illi) idè in parabolis, idè obscure, quasiq; in ænigmate, vt videntes verba non videant sensum, vt audientes literam non intelligant spiritum. Et hic horum hominum sensus videtur ex Matthæi verbis hanc ipsam Christi responsonem referentis posse confirmari. Referens enim illa Christi verba. *Vobis datum est nosse mysterium regni cælorum, addit Christus dixisse. Illis autem datum non est. Vbi non solum ponit Dei donationem in electis, sed etiam Dei negationem in reprobis. Sed sunt hæc Christi verba sanè intelligenda & dexterè exponenda, profectò sicut ea Sancti Doctores ante multa secula exposuerunt, atq; adeò sicut ipsa Scriptura seipsam exponit. Nosse, igitur, mysterium regni cælorum, certo quodam modo solis electis datum est, & solis reprobis negatum est. Nè, pè efficaciter, id est, sic vt doni effectus sequatur, fides videlicet & salus æterna. Causa autem cur in multis hoc donum gratiæ non sit efficax, cur multi efficaciter lumen fidei non accipiant, sed vt Christus dicit, *Videntes non videant, & audientes non intelligant, est ipsorum hominum prava voluntas, non ipsius Dei vlla absoluta voluntas; qui vtique non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, qui etiam vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire: qui denique non est acceptor personarum, sed in omni gente qui facit iustitiam (id est, qui rectè vtitur donis & gratia Dei) acceptus est illi. Quare optimè Chrysostomus illud Christi, vt videntes non videant, sic exponit, Quia volentes oculos claudèbant. Idè Christus non simpliciter dixit, non vident, sed videntes non vident: vt à prava illo-***

Matth. 13.

Exech. 18.

1. Timo. 2.

Act. 10.

Hom 46.

in Matth.

rum mente cecitatis originem esse intelligamus.

SE D cur igitur Christus hic apud Lucam sic loquitur, quasi idè in parabolis quibusdam loqueretur, vt videntes non videant, &c. Videtur enim obscura illa loquutio seu doctrina Dei (siue sit exterior siue sit interior) causa esse cur multi reuera non videant, etsi videte putentur, & reuera non intelligant corde, etsi aure audiant. Ad hoc responde illam particulam, vt non causam dicere, sed consecutionem, id est, non significare cur non videant, sed quòd de facto non videant, sicut alibi frequenter. *Vt impleretur quod dictum est per Prophetam. Non enim idè Christus fugit in Ægyptum, vt talis propheta impleretur, quasi illa propheta necessitatem fugiendi iniecerit Christo, sed Christus de facto fugiendo ostendit consequenter, illam prophetiam esse veram. Vel sic, ex Christi fuga cõsequetur illà prophetiã esse verã. Sic apud Ioannè. *Propterea nõ poterat credere, quia dixit Esaias, Excæcavit oculos eorũ & indurauit cor eorũ, vt non videant oculis. Nõ est sensus q; illa propheta esset causa cecitatis Iudæorũ, sed cecitas Iudæorũ ostendit illam prophetiam esse veram. Quare illud, quia dixit, exponendum est consecutiue, non causaliter. Sic in hoc Euangelio. Et hunc sensum Matthæus multò clariùs expressit. Sic enim refert Christum dixisse. *Idè in parabolis loquor eis, quia videntes non vident: & audientes non audiunt neque intelligunt, & adimpletur in eis propheta Isaiæ dicens, auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. Et causam statim subiungit Propheta. *Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauitè audierunt, & oculos suos clausuerunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur & sanentur eos. Hac verba apud Matthæum aperte docent, idè Deum in parabolis quibusdam loqui, quia etiam absque parabolis videre nolunt veritarè, vt propterea illis vel parabolis exponere, vel absque parabolis aperte & clarè prædicare esset labor inanis & irritus. Rursum docent in reprobis Iudæis de facto adimpleri Prophetiam Esaiæ, quando Christus eos in parabolis docuit, nõ autem idè sic Christum docuisse, vt adimpleretur, causaliter in-****

Obiectio
refutatio.

Matth. 2.

Ioan. 1.

Matth. 13.

Esai. 6.

1

2

c

3

tellig

telligendo. Tertio docent Iudæos ideò audire & non intelligere, quia incrassatum est cor eorum, scilicet propria malitia, & quia ipsi clausurunt oculos suos. Quarto docent Dei voluntatem esse, vt conuertantur & sanet eos, sed ipsosmet conuerti & sanari nolle, videl. propter duritiam cordis iporum. No tandum igitur, & docendus populus hoc loco cõtra necessitatem illam præscientiæ Diuinæ, quam hæretici perniciosè docent, donum gratiæ & voluntatem Dei volentis omnes saluare, non esse efficacem in omnibus, duabus ex causis, vel quia oblatam gratiam non acceptant, sed recusant, vel quia gratiam semel acceptam in vacuum recipiunt, & ea certè nõ vtuntur. Primum pertinet ad duritiam cordis, alterum ad negligentiam. In primo genere excellebant Iudæi, vt omnium reproborum typus ac figura clarissima. Illos Paulus vocat filios subtractionis in perditionem, quia videlicet obdurauerunt corda sua in deserto. Illis Stephanus iustissimè exprobrat: Vos semper Spiritu sancto resististis. De illis verissimè Moyses scripsit, quòd durissima ceruicis populus esset. Sed quod Moyses alibi dixit. Non deuit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures audientes vsque in præsentem diem, illud necessariò intelligitur de dono efficaci ex ipso- rum culpa. Ideò Apostolus dixit, quòd obdurauerunt corda sua in deserto. Et Dauid sui temporis Iudæos sic alloquitur. Nolite obdurare corda vestra, sicut in die exacerbatõnis, quando tentauerunt me patres vestri, &c. Nepè quidam causæ concurrant ad effectum gratiæ, ad fidem, ad charitatem aliasq; virtutes, & earum opera in nobis producenda, Dei donum seu gratia, nostrumque liberũ arbitriũ: scriptura defectũ fidei, obedientiæ, & aliarũ virtutũ, interdũ tribuit Dei gratiæ negatæ, interdum nostro libero arbitrio repugnanti. In vtroq; enim est causa defectus. Sed vel Deus ideò quibusdã non dat, eo quòd nihil profuturã suam gratiam præuidet, vel si dat, ideò in Scriptura non dare dicitur (vt Deut. 29. iam citato loco) quia efficaciter non est data, sed frustra & sine effectũ. Sic apud Mattheũ. Illis autem datũ non est. De 2. causa non efficacis gratiæ dicit Apostolus. Hortamur ne in vacuũ gratiã Dei recipiatis.

Cur voluntas Dei volens omnes saluari in omnibus nõ est efficax.

1. causa.

Feb. 10. et 3.

Act. 7.

Deut. 9.

Deut. 29.

Hebr. 3.

Psal. 94.

Matth. 13.

2. Causa.

2. Cor. 6.

Sed & illud moneri hoc loco populus potest, D. Augustinum, quem solũ ex patribus hæretici hodie huius gratts erroris patronum prætexunt, id planè & discretè docere, quod nos iam diximus: prauam videlicet cuiusque voluntatem in causa esse eur Dei gratiam vel non accipiat, vel acceptam in vacuũ accipiat. Ille enim celeberrimus gratiæ contra Pelagianos assertor, et si doceat quibusdã in locis, discrimen cur alij credunt, alij non credunt, hoc esse, quod aliis datum est, aliis datum non est, vt credant, secreto quidem, sed iusto Dei iudicio: tamen tum eisdem in locis, tum alibi docet, aliud quoq; discrimen esse liberum voluntatis arbitrium. Ait enim, Cur non sit homo sine peccato in hac vita: pugem facile & veraciter respondere, quia homines nolunt Rursum alio in loco, Ecce misericordia & iudicium, misericordia in eis qui ex acati sunt. Et ta. en illi quia voluerunt, crediderunt: & isti quia noluerunt, non crediderunt. Sic alibi, proposito exemplo duorum in pudicitia virtute aequaliter affectorum, quorum vnus conspecta muliere concupiscit, alter non concupiscit, discriminis causam esse ait, quia alter a castitate decerere voluerit, alter noluerit. Hæc Augustini sententiam manifestam efficiunt. Quod si quis hoc miretur aut dubitet, cur Christus dixerit: Vobis datum est nescire, ceteris autem in parabolis, id est, vt Matthæus eundem Christi sermonem refert. Illis autem datum non est, hoc est, cur discrimen ponat in dono gratiæ, & non in voluntate humana, neque dicat, Vos voluistis nosse mysterium, illi noluerunt, quod certè etiam verum est, quia vt de eisdem reprobis Ioannes scribit, dilexerunt magis homines tenebras, quã lucem: ad hoc responde. Quia gratia est superior, & principalior & excellentior causa cognoscendi Deum, ac videndi veritatis lucem: ideo inferior causa propriæ voluntatis tacetur: imò aliquando etiam negatur, non quia non adest, sed quia minor & inferior est: vt in his Scripturis. Neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat Deus. Et tamen paulò post Apostolus dicit, Dei adiutores sumus. Et iterũ. Non ego, sed gratia Dei mecum, Rursum alibi. Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus

Augustini doctrina prædeterminationi hæreticæ contraria

De peccat. mer. & rem. lib. 2. c. 17. Lege totum caput. De prædestin. Sancti. c. 6.

De civit. Dei lib. 2. c. 6.

Matth. 13. Cur Christus discrimen ponit in dono Dei, non in voluntate humana.

Ioan. 3. 1. Cor. 3. 2. Cor. 15. Marc. 13.

Afl. 4.

Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Et tamen de eisdem in Actis dicitur, loquebantur verbum Dei cum fiducia. Denique & illud, Non est volentis neque currentis, sed miserantis Dei. Et tamen alibi dicitur. Quoties volui congregare vos, sicut gallina congregat pullos suos, & noluitis.

Rom. 9.

Matth. 23.

Semen est verbum Dei:

Verbum Dei, est propriè verbum prædicatum, nõ scriptum.

Locus observandi contra hæreticos qui verbum Dei, nihil nisi scriptum verbum esse volunt, siue Scripturam utriusque testamenti, verbum Dei comparari hoc loco semini, quia eius propria natura est prædicari, & annunciari viva voce, ut audiatur, nõ scribi in codicibus ut legatur. Seminare enim est prædicare, & illi super quos seminatur, dicuntur in hoc Evangelio, illi qui audiunt verbu Dei. Primum cecidit secus viam: hi sunt qui audiunt, & c. Ideo fides est ex auditu: non ex lectione: Quomodo enim credent, quem non audierunt, & quomodo audient sine prædicante? Disciplina ergo fidei est per auditum verbi Dei prædicati, & annunciati ab iis qui ad prædicandum legitime missi sunt. Quomodo enim prædicabunt nisi mittantur? ait ibidem Apostolus. Seminis natura est spargi ab agricola in terram, nec recipi à terra nisi spargatur. Vel monstrum, vel miraculum est, terram sine agricultura bonum triticum producere. Sic vel monstrum est hæreticum, vel miraculi prærogatiua singularis, cognoscere verbum Dei sine ministerio ecclesiæ. Vbi illa prærogatiua miraculi est, signa quoque singularia diuinitus exhibentur, vt quos Deus in desertis, in eremis, in speluncis, in cauernis, in exiliis, flagrate persecutione per seipsum docet inspiratione spiritali: quæ omnia extraordinaria sunt. Sed ordinariè loquendo verbum Dei est semen, & verbum Euangelizatum. Sic ab Apostolo vocatur, verbum auditus fidei. Evangelium quod accepistis, & c. à Petro quoque verbum Domini manet in æternum, hoc est autem verbum quod euangelizatum est in vobis.

Gal. 1.

1. Petr. 1.

Dominic. 5. post Epiph.

R V R S V M Semen est, quia crescit vsque ad messem in

in agro Dominico: nec extinguitur vnquam: de quo supra in alia Dominica. Præterea verbum Dei semen est, quia immutabile est in natura & substantia sua, et si propagatione & explicatione varium. Quare nulla est vera & orthodoxa doctrina quæ noua est. **Epist. 79.** Vnde D. Basilius: Non alias fidei doctrinas post alias maturefcente ratione assumpsit, sed tradita principia absoluti, & ad perfectionem deduxi: sicut semen dum crescit, maius quidem è modico sit, non immutatum genere, sed perfectum ex incremento. Sic & Vincentius Lyrenensis, christiana religionis dogma has sequitur profectuum leges, vt annis consolidetur, dilatetur tempore, subleuetur ætate, incorruptum tamen illibatumque permaneat. **Cap. 29.**

DOMINICA QVIN-
quagesimæ.

Quid tibi vis faciam? At ille dixit, Domine vt videam.



Locus observandi contra hæreticos, qui totum opus bonum, aut conversionis ad Deum à statu peccati, aut progressionis ad virtutem in statu gratiæ, solius esse Dei opus volunt: hominem verò nihil cooperari, vt sic sectatores suos egregiè securos & otiosos reddant, totum Deo relinquentes, Christum in Evangelio neminem sanasse nisi volentem, nisi desiderantem, nisi sua voluntate, eaque ardenti cooperantem. Vt doceret certò sua beneficia gratiæ (quorum externæ istæ sanationes signa & formam gerebant) non nisi volentibus & cooperantibus dari. Sic in hoc Evangelio nõ contentus oratione & clamore cæci, rogat disertè, *Quid tibi vis faciam?* Sic apud Ioannem languido illi qui 38. annos habebat in infirmitate, & nihil adhuc à Christo rogauerat, dicit Christus præueniens eum, & eius voluntatem excitans, quæ luculentissima forma fuit diuinæ gratiæ, voluntates peccatorum quotidie præ-

De liberi arbitrij cooperatione in conversione ad Deum.

Ioan 5.

uenientis & excitantis, *Vis sanus fieri?* Sic rursum apud Matthæum duobus cæcis clamantibus secus viam post Christum, dicit eis. *Quid vultis vt faciam vobis.* Vide vt horum omnium voluntates exploret & excitet, quia neminem Deus nisi volentem sanat. Huc pertinent omnes illæ Scripturæ quæ peccatores ad voluntariam conuersionem prouocant. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos:* Et alibi. *Hodie si vocem eius audieritis* (videl. excitantis vos vel per externam doctrinam, vel per internum gratiæ suæ motum) *nolite obdurare corda vestra.* Rursum. *Projicite à vobis iniquitates vestras, & facite vobis cor nouum.* Et in Euangelio. *Facite arborem bonam; facit autem homo arborem bonam,* ait August. *quando Dei accipit gratiam,* cum scilicet præuenientem, sicut languidus roganti Christo an sanus esse vellet, respondit se hoc maxime velle: sed non habere qui cum adiuuaret. *Ite rû. Spe-ri os tuum & adimplebo illud.* Et alibi. *Homini est preparare cor.* Quæ psalmi postrema verba exponens Augustinus ait. *Quamuis nisi adiuuante illo sine quo nihil possumus facere, os non possumus aperire, tamen os aperimus illius adiuuamento & opere nostro. Nam quid est preparare cor & os aperire, nisi voluntatem parare? & tamen preparatur voluntas à Domino: & dicitur, Labia mea aperies. Itaque vt faciat homo, adiuuat Deus.* Hinc in Scriptura Deus adiutor noster dicitur, eiusque adiutorium frequentissime implorat. *Quid quoties fit, toties nos ipsos Deo ad salutem nostram cooperari Scripturadocet.* Vnde Augustin. *Si dicis Deo, Adiuuor meus esto, me derelinquas me, tu aliquid agis: Nam si tu nihil agis, quomodo ille adiuuat? Rursum alibi. Adiuuor noster Deus dicitur, nec adiuuari potest nisi qui sponte aliquid conatur, quia nõ sicut in lapidibus insensatis, aut sicut in eis in quorum natura rationem voluntatemque non condidit, salutem nostram Deus operatur in nobis.* Docet ergo populus non sic gratiam & præscientiam Dei prædicandam, sicut eam hodie hæretici prædicant & prædicando peruertunt, vt liberum hominis arbitrium tollatur, vt voluntatis cooperatio negetur, vt nihil nos ipsi cum Deo agere existimemus, ideò que totum Deo relinquentes ipsimet sola fide contenti ab omni bono opere torpeamus.

Matth. 20.

Zachar. 1.

Psal. 94.

Ezech. 18.
Matth. 7.

De gratia
Christi cap.
19.

Psal. 80.
Prouerb. 16.
Centra 2. e-
ps. Pela. lib.
2. cap. 8.

Psal. 50.

Psal. 26.
In enarrat.
ibidem.
De pecc. me.
& remiss. li.
2. cap. 5.

mus. Proferendæ igitur hoc loco & aliæ Scripturæ quæ demeritissimum hunc & pestilentissimum errorem penitus profligant. Christus apud D. Ioannem in Apocalypsi ait. *Ego sto ad ostium & pulso: si quis aperuerit mihi, intrabo & cenabo cum illo.* Pulsare est gratiæ, aperire est liberi arbitrij gratia adiuti: Item in epistola ipsius Ioannis. *Omni qui habet hærespem, sanctificat se, sicut ipse sanctus est.* Super quæ verba sic disputat Augustinus. *Videte quemadmodum non abstulit liberum arbitrium, vt diceret, sanctificat se? Quis nos sanctificat nisi Deus? Sed Deus te nolentem nõ sanctificat. Ergo quod adiuugis voluntatē tuā Deo sanctificas te ipsum. Sanctificas te nõ de te, sed de illo qui venit vt habitet in te. Amen quia ibi aliquid agis voluntate, ideò & tibi aliquid tributum est.* Hæc ille. Tota ergo veritas contra hæreticos hodie tenenda, non ex vna veritate alia destruenda, quod hodie faciunt circa gratiam nostri hæretici, sicut olim fecerunt circa liberum arbitrium Pelagiani. Dicebant enim Pelagiani, *Non est liberum arbitrium si Dei indiget auxilio.* Dicunt hodiè Protestantæ. *Nõ est Dei gratia si aliquid agit liberum arbitriũ.* Sic enim Caluinus. *Quum Deus dicitur efficere voluntatem, iam extra nos quicquid in ea bonum est locatur: Sed vtramque demeritiam refutans Augustinus, sic sapienter disputat. Si non est liberum arbitrium, quomodo indicat mundum (quod est contra nostros hæreticos.) Si non est Dei gratia, quomodo saluat mundum? quod est contra Pelagianos. Etenim quemadmodum nec præmia bonis, nec pœnam malis iuste decerneret Deus, nisi & illi libera voluntate bene agerent, & isti liberè peccarent, sic nullius liberi arbitrij opera saluare hominem possent, si Dei gratia illud non præueniret, excitaret, adiuuaret, ac denique coronaret. Nemo ergo, ait August. Deum castetur in corde suo, sed sibi quisque impuet quum peccat. Nec dum aliquid secundum Deum operatur, alienet hoc à propria voluntate. Quando enim volens facit, tunc speranda est boni operis merces.* Hæc ille. Hæc est ergo clara, perspicua & manifesta S. Scripturæ doctrina, ab ipso quoque Augustino diuine gratiæ prædicatore & assertore grauissimo luculenter tradita, sic Deum operari in nobis & velle & persicere, vt tamen ipsimet tū volendo tū perfi-

Liberum arbitrium probatur.

Apoc. 3.

1. Ioan. 3.

Tract. 4. in
epist. Ioan.

August. epist.
46.

Institut. li. 2.
ca 3 Num. 9.

Epist. 46.

De gratia &
li. arbit. c. 2.

Philipp. 2.

De grat. & perficiendo Deo cooperemur. Vnde hæc Apostoli
lib. arb. c. 9.

verba exponens Augustinus, sic scribit. *Non quia dixit
Apostolus, Deus est qui operatur in nobis velle & perficere,
ideo liberum arbitrium sustulisse putandus est. Quod si ita esset,
non superius dixisset: Cum timore & tremore operamini salu-
tem vestram. Quando enim iubentur vt ipsi operentur, libe-
rum eorum conueniunt arbitrium: Et alibi paulo plenus,*

De gratia
Christi. cap.
25.

*Deus quidem non solum posse nostrum donauit & adiuuat, sed
etiam velle & operari operatur in nobis, non quia nos non volu-
mus, aut nos non agimus, sed quia sine ipsius adiutorio nec volu-
mus aliquid boni nec agimus: Denique hoc ipsum
quod Deus dicitur, operari in nobis velle, non esse aliud
quam adiutorium Dei vt velimus, idem August. his
verbis aperte docet. Non est homo bonus si nolit, sed gratia*

Cont. 2. epist.
Pelag. lib. 1.
cap. 18.

*Dei ad hoc adiuuatur vt velit, quoniam non inaniter scriptum
est, Deus est qui operatur in nobis velle. Quare concur-
sum Dei nobiscum & nostrum cum Deo, in fide &
bonis quibusque operibus disertissime docet Augu-
stinus (quem Caluinus in hac causa gratiæ contra
liberum voluntatis arbitrium, totum suum esse men-
dacissime iactitat, vt ex locis iam citatis luculenter
patet) his verbis. Vtrumque tam credere quam bonum o-
perari, & nostrum est propter arbitrium voluntatis, & vtrum-
que tamen datum est propter Spiritum fidei & charitatis.*

Instit. lib. 2.
c. 3. Num. 8.

*Et paulo post. Vtrumque Dei est quia preparat volunta-
tem, & vtrumque nostrum est, quia non fit nisi volentibus nobis.*

De prædest.
sanctorum li.
I. cap. 3. &
Retract. li. I.
cap. 23.

*Postremo hanc cooperationem nostram cum Deo in
omnibus gratiæ beneficiis, eleganter docet modus
in Scripturis reuelatus quo Deus benefica sua mira-
cula operatus est. Deus per ministerium Moysis mi-
racula facturus, vsus est virga eius. Quid est quod te-
nes in manu tua? Hac ergo virga Moysaica serpentes*

Exod. 4. 7.
8. 14. 17.

*fecit, aquam in sanguinem conuertit, cyniphe ex-
citauit, mare rubrum diuisit, aquas e petra eduxit.
Elizæus rogatus a vidua, vt eam a creditoribus vexa-
tam iuuaret, ait illi: Quid habes in domo tua? mox-
que e modico quod habebat oleo, multa vasa imple-
uit. Christus in miraculo conuersæ aque in vinu, iu-
bet ministris, implere hydrias aqua. Lazarum resuscitaturus, iubet eius amicos, tollere lapidem. Hæc docent
Deum velle vt in operibus gratiæ, id quod habe-*

4. Reg. 4.

Ioan. 2. & 12.

*mus in manu, & domo nostra, propriæ voluntatis ar-
bitrium, ad opus conferamus, vt materiam ipsi di-
sponamus: vt impedimenta gratiæ tollamus: non
quidem solis naturæ viribus, & absque eius adiutorio,
sed ita tamen a Deo adiuti, vt liberè quod nostrum
est faciamus. Postremo notet hoc loco conciona-
tor, hereticos negando liberam nostram cooperatio-
nem in bonis operibus, tollere illum articulum in
Symbolo, quo iudicabit Deus viuos & mortuos.*

Fides tua te saluum fecit.

L O c v s docendi contra hæreticos, quòd etsi fa-
nitas hoc in loco à Christo fidei tribuatur, non
tamen soli (vt illi suis persuadent) sed tali fidei qua-
lem hic cæcus habuit. Non enim dixit Christus, fi-
des te saluum fecit, sed dixit: *Fides tua*: id est, qua-
lem tu iam ostendisti, orando, inclamando, & perfe-
uerando in oratione. *Quum enim increpabant eum, clamabat
multo magis.* Fuèrunt hic; ergo multa bona opera præter
ipsam fidem, qua credidit se posse à Christo sanari: fuit
oratio. *Iesu fili David miserere mei,* fuit perseuerantia:
*Qui præbant increpabant eum vt taceret, ipse verò multo ma-
gis clamabat.* Fuit professio fidei externa. Proficetur
enim Christum esse filium David, Messiam videlicet
repromissum ex femine David. Fuit caritas & spes,
sine quibus nec filium David confiteretur, nec
misericordiam ab eo orando peteret. *Qui enim dili-
git, confitetur, & qui sperat, orat.* Plura ad hanc rem
pertinentia vide infra in Dominica 18. post Penteco-
sten, ad illa verba. *Videns Iesus fidem illorum, &c. Quo
in loco cur fidei tribuat Christus salutem, etsi aliæ
virtutes adessent, copiose explicatur. Quæ e-
tiam sit illa fides quam Christus hic
in cæco laudat, aliisque in E-
uangelij locis, eodem
in loco studiosè
aperitur.*

Fides sola sal-
uum non facit.

DOMINICA PRIMA

Quadragesimæ.

Matth. 4.

Et cum ieiunasset 40. diebus & 40. noctibus, postea esurijt.

De ieiunio quadragesimali.

L O C V S proprius & necessarius explicandi populo ieiunij Quadragesimalis obseruantiam legitimã, laudabilem, ac salutarem esse, contra Epicureos & Libertinos atque Anomæos nostri temporis hæreticos, qui vel omne ieiuniũ, vt superstitionum cultum reiciunt, vel eius præceptum atque obseruantiam ab Ecclesia mandaram, tanquam doctrinã demoniorum homines dementissimi condẽnant. Quorum omnium infania sic cõmodè & breuiter refellitur, si causas ipsas grauissimas Quadragesimalis ieiunij instituti ex S. S. patribus deprõptas populo cõsonator proponat, posteaque ipsius ieiunij causas saluberrimas, & fructus amplissimos ex eisdem commemoret. Quibus explicatis, nec cultum eius superstitionum, nec præceptum eius libertati Evangelicæ contrariũ esse facildẽ ostẽderit. Causas instituti ieiunij Quadragesimalis ab iplo Apostolorũ tempore has apud patres obseruauimus. Prima causa est ad Christi Saluatoris nostri imitationem & exemplum. Si enim patiens & moriens pro humano genere, *exemplum dedit nobis vt sequamur vestigia eius*, quid n̄ etiam ieiunans? Rident hæretici hodie hoc argumentum: Christus ieiunauit 40. diebus, ergo, & nos similiter ieiunare oportet. Sed ridiculi homines quare hoc rident? Quia, inquiunt, ergo & Christum miracula facientem imitari nos oportebit. At verò ab vno extremo in aliud dilabuntur stultorum in morem, iuxta illud. *Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.* Neque enim vel nihil in Christo est imitandum, (quod contradicidit Petri verbis citatis, & Christi dicentis; *In hoc cognoscent omnes quòd discipuli mei estis, si dilexeritis ad inuicem, sicut ego dilexi vos*, vbi suam dilectionem

1. Causa ieiunij quadragesimalis instituti.

1. Petr. 2.

1. Cor. 13.

tionem in nobis imitandam proponit) vel omnia quod vires nostras superat. Quid ergo in Christo imitandum sit, quid non, docere nos debet Ecclesia per doctrinam Sanctorum patrum, non superba hæreticis. Patres ergo audiamus. Sic scribit Augustinus. *Epist. 119.* Quadragesima ieiuniorum habet auctoritatem & in veteribus libris (ex ieiunio Moysis & Helix) & ex Euangelio, quia totidem diebus Dominus ieiunauit. Sic Ambrosius contra sui temporis Aërianos, damnatos hæreticos, & nostrorum hodie Protestantium in hac parte maiores. *Epist. 82.* Quia isti ieiunandum negant, qua causa Christus ieiunauerit adseruant, nisi vt nobis exemplo esset eius ieiunium? Rursum in alio loco. *Serm. 36.* Quadragesimarius ieiunij numerus non ab hominibus constitutus, sed diuinitus consecratus est, nec terrena cogitatione inuentus, sed celesti maiestate præceptus est. Sed omnium antiquissimus S. Ignatius, D. Ioannis Apostoli discipulus, hanc causam vt ab ipsis Apostolis consideratam adfert. Quadragesimam, inquit, nolite despiciere. Imitationem enim habet conuersationis Christi. Denique S. Clemens in constitutionibus ipsis Apostolicis hanc rationem adfert. *Epist. ad Philippen.* Ieiunium quadragesimæ continet memoriam conuersationis & legislationis Domini. Ieiunat igitur Ecclesia quadraginta diebus ad exemplum Christi, non quidem simpliciter quia Christus sic fecit, sed quia eius exẽplo sic faciendum esse, & in hac parte eius vestigia sequenda esse, Ecclesia Catholica ab Apostolorum tempore docuit. Neque verò propterea Christum non imitauerit, quia sicut ille totis 40. diebus ieiunamus, vt stultè cauilantur hæretici. Sed sicut Christum imitamur, diligendo nos inuicem, etsi non tam perfectè inuicem diligimus sicut ipse dilexit nos: sic Christum imitamur per 40. dies aliquatenus ieiunando, etsi non sic continuè ieiunemus vt fecit ille. Alia causa à patribus assignatur, vt Christi Saluatoris passioni hoc tempore representatã compartiamur, dicente Apostolo. *Si compatimur & conglorificabimur.* Et iterum, *Spes nostra firma est pro vobis, scientes quòd sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis.* Quæ, vt de suis passionibus Apostolus dixit, ita ne quis hoc nihil ad Christi

Epist. 119.

Epist. 82.

Serm. 36.

Epist. ad Philippen.

Lib. 5. ca. 13. Const. Apost.

Cauillatio: hæretica refellitur.

2. Causa.

Rom. 10.

2. Cor. 1.

Christi passiones pertinere cauilletur (quum tamen afortiori passionum Christi participatio multo plus valere debeat quam Pauli) seipsum Christi passio- num imitatore paulo superius dicit, & ideo etiam consolatorum. Sicut abundant Christi passiones in nobis (quatenus videlicet similia patimur) ita & per Christum abundat consolatio nostra. Vnde & alibi desiderat

Phil. 3. 2. Cor. 4.

Paulus, cognosere societatem passionis Christi, con- gulari mori eius. Et alibi, mortificationem Iesu Christi in corpore suo circumferre; Imitatione videlicet & compassio- ne, quae non solum in mortificatione vitiorum consistit, sed etiam in corporis castigatione externa, ad quam sequitur vitiorum mortificatio. Hæretici hodie mortificationem vitiorum docent verbatenus, sed media huius mortificationis non docent: ieiunia, orationes assiduas, vitæ victusque asperitatem aspernantur & irridet. At verò Ecclesia Catholica ut semper quidem Christo compati, & Christi crucem quotidie tollere nos docet atque hortatur, ita media quædam nobis proponit quibus id assequamur: Alia aliâs, tempore autem Christi passionem proximè præcedente, ieiuniū quadragesimale, ut aliquotenus Christo patienti conformemur. Vnde S. Augustinus. In qua (inquit) anni parte congruentius obseruatio Quadragesime constitueretur, nisi consini atque contigua Dominica passioni? Hanc etiam causam Chrysostomus notauit, Ecclesia, inquit, ob gratiam ieiunat, Iesu opus agnoscens, ut pote cum crucifixo crucifixâ, & ut dum patitur cum Domino, cum Domino glorificetur: non ut Dominum lugeamus, sed ut dispensationis consitemur beneficiis. Eandem notauit

Episto. 119. cap. 15. Sermo. I. de ieiunio.

Sermo. 9. de Quadrage- sima.

In Matth. cap. 15.

Leo Magnus. Merito à Sanctis Apostolis per doctrinam Spiritus Sancti, maiora hæc sunt ordinata ieiunia, ut per commune consortium crucis Christi, etiam nos aliquid in eo quod propter nos gessit ageremus, sicut Apostolus ait. Si compati- mur & conglorificabimur. Hoc etiam obseruauit S. Hilarius disputans de ieiunio Catechumenorum, qui in Paschate baptizandi erant, ut verborum sponsonem (quibus videlicet passionem & resurrectionem Domini se credere constitebantur) quadam rerum ipsarum veritas consequatur, toto in ieiunijs passionis Dominica tem- pore demorantes quadam Domino compassionis societate iun-

guntur.

guntur. Denique & hanc considerationem expressit S. Epiphanius, Non ut gratiam aut beneficiis exhibeamus ei, qui pro nobis passus est, ieiunium nobis constitutum est: sed ut consitemur ad nostram salutem Domini passionem quam pro nobis ipse suscepit, & ut pro peccatis nostris ieiunia nobis apud Deum suscipiantur. Atque hæc illi Patres, tam Græci, quam Latini, tam ex Oriente, quam Occi-

In compen- diaria doctri- na.

ALIAM adhuc causam ieiunij Quadragesimalis assignant Patres: ut ad Resurrectionem Dominicam celebrandam (in qua generalis est omnium fidelium deuotio, ut nemo à sacra Synaxi tunc abstineat) dignius ac diligentius præparemur, quasi que per ieiunium vitis expurgatis, & expiatis, tãtò purius ad sacratissima mysteria illa accedant, qui non nisi rarò accedere solent. Hanc causam notat S. Hieronymus.

3. Causa.

Ecclesie consuetudo ad Passionem Domini & Resurrectionem per humilitatem carnis venit, ut spirituali sagina ieiunio corporis præparetur. Sic & Leo Magnus. Quia non desinit antiquus hostis tunc maxime contra Christi membra scuire, quando ab eis sunt celebranda sacratiora mysteria, merito doctrina Spiritus Sancti hac eruditione imbuit populum Christianum, ut ad paschale festum quadragesima dierum continentiâ se prepararet. Hæc ille, Eandem causam diligen- ter expendit S. Augustinus. Ut sacramenta, inquit, redemptionis nostrae dignius celebremus, saluberrime nos 40. dierum ieiunio præparamus, Non enim est tantum qui in nouam vitam baptismo sunt regenerante venturi, (ubi & consue- tudinem illam de ieiunio quadragesimali Catechu- menorum commemorat, de qua supra Hilarius meminit) sed & omnes populi reuoratorum, vtiliter & necessa- rio præsidium sibi huius sanctificationis assumunt. Illi ut que nouidum habent accipiant, isti ut accepta custodiant. Hæc ille.

In comm. ad Matth. ca. 5.

Sermo. 3. de Quadrag.

Serm. 63. de tempore.

Sed & obiter hanc notat Gregorius Magnus his verbis, Carnem nostram decimamus, ut ad sanctum Pascha securi peruenire possimus.

Homi. 10. super Euange- lia.

PORRO & hoc in Quadragesimali ieiunio notant Patres, quod quum hic numerus dierum decima sit anni pars, & rerum omnium decimas Deo dare iubeamur, id præceptum in hoc ieiunio impleamus. Vnde Sanctus Gregorius. Dum per 365. dies an-

4 Causa. Hom. 16. Ex 40. in Euangelia.

nus ducitur, nos autem per 36. dies affligimur, quasi anni nostri decimas Deo damus: & qui nobis metipsis per acceptum annum vivimus, Auctori nostro nos in eius decimis per abstinentiam mortificemus. Hæc ille. Neque verò huic speculationi quicquam obstat, quòd decima anni pars non sit præcisè numerus 40. sed numerus 36. vt posuit Gregorius loco citato, quia Scripturæ normâ & consuetudinem hac in parte Ecclesiæ sequitur. Solet autem Scriptura omnem numerum qui quamlibet decadem ita transit, vt ternarium excedat, non præcedenti decadi, sed ei ad quam tendit deputare, vt pote cui vicinior & propinquior est Cuius rei exempla videre licet in Genealogia filiorum Noë. Sic ergo decima anni pars 36. dies ad 40. referuntur, & in ea decade complentur. Quamquam & aliam ob causam hæc anni decima in numero quadagesimo non autem 36. completa est, quia numerus 40. proprium est quoddam penitentiaræ & afflictionis tempus, vt ex Scripturis deducit S. Hieronymus exponens illa verba Ezechielis prophætæ. Non habitabitur quadraginta annis. Hic numerus, inquit, semper afflictionis & pœnæ est. Vnde & Moses & Helias & ipse Dominus 40. diebus ieiunauerunt & noctibus, & per 40. annos populus erat in solitudine: & quadringentis annis (qui faciunt 40. decadas) populus seruauit in Aegypto. Pluuie quoque diluuij 40. diebus inferunt orbem naufragium. Hæc ille. Porrò hanc anni decimationem in ieiunio quadagesimali obseruauerunt præter Gregorium Magnum, Isidorus Hispalensis lib. 1. de Ecclesiasticis officiis, & Cassianus in collationibus Patrum. Cassiani verba sunt, *Quadagesima legem illis qui per totum anni spatium de liis vel negotijs secularibus implicantur; Ecclesiarum Principes statuerunt, vt vel hac legali quodammodo necessitate constricti, his saltem diebus vacare Domino cogerentur, ac dierum vitæ sue quos totos quasi fructus quædam fuerant vocatur, vel decimas Domino dedicarent.* Hæc ille. Atque hæc de ieiunij quadagesimalis causis grauissimis) etsi sola Ecclesiæ auctoritas hac in parte cuius fideli satisfacere debuit) cõntra prophanos animales, & insensatos horum

horum temporum hæreticos, qui nihil pium gustare, nihil spirituale aut religiofum, sapere possunt, proferri apud populum non incommode poterunt.

Nunc de ipsius ieiunij causis saluberrimis & fructu amplissimo, aliquid etiam ex Scripturis & Patribus annotabitur. S. Chryostomus Scripturæ doctrinam sequens in vna sententia quatuor causas & fructus cõplectitur. *Ieiunauit, inquit, quia peccasti, ieiunauit peccata, ieiunauit, vt accepta, ieiunauit, vt accepta custodias.* Ex his quatuor causis, duas priores, quas maximè negat hæretici, in vna etiam sententia Sanctus Augustinus complectitur. *Illi inquit, sit longum & fastidiosum ieiunij tempus (de Quadagesimali loquitur) qui nec orat de culpa, nec sperat de venia.* Sed 4. ieiunij fructus à Chryostomo notatos, nunc ex Scripturis ostendamus. Ieiuniis placari Deum & expiari peccata, docent exempla Niuuitarum, qui ad prædicationem Ionæ, *Ieiunauerunt Domino, & vidit Deus opera eorum.* Achab regis, qui addita comminatione prophætæ, *ieiunauit & dormiuit in sacco: dixitque postea Dominus, Quia humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius.* Ioël clamat ad populum peccatorem. *Conuertimini ad me in ieiunio & fletu & planctu.* Samuel Deum in Masphat placaturus ieiunium indicit. *Ieiuniis impediri peccata, & caueri disertè docet Apostolus. Licet is, qui foris est iustus homo corruptus sit, tamen is, qui intus est renouatur de die in diem.* Et alibi. *Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne dum alijs predicauero ipse reprobus efficiar:* quæ eius verba de vi & virtute ieiunij Apostolici contra Vercellenses profert Sanctus Ambrosius. Porrò hanc ieiunij virtutem ad edomandas peccatorum libidines multis verbis amplificat Patres, quos inspicere licet. Dium Ambrosium Sermone 34. Leonem Magnum Sermone octauo, De ieiunio 10. mensis. Dium Basilium homilia prima, De laudibus ieiunij. Sanctum Chryostomum Serm. 1. De ieiunio. Illud singulariter hoc loco obseruandum, quòd de Saluatoris nostri ieiunio in hodierno Euangelio scriptis Sanctus Ambrosius. *Saluator volens nos aduersus Diaboli*

Ictus istis Quis.

Serm. 1. de ieiunio.

Serm. 69. de temp.

1. Ictus istis placatur Deus.

Ionæ. 6. 3.

3. Reg. 21. Cap. 1.

1. Reg. 7.

2. Ieiuniis cauentur peccata.

1. Cor. 4.

1. Cor. 9.

Epist. 82.

Epist. 82.

Genes. 11.

In comment. in cap. 29. Ezech.

Cap. 36. Col. 2. 21. 29.

3. Fructus.

tentamenta fortiores reddere, certaturus ieiunavit, ut sciremus, quia dicitur illecebras mali non possemus vincere. Hęc ille.

TERTIVS ieiunij fructus est, ut beneficia impetremus & gratiam. Huius rei exempla ex Scripturis commemorat Ambrosius, eaque contra sui temporis hæreticos, nostris hodie simillimos, vrgit his verbis. *Moses ieiunans legem accepit. Petrus ieiunans edoctus est noui testamenti gratiam, quum videlicet ieiunanti & oranti de baptizandis gentibus, reuelatum est mysterium. Daniel ieiunij merito ora clausit leonum. Ieiunio eluimus peccata, sicut scriptum est, Ieiunium & elemosyna liberant à peccato. Quis sunt ergo hi præceptores noui, qui meritum excludunt ieiunij?* Hęc Ambrosius. Certè Christus in Euangelio, quædam dæmonia non nisi in ieiunio & oratione eiici posse affirmavit. Sic Samuel, Hester, Iudith, Machabæi, ieiunio obtinuerunt contra hostes suos victoriam.

Epist. 82.

Act. 10.

Daniel. 14.

Tob. 4.

Matth. 17.

4. Fructus.

QUARTVS fructus est, ut accepta custodiatur, id est, in bono perseueretur. Sic Leo Magnus. *Ieiunia omnes bonæ voluntatis affectus ad maturitatem totius virtutis emittunt. Ideo damnantur in Concilio. Quibus ita positus, quomodo cultus eius superstitiosus esse poterit, cuius & causæ sunt tam multæ ac tam graues, & fructus tam ampli & varij. Sed supra in alia Dominica ostendimus contra hæreticos nostri temporis ieiunia esse cultum Deo gratum & acceptabilem. At displicet magnopere nostris hereticis, quod sub præcepto ponatur hoc ieiunium, quod prohibeat Ecclesia certa ciborum genera in diebus ieiuniorum comedere, denique fideles ad talia obligent, sub pœna peccati. Ista enim, vel doctrinas esse dæmoniorum, de quibus Paulus ad Timotheum scribit, dicens: *In novis imis temporibus futurus qui attendunt doctrinis dæmoniorum, prohibentium abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione.* Vel certè libertati Euangelicæ repugnare, quæ in operibus pietatis libera esse debet, & non iterum sub iugo stare. Sed ad hanc duplicem cauillationem respondeat dexterè Concionator, & hæreticorum partim impietatem, partim ineptiam dilucidè populo exponat hunc in modum. *Quod ad doctrinas dæmoniorum attinet, ex ipso**

Serm. 4 De ieiunio 10. mensis.

Dominica infra octauas Natalis Domini.

Ieiunium sub præcepto.

1. Timo. 4.

ipso Apostolo aperte liquet doctrinam dæmoniorum circa prohibitionem ciborum illam esse, quæ sic cibos prohibet, ut res immundas, & non à Deo creatas. Cùm enim Apostolus dixisset, *Abstinentes à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione, fidelibus, secutus ait, & is, qui cognouerunt veritatem, quoniã cum creatura Dei bona est, & nihil abijciendum quod cum gratiarum actione percipitur.* Hęc autem sunt (infert contra Manichæos August.) *quæ negatis: hoc animo, hac voluntate, hac opinione, ab escis huiusmodi temperatis, quod non significatione (ut in veteri lege) sed natura male & immunda sunt. Quatuor creatorum earum sine dubio blasphematis, hoc est, quod pertinet ad doctrinam dæmoniorum. Nolite ergo mirari hoc de vobis tanto ante à Sancto Spiritu prophetatum. Hęc ille. Ex quibus patet doctrinam quidem Manichæorum fuisse doctrinam dæmoniorum, quia sic prohibebant comedere carnes quasi à malo Deo essent omnes creatæ. Doctrinam autem Ecclesiæ non esse doctrinam dæmoniorum, quia talem sensum damnat & execratur, & solum propter corporis castigationem aliosque ieiunij fructus commemoratos, abstinentiam carniū præcipit. Non enim simplex prohibitio, sed prohibitio in sensu Apostoli est doctrinæ dæmoniorum, Alioquin ipsi Apostoli, & Paulus cum aliis, doctrinam dæmoniorum docuissent, quum prohiberent comedere *suffocatum & sanguinem.* Quare in eodem loco, quo sensu Catholica Ecclesia abstineat à certis cibis docet August. his verbis. *Christiani, non hæretici, sed Catholici, edomandi corporis causa propter animam ab irrationalibus motibus amplius humiliandam, non quod illa immunda esse credant, non solum à carnibus, verum à quibusdam etiam terræ fructibus abstinent, vel semper sicut pauci, vel certis diebus atque temporibus, sicut per quadragesimam ferè omnes, quanto magis quique, vel minus seu voluerit, seu poterit. Quæ postrema verba non ita dicit Augustinus quasi liberum tunc esset Quadragesimæ ieiunium & absque præcepto, ut insulsi hæretici ex illis verbis colligunt, affirmantes in seculo Augustini Ecclesiam Catholicam hoc nunquam admisisse, ut iuberentur Fideles abstinere: sed idè ita loquitur, quia ipsa abstinentia, vel magis, vel**

Præceptum ieiunij non esse doctrinam dæmoniorum.

1. Tim. 4.

Contra Faustum lib. 3. cap. 5.

Act. 15.

August. ibid.

Augustini verba exponuntur de libertate ieiunij.

minus à fidelibus assumitur, & ab Ecclesia indicitur, quanto magis vel minus vnusquique abstinere vel voluerit, vel potuerit, nempe vel à carnibus & fructibus terræ, vel à carnibus & non fructibus. Vtrumque enim Augustinus posuit: Deinde quantitate abstinentiæ dicit poni in arbitrio & potestate ieiunantis, non ipsam qualitatem, quanto quisque magis vel minus: Ecclesia videlicet neque tempore Augustini, neque hodie, vel infirmos vel vlla rationabili causa impeditos cogit ieiunare, sed maxima hac in re moderatione vitatur, neque quemquam vltra id quod commodè potest, abstinere compellit. Sic & alij patres docuerunt. *Quadragesima.* (inquit Gregorius Magnus, ducentis ferè post Augustinum annis) *summa obseruantia seruanda est, vt ieiunium in ea, nisi quem infirmitas impederit, nullatenus soluantur.* Sic Leo Magnus Papa. *Nihil à quoquam arduum, nihil asperum queritur, nec aliquid nobis quod vires nostras excedit, iudicatur.* Sciunt enim singuli quid possint quidve non possint. Ipsi modulum suum pendant. Sic ipse alibi Augustinus de Quadragesimali ieiunio disputans. *Si infirmitas non prohibet, quotidie ieiunare. Denique docet ipse diligenter Augustinus quid ille facere debeat, qui communem ieiunij Ecclesiastici legem seruare non potest. Qui ieiunare non vult, secretius sibi soli preparat quod accipiat, nec alios ad prandium inuitet, Cum gemitu autem & suspirio manducet (non cum risu & cachinnis & contemptu Ecclesiæ, vt hodie hæretici faciunt) quod alijs abstinentibus ipse ieiunare non potest. Pro eo quoque quod non potest ieiunare, amplius debet pauperibus erogare.* Sic & Diuus Chrysostrmus *Dilecte, inquit, si ob corporis imbecillitatem non potes ieiunus diem producere, nullus qui sciat, propter hoc te agnere poterit. Dominum enim habemus mansuetum & misericordem, & nihil super vires nostras à nobis exigentem. Igitur qui cibum accipit & ieiunare non vult, largiorem det elemosynam, frequentior sit in precibus, maiorem habeat alacritatem in audiendis. Diuini eloquijs.* Hæc fuit semper Ecclesiæ Catholice moderatio in ieiunijs ab ea indictis. Quare & disertè ab illis excipiuntur, pueri, senes, prægnantes, ægroti, peregrinantes, & laborantes

borantes: ex graui & iusta causa. Propter hanc moderationem, sic Augustinus, sic alij Patres loquuntur.

NIHILO MINVS tamen ieiunium Quadragesimale Augustini tempore ab Ecclesia præceptum fuisse (quod negant hæretici propter verba prædicta) ex ipso Augustino aliisque ei contemporaneis patet. Sic enim scribit Augustinus. *Dicente Domino, unge caput tuum & faciem laua, ne videaris hominibus ieiunans: nos ergo contra præcepta Christi facimus, qui publicè ieiunium indicimus, & vidente toto populo pariter cum ipso ieiunamus? Non, sed in hoc sensu oportet intelligi, vt nemo pro laude humana, sed pro peccatorum indulgentia, vel pro misericordia diuina ieiunet. Rursum alio in loco. Quadragesima, inquit, ieiuniorum habet auctoritatem. Et in veteribus libris ex ieiunio Moysis & Helie, & ex Euangelio, quia totidem diebus Dominus ieiunauit. In qua ergo anni parte congruentius obseruatio Quadragesime constitueretur, nisi consui atque conigua Dominicæ passioni? quia in ea significatur hæc vita laboriosa, cui opus est continentia, &c. Ecce agnoscit Augustinus ieiunia publicè indicta, & Quadragesimale ieiunium in certa anni parte constitutum: vtique ab Ecclesiâ & solius Ecclesiæ auctoritate. Nam in alia epistola idem Augustinus dicit. *Quibus diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, præcepto Domini vel Apostolorum (in Scripturis videlicet, de quibus ibi loquitur) non ieiunio definitum.* Restat ergo, vt hoc publicè indictum atque constitutum ieiunium, quod agnoscit Augustinus, non nisi ab Ecclesia indictum & constitutum siue præceptum agnouerit. Testatur porò idem Ecclesiæ in hac parte præceptum S. Ambrosius, qui Augustinum baptizauit, vt ipsemet testatur in eadem epistola. *Reliquo, inquit, anni tempore ieiunare præmium est. In Quadragesima non ieiunare peccatum est. Illa voluntaria ieiunia, ista necessaria. Illa de arbitrio veniunt, ista de lege. Ad illa inuitamur, ad ista compellimur. Idem præceptum agnoscit Leo Magnus. Res est, inquit, præcipui operis quum ex auctoritate indicimus, & ex caritate suademus, vt paululum edendi libertate compressa castigationi corporum & pauperum suadeamus allimonia. Sed ante hos omnes S. Basilus**

Serm. 65.
De temp.

Epist. 19.
cap. 15.

Epist. 88.

Epist. 86.

Serm. 34.

Serm. 1. de
ieiunio 7.
mensis.

Moderatio
Ecclesiæ in
ieiunijs.

Hom. 16.
ex 40.

Serm. 3. De
ieiunio 10.
mensis.

Serm. 56.
De temp.

Serm. 61.
De temp.

Hom. 10.
in Gene.

Ieiunium sub
præcepto tem-
pore Augusti-
ni.

de quadragesimali ieiunio omnibus indicto atque præcepto scribit: *ieiunium quidem utile est per omne tempus illis qui sponte illud suscipiunt: sed multo magis hoc tempore quo per uniuersum terrarum orbem undique denunciatur ieiunij præconium. Nec ulla est insula, nec ulla terra continens, non ciuitas, non gens ulla, non extremus mundi angulus, ubi non sit auditum ieiunij edictum.* Denique his adhuc antiquior Origenes: *Habemus, inquit, Quadragesime dies ieiunij consecratos.* Postremo in Concilio Gangrensi antiquissimo, & diu ante Augustini ætatem, anathemate feriuntur, qui præscripta ieiunia violant. *si quis* (inquiunt eius Concilij Patres) *eorum qui religionis exercitio student absque necessitate corporis infules atque ieiunia in commune tradita, & ab ecclesia obseruata dissoluat, improbens apud semetipsum, & abrogans præcipuam sententiam, Anathema esto.* Ex his testimoniis Antiquitatis manifestè patet contra hæreticos, præceptum fuisse ab ecclesia ieiunium quadragesimale, non vt Manichæi, teste^a Augustino, non vt Marcionitæ teste^b Hieronymo, non vt Encratitæ teste^c Theodoro, aut Priscilli anistæ, quos hoc nomine Manichæis simillimos^d Augustinus vocat, tradiderunt, quasi creaturæ immundæ carnes essent, sed propter causas superius ex Patribus citatas.

P R A E C E P T U M verò istud non magis libertati euangelicæ * repugnat, quàm alia quæuis aut Dei, aut ecclesiæ præcepta. Libertas Spiritus ad quam vocati sumus, non est vt nullis subiiciamur legibus, sed vt seruiliter non subiiciamur metu pœnæ. Ideo sumus non sub lege, sed sub gratia, quia liberaliter ex caritate Dei & nostri ipsius spiritualis boni, præcepta seruamus. Sed hæc carnalis libertas quam hodie nostri vendicant, est vetus Aërianorum hæresis, de quibus sic Epiphanius. *Ieiunium* (aciebat Aërius) *non erit ordinatum.* Hæc enim Iudaica sunt, & sub iugo seruitutis. *Si vero volo omnino ieiunare, quemcumque diem eligam à meipso, & ieiunabo propter libertatem.* Hæc ille, quem idcirco inter hæreticos ponit^a Epiphanius, ^b Damascenus, ^c Augustinus, & quotquot de hæresibus scripserunt.

Homil. 2.
De laudibus
ieiunij.

Homil. 10.
in Leuit.

Cap. 19.

a. con. Faust.
lib. 30. c. 5.
b. lib. 2. con.
Iouinia.
c. Diuin. de-
cret. epitome
cap. 71.
d. Epist. 86.
* Vide hæc de
re plura in fe-
sto. 55. Simo-
nis & Iudæ.

Her. 75.

u. Ibidem.
b lib. de hæ-
resibus.
c hæc. 33. ad
Quod vult
Deum.

Si filius Dei es, mitte te deorsum.

Locus obseruandi perpetuum diaboli vocem in hæreticis loquentē, quoties ab Ecclesiæ Catholice vnione ad sua conuenticula fideles suadendo abstrahunt. Suadent enim vt ab altissimo & eminentissimo monte te præcipites, in speluncam latronum casurus. Ecclesia est *Ciuitas super montem posita*, vt Christus suis Apostolis dixit Omnia hæreticorum conuenticula sunt speluncæ latronum. *Qui non intrat per ostium in ouile, fur est & latro.* Qui fidelibus populis præesse contendit, eos docere, pascere, sacramentis imbucere, sine legitima vocatione & impositione manuum à Christo instituta (quod omnes hæretici faciunt, sunt fures & latrones, latentes quoque sunt obscuri & pauci sicut in speluncis. Quæ igitur fideles Catholicos à totius orbis communionem ad suæ sectas abducunt, dicunt illis. *Mitte te deorsum.* Hoc est (ait Vincentius Lyrenensis) *ex istius te sublimis ecclesiæ, quæ etiam templum Dei putatur, doctrina & traditione te dimittite.* Sic & Augustinus hunc locum tractans ait. *Diabolus caput nostrum sursum asensum, deorsum volebat deicere. Vos autem (hæreticos Donatistas alloquitur) corpus eiusdem capitis, quod per totam terram diffusum est, ad exiguam partem vultis redigere.*

Scriptum est enim, quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Locus necessarius & accommodatissimus diligenter monendi populum fidelem, vt ab hæreticis caueant, scripturas perpetuò in ore habentibus; & non nisi ex scripturis perperam tractatis (vt hic contra Christum ipsum facit Diabolus) fideles seducantibus. Docendus ergo & diligentissimè monendus est hoc loco populus fidelis; primùm in causa & doctrina fidei aduertere eos debere, non quid illi dicitur, sed quis ille sit qui loquatur: Deinde perpetuum esse hæreticorum morem Sacris Scripturis ad suam & aliorum perniciem abuti: Postre-

Hæreticorum voces diabolicæ.
Math. 6.
Ioan. 10.
Cap. 37.
Cont. Petil. lib. 2. c. 51.

mò non ex sola litera & textu Scripturarum, sed ex eius sensu recto & orthodoxo fidem aut fidei doctrinam & consolationem esse petendam. Quod ad primum attinet, in omni quidem humanarum rerum scientia spectandum potius quid dicatur, quam quis loquatur, quia quum sola ratio sit totius veritatis humanæ regula & principium, ratio autem necessariò sit semper vera, siue illam Diogenes, siue Socrates siue parvus, siue magnus, siue indoctus, siue doctus pronuntiet. At verò in doctrina fidei, quia eius regula est Autoritas non ratio (quòd enim aliquid scimus rationi, quòd credimus auctoritati debemus, ait Augustinus) propterea necessariò dispiciendum quis & qua auctoritate præditus, vel ut minimum qua fide ac religione imbutus sit qui de fide disputat, aut Scripturas eo pertinentes profert. Sed & præterea Ordo in ecclesia à Christo institutus hoc idem nos docet. Non enim omnes Prophetae, non omnes Doctores, & rursus. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Et iterum. Ipsi currebant, & ego non mittebam eos. Sicuti ergo non omnes sunt doctores, ita neque omnium est docere in causa fidei. Quòd si non docere, nec ex Scripturis disputare. Nihil enim magis quasi doctorale est. Hanc ob causam iubet Christus diligenter attendere à falsis prophetis, & de futuris pfeudo prophetis monere: & de huiusmodi ait. Oves meæ alienum non sequuntur, nec vocem eius audiunt, sed fugiunt ab eo, Paulus quoque monet cauere à lupis rapacibus, qui abducent discipulos post se: id est, post suum sensum: & à pfeudo apostolis operariis subdolis. Petrus quoque de magistris mendacibus præmonet: & Ioannes non omni spiritui credere. Monendus ergo populus Scripturam perpetuo eos monere de personis quas audiunt. Hanc etiam ob causam diabolum etiam vera dicentem Christus Saluator in Euangelio non tolerat. Dicente enim Satana, Scio te quia sis Sanctus Dei, increpauit eum Christus dicens, obmutescere: & paulo post. clamantibus & dicentibus Dæmonis, Quia tu es filius Dei, increpans ea non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Quod sanè documentum & Paulus sequutus est, clamante post illum puella spiritum pythonem habente.

ij sunt

ij sunt serui Dei altissimi. Quum enim hoc sepe fieret multis diebus dolens Paulus præcepit spiritui exire ab ea. Cur autem Christus hoc faceret, nec Diaboli etiam vera dicentis testimonium admitteret, egregiè notat & exponit Chrysostronus Diabolus, inquit, ipse veritatem aliquando dicit: primum ut rerum ordinem confundat, deinde ut auferat Apostolorum dignitatem: postremo: ut multitudini persuadeat sibi attendere. Quæ ne fierent, etiam vera dicentium dæmonum ora obstruxit Christus. Quod autem in Diabolo Christus & Paulus fecerunt, hoc in omnibus hæreticis faciendum esse (qui profecto eisdem de causis è Scripturis loquuntur, ob quas Diabolum loqui notauit Chrysostronus, ut ordinem confundant, ut Ecclesiæ dignitatem imminuant, ut multitudinem post se trahant) docent diligenter S. Patres. Sic Athanasius contra Arianos. Hæreticus, inquit, tamesi voces suas è sacris literis mutuetur, nihilominus suspectus animòque corruptus audiet à Spiritu S. Quare tu enarras iustitias meas, &c. Contra B. Paulus etsi ex alienis literis loquatur, ut illud. Crepescis semper mendaces, tamen Sanctus quum sit, magister Gentium est in fide & veritate, & quæ loquitur cum pietate loquitur. Hæc ille. Sic anteillum Origenes. Si quando testimonia de Scripturis audieris, vide ne statim loquenti acquiescas, sed considera illum qui loquitur, cuius sententia, cuius voluntatis sit. Si enim sententia hereticus est, & sub omni pelle lupus latitat, Diabolus in eo loquitur. Nihil ad eum Scripturæ pertinent. Hæc ille: cui planè cõformia eo adhuc antiquior scripsit Tertullianus, Aspici debet, inquit, cui competat possessio Scripturarum, ne si admittatur ad eandem, cui nullo modo competit. Et paulo post. Ordo rerum hoc desiderabat, illud prius proponi, quibus competat fides ipsarum: cuius sint Scripturæ: à quo & per quos, & quando, & quibus, sit tradita disciplina, qua sunt Christiani. Vbi enim apparuerit esse veritatem disciplinæ, illic erit veritas Scripturarum & expositionum & omnium Traditionum. Et paulo post. Si hæretici sunt, Christiani non sunt. Ita non Christiani nulli ius capiunt Christianarum literarum. Hæc ille. Hoc autè totū tū ex Scripturis prælegatis, tū maximè ex his Pauli verbis, doctissimi illi Patres didicerunt, quibus superbos quosdã pfeudo prophetas, qui sibi videbãtur prophetae & spirituales,

reiciit

Non quia dicitur, sed quis loquatur considerandum in causa fidei.

De util. cre. cap. 11.

1. Cor. 12.

Rom. 10.

Ierem. 23.

Matth. 18. & 28.

Ioan. 10.

Act. 20.

2. Cor. 11.

2. epist. c. 2.

1. epist. c. 4.

Iuc. 4.

Act. 16.

Homil. 29. in 2. ad Cor.

In epist. de Synodis Arim. & Seleucia.

Homil. 31. in Lucam.

In præscriptionibus adversus hæret.

1. Cor. 14. reicit ac retundit, dicens. *An à vobis verbum Dei processit, aut ad vos solos peruenit: Docet eos nec magistros esse Ecclesiarum, à quibus prædicatio verbi processit; nec etiam ad ipsum populū fidelem eos solos pertinere, ad quos solos illa prædicatio peruenierit, vt liceat illis solis aliquid sapere, ideòque omni modo à prophetandi, seu verbū Dei & Scripturas interpretandi potestate esse eos remouēdos. Eodē sanè iure & titulo nostri hodie Protestates hæreticique omnes ab omni Scripturarū tractatione remouēdi sunt, nec est Scripturas proferant, vilo modo audiendi, nō magis quàm rebelles seq̄endi sunt, qui vexilla, & arma regia in manus suscipiunt, & usurpant. Sic enim Diabolus in hoc euāgelio, sic eius mēbra hæretici Scripturas sacrilegē usurpant, vt veritati fucū, fidelibus iniuriā faciāt. Hoc medio vtī concionator potest, vt populū moneat hæreticis vtcunq; Scripturas proferentibus, magnāque industria accumulantibus, aurem tamen non magis præbeat, quàm Diabolo similia facienti.*

Hæreses omnes de scripturis male intellectis.

De Gen. ad lu. lib.

7 ca. 9.

In comment. ad Titum, 3.

Matth. 23.

Antiq. lib. 13. cap. 28.

Matth. 7.

A L I V D mediū quo hoc ipsum persuadeat, istud esse potest, quod omnis hæresis non nisi ex Scripturis male intellectis ortum accepit, ideòque rem esse periculi plenam, nouo alicui magistro solas Scripturas proferenti auscultare. *Non ob aliud sunt heretici (ait Augustinus) nisi quia Scripturas non rectē intelligentes, suas falsas opiniones contra earum veritatem pertinaciter asserunt.* Ambrosius verò ex eo hæreticum quasi definit. *Hæretici, inquit, illi sunt, qui per verba legis legem impugnant, & proprium sensum verbis astruunt legis, vt peruersitatem mentis suæ legis autoritate commendent.* Porro si rectē aduertimus, hoc idem Saluator docuit, dicens Sadducæis, sectæ hæreticæ Iudæorum. *Erratis nescientes Scripturas, neque virtutem Dei.* Non enim Sadducæi textum Scripturarum non legerant (imò illas solas legebant, & legendas esse asseruerant, omnibus reiectis traditionibus, vt de illis commemorat Iosephus) sed ideò eos errare dicit, quia *nesciebant, id est, non intelligebāt, Scripturas: ideòque adiunxit, Neque virtutem Dei, id est, sensum & consiliū Dei, quod latet in Scripturis.* Sed hæc Scripturarum verbalis prolatio,

latio, est illa ouina pellis sub qua latent lupi rapaces, id est falsi propheta: à quibus attēdere iubet Saluator. Quod his verbis non minus verè quàm eleganter expressit Vincentius Lirinensis. *Quid est, inquit, vestitus cuius nisi Prophetarum & Apostolorum etiam: Qui sunt lupi rapaces, nisi sensus hereticorum feri, & rabidi, qui caulas Ecclesia semper infestant, & gregem Christi qua iura possunt, dilacerant: sed vt fallacius incantis ouibus obrepant, manente luporum feritate, depouunt lupinam speciem, & sese diuine legis sententis, velut quibusdam velieribus obvoluunt. Sed & Petrus Apostolus hanc hæreticorum lupinam rabiem, & propriam illis astutiam atque nequitiam qua circumueiunt in errore (vt Paulus de eisdē loquitur) satis perspicuè annotauit. Quom enim dixisset, *maoctos & instabiles* (quales proprie sunt hæretici, deprauasse quædam in epistolis Pauli addit generalem clausulam: *Sicut & ceteras Scripturas ad suam perditionem.* Vbi generalem hunc omnium impostorum morem notat, vt fallere volentes, non nisi ex Scripturis fallant, quarum vt maximam esse sciunt auctoritatem, ita facile ex eis decipere se possent, si pro suo libito (remota Ecclesiæ auctoritate ac fide) eas interpretari ipsis permittatur. Alios Patres in hanc sententiam aduocare, qui volēt, legat, & proferat pro concione Irenæum lib. 1. cap. 1. Cyrillum Alexandrinum Epist. 28. Lactantiū lib. 4. ca. 30. de vera religione: Ambrosium lib. 4. in Lucam: Hieronymū in comment. ad cap. 23. Esa. ad cap. 13. Ezechielis: & ad c. 7. Michææ, & in epist. ad Dionysium: Hilarium in lib. ad Constantiū, Origenem Homel. 31. in Exodū: Tertullianū & Athanasū locis citatis: & August. adhuc semel ita loquentem. *Nō alium de nata sunt hæreses, & quædam dogmata peruersitatis illaqueantia, & in profundum præcipitantia, nisi dum Scriptura bona intelliguntur non bene: & quod in eis non bene intelligitur, etiam temerè & audacter asseritur.* Hæc ille.*

Cap. 36.

Ephes. 4. 2. Petri. 3.

Cur ex scripturis fallunt hæretici.

Tract. 18. in Ioan.

T E R T I V M Medium à nobis propositū, quo ab hæreticis Scripturas proferentibus diligenter cauere populū fidelē docere concionator poterit, illud est, vt doceatur populus non ex sola litera & textu Scripturarum, sed ex eius sensu recto & orthodoxo fide,

Sensus scri-
pturam spe-
ctandus non
litera.
Lib. 2. de
Trinit.

In comēt. ad
Gal. cap. 1.
In dialo. con-
tra Luciferia-
nos.

Ioan. 7. 1

Ioan. 19.

2. Cor. 4.

Princip. fidei
lib. 11.

dem, & fidei doctrinā peti debere. *De intelligentia enim hæresis est, non de Scriptura: sensus non sermo fit crimen; vt S. scripsit Hilarius, Non putemus (ait S. Hieronymus) in verbis Scripturarum esse Euangelium, sed in sensu. Non in superficie, sed in medulla: Non in sermonum foliis, sed in radice rationis. Et alibi, Scripturae non in legendo, sed in intelligendo consistunt.* Alioqui Diabolus in hoc Euangelio Scripturā attulit, sed à vero sensu longissimè abijt. Iudæi quoq; ex Scripturis cantantur ostendere Christum, nō esse Messīā. Dicebāt enim, *Nunquid à Galilea venit Christus: Nonne Scriptura dicit, quia ex semine David, & de Bethlehē venit: Pharisei quoq; ipsi Nicodemo dicūt, Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilea Propheta non surgit.* Quid, quōd & morte Christū dignum esse ex Scripturis probare Iudæi volebāt. Nos, inquit, *legē habemus & secundā legē debet mori, quia filiū Dei se fecit.* Sed cū his omnibus Scripturis turpissimè errabant. Nonne & hodie totū vetus instrumentū Iudæi tenēt, legūt, credūt, & in ore perpetuū habēt: Tamē in illis Christū nō vident. Nēpē literā tenent vt omnes hæretici, sensum non assequuntur. Hæretico igitur ex Scripturis loquente, ad Scripturas prouocātē, per solās Scripturas controuersias tractātē, nihil periculosius, nihil pestilentius. *Litera enim occidit, Spiritus est qui uiuificat.* Ille verò audiendus qui cū Scripturis intelligentiā adfert, iuxta regulā fidei, iuxta expositiones SS. Patrū, iuxta Concilioꝝum decreta, & alia interpretandi media à nobis alioꝝum loco studiosè explicata. Alioqui vide quid Lutheranis Scripturā vrgentibus Caluinus ipse respondeat. *Excipiunt (inquit Lutheranis loquens) se verbum Dei habere, quo palam facta est Dei voluntas. Nempē scillis conceditur donum interpretationis ex Ecclesia proficere quod verbo lucem adferat. Fateor illos habere verbum, sed quale olim Anthropomorpha, quum Deum corporeum fecerunt: quale Marcion & Manichæi, quum fingerent Christi corpus vel cæleste vel phantasticum. Citabant enim testimonia. Hæc ille contra Lutheranos, & tantum dem Lutherani contra illum, donum interpretationis sibi soli usurpantem.*

* * *

Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Locus obseruandi Diabolicum in hæreticis mutilandi & truncandi scripturas morem, sicut Diabolus hoc loco contra Christum fecit. Totus enim & integer Psalmi locus est. *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis; quæ intermedia verba Diabolus prætermisit, pergens ad sequentia: In manibus tollent te, &c.* At illa intermedia verba maximè ad rem pertinebāt. Docent enim fore, vt siue Christus, siue membra eius cæteri fideles Angelorum seu ministerio seu patrocinio defendantur, sed cum hac moderatione, vt vias suas vnusquisque ambulet, non per præcipitia: vt per media à Deo suppeditata pia opera faciat, non absque mediis Deum tentet. Vnde eleganter Bernardus huc locum tractans. *Vt custodiant te in omnibus viis tuis. Non dixit, in præcipiis. Qualis via hæc de pinnaculo templi mittere se deorsum: hæc est via Luciferi cadentis è calo.* Rursum torquet hanc Scripturam ad solum Dei filium & Messiam, quæ de quolibet Sancto intelligenda est, vt ibidem annotauit Bernardus, & ante eum a S. Chrysostomus & Origenes. Tertiò id quod immediate sequitur detroncat, quod eum manifestè confutabat, vt eodem in loco notauit Origenes. *Istud scilicet. Super aspidem & Basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & Draconem.* quibus vltimis verbis Diabolus à Christo superandus prædicatur. Hæc omnia in citandis Scripturis faciunt hæretici à Diabolo hoc loco edocti. Postremi vnum ex multis exemplum ponam. Proferunt illi quàm sæpissimè vt imputatiuam in Christo iustitiā statuunt, & bonorum operum ad salutem necessitatē rollant, illud Pauli. *Nihil damnatur omnis iis qui sunt in Christo Iesu: & tacet semper atque præcindit quod sequitur, quò sit totius sententiæ membrū necessarium, iis qui non secundum carnem ambulāt: quod*

Hæreticorum
construendo
deprauandi sa-
cras scriptu-
ras.

Serm. 15. in
Psalm. 90.

a Hom. 5. ope-
ris imper. in
Matth.

b Hom. 31. in
Lucam.

Rom. 7.

quod eos disertissime refutat. Illi enim in Christo baptizati & renati non dānantur, qui opera carnis nō faciunt, sed fidei in Christum bona opera adiungunt.

DOMINICA SE-
CVNDA QVADRA-
GESIMAE.

Hic est filius meus dilectus, &c.

Ipsū audite.

Math. 17.

Quomodo so-
lus Christus
audiendus.



OCVS necessarius admonendi fidelem populum vt ab insigni hæreticorum fraude & impostura circa hæc Euangelij verba sibi caueat. Hæretici enim hodie ex hoc potissimum loco suadere volunt, nec Ecclesiā, nec Patres, nec Concilia, nec vllam in terris auctoritatem in causa religionis audiendam esse, sed ea sola, quæ Christus viua voce docuit, posteaque Euangelistæ & Apostoli scripserunt. Non temerè (ait Caluinus) filium singulari prærogatiua nobis doctorem pater ordinauit: ipsum, non hominum quempiam iubens audiri. Paucis quidem verbis eius nobis magistrum commendauit quum dicit. Ipsū audite, sed quibus inest plus quiddam ponderis ac energia quam vulgo existimatur. Perinde enim est, ac si ab omnibus omnium doctrinis abductos, huc vni nos sisset: ab vno omnem salutis doctrinam petere inberet: ab vno pendere, in vno herere, denique (quod verba sonant) vnius voci auscultare. Et sanè quid iam ab homine aut expectari aut expeti debeat, vbi verbum ipsum vite familiariter se nobis ac coram explicauit? Quin omnium hominum ora clausa esse conuenit, postquam semel loquutus est ille in quo cælestis pater omnes scientia & sapientia thesaurus voluit esse absconditos. Et sic quidem loquutus est vt & Dei sapientiam (quæ nulla in parte hiulca est) & Messiam (à quo omnium reuelatio sperabatur) decebat: hoc est, vt post se nihil aliud dicendum reliquerit. Esto igitur hoc firmum axioma, Non aliud habendum esse Dei verbum, cui detur in Ecclesia locus, quam quod lege primum & prophetis, deinde scriptis Apostolicis continetur: nec alium esse ritè docendi in Ecclesia ma-

Instit. lib. 4.
cap. 8.

Num. 7.

dum nisi ex eius verbi præscripto & norma. Hæc omnia Caluinus. Sed nefarius impostor simplicem lectorem turpissime fallit, dum ex antecedente propositione multis verbis amplificata, conclusionem facit nullo modo cohærentem. Sic enim colligit. Christus audiendus: ergo præter Christū nemo audiendus. Quæ collectio si bona est, erit etiā & ista, Ecclesia audienda. Si enim Ecclesiam non audierit, sit ubi sicut ethnicus & publicanus, dixit Christus ipse. Ergo auctore Christo, nec ipse, nec pater eius, nec Spiritus S. audiendus erit, sed sola Ecclesia. Quod si verè sic colligeret Caluinus. Christus audiendus, ergo contra Christum nemo audiendus, optima esset collectio. Rursum si sic Christus audiendus, ergo nemo alius nisi qui cū Christo cōueniat, aut ab eo ipso missus est, & loquendi auctoritatem accepit, optima rursus esset collectio. Hoc enim modo nec Spiritus S. excluditur, qui haud dubiè distincta persona à filio Dei est, & tamen ipso Christo afferente, multa docturus: erat Apostolos quæ Christus ipse non docuit: quia non poterant portare modo: nec Ecclesia excluderetur quam misit Christus ad loquendum, prædicandum, docendum omnes gentes. Moneatur ergo hoc loco diligenter populus fidelis contra imposturas Caluini & aliorum ipsum filium Dei audiri, quories vel Spiritus S. aliquid Ecclesiā docet quod Christus non docuit (vt Christus fore prædixit, ille docebit vos omnia: vt Apostoli ipsi disertè fatentur in primo suo decreto, visum est Spiritui S. & nobis.) Vel ecclesie pastores & magistris à Christo missi aliquid docent. Quod adeo verum est, vt Christus ipse disertissime dixerit (hanc nefariam & pestilentem hæreticorū imposturam præuides & præcauere volens.) Qui vos audit, me audit. Ecce ipso filio Dei attestante, qui Apostolos audit, qui eorum legitimos successores audit (nunquid enim * Iosolos Apostolos in mūdum Christus misit?) ille filium Dei audit. Nempe in filio Dei erant omnes thesauri sapientiæ & scientiæ: sed eisdem thesauros filius Dei Ecclesie aperuit & communicauit. Vos, inquit, amici mei estis, quia omnia quæcumque audiui à Patre meo annunciaui vobis. Et Ioannes vnus ex illis idem affirmat.

Caluinus refutat.

Math. 18.

Ioan. 16.

Math. 28.

Ioan. 14.

Act. 15.

Iuc. 10.

* Cyprianus li. 4. epist. 9. & S. Basilius Constit. Mon. c. 23. hæc Christi verba ad omnes Ecclesia præpositos pertinere docet.

Ioan. 17. **Ioan. 1.** **Matth. 28.** **Dominica SS. Trinitatis.** **Luc. 10.** **Ioan. 15.** **Ioan. 17.** **Ephes. 4.** **Matth. 28.**

Vnigenitus de sinu patris ipse enarrauit nobis. Hac de causa Paulus vocat Ecclesiam columnam & firmamentum veritatis: quia videlicet omnis veritas reuelata eius Auctoritate nititur, quam à filio Dei ipsa accepit in verbis modò citatis: & rursum quum diceret, *Exite docete omnes gentes seruare omnia quaecumque mandauit vobis.* Quæ Christi verba nullam esse restrictionem ad ea sola quæ Christus viua voce docuerat (vt volunt hæretici) in alia Dominica ostendimus. Sed ad illa verba Lucæ. *Qui vos audit, me audit, cauillantur heretici, hoc nihil aliud esse, quàm qui vestrū verbū audit, meum audit, quia nihil nisi meū verbū loquimini.* At verò Christus eo in loco non præscribit Apostolis quid loquantur, nec restringit eos ad sui solius verba, sed Apostolorum in dicendo auctoritatē demonstrat: quod & ex adiunctis verbis manifestum fit. *Qui vos spernit, me spernit.* Vult nempe docere quanta fides Apostolorum & Ecclesiæ in perpetuum prædicationi adhibenda sit, sanè tanta quanta ipsimet. Illis enim alibi dixit. *Si sermonem meum serauerunt, & vestrum seruabunt.* Rursum sic illis astantibus patrem alloquitur. *Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum.* Nempe Deus pater dixit. *Audite filium.* Deus filius dixit. *Audite Ecclesiam meam.* Deus pater misit filium in mundum. Deus filius mittit Apostolos suos, mittit alios in perpetuum verbi prædicatores in mundum. Eadem & par est Ecclesiæ, & Christi auctoritas, quia eandem Christus ei comunicauit, & quia profectò eadem semper omnes ætates necessaria fuit, *ne circumferremur omni vento doctrine.* Propter hoc enim dedit Christus Apostolos, prophetas, pastores, doctores, ad consummationē sanctorum, in opus ministerij, nec ad tempus tantum, sed donec accurramus omnes in agnitionem filij Dei, id est, vsque ad finem seculi absque vlla intermissione, sicuti & ipsemet alibi disertissime promisit. *Ecc. ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.* Est ergo Caluini collectio sceleratissima & impietatis plena, qua propter Christum audiendum, totam excludit Ecclesiam, adeoque ipsum Spiritum S. si quid forte doceat quod Christus viua voce non docuerit, posteaque

posteaque in scriptum Apostoli retulerint. Sed nec Christus aliquid vquam scribi ab Apostolis iussit, nec ad sola ea, quæ scriberentur vquam suos allegauit, nec ipsi Apostoli se omnia scripsisse fatentur: sed contra Paulus, qui vnus plurima scripsit, iubet tamen teneri traditiones quas acceperant, siue per epistolam, siue per sermonem viua voce traditas & nō scriptas. In Christo igitur audiendo nō excluduntur omnes homines, vt vult Caluinus, sed illi tantum homines quos ille non misit: quales sunt omnes heretici, qui à nemine missi, à nemine ordinati, à nemine vocati, se ipsos intrudunt. Videat qui volet plura ad hanc rem pertinentia in alio quodam opusculo nostro. Certè cauillatio illa prædicta contra manifestissima ea Christi verba, *Qui vos audit, me audit,* quæ sit vana & impia, ex altera ei simili apparebit. Pone regem aliquem qui prætorum constitutus ei dicat: qui tuā sententiā audir, meā audit: & qui tuam spernit, meā spernit. Si hic rebellis aliquis aut pertinax litigator audiat contra se prætoris sententiā ferri, quæ tamen non sit ipsa lex prætoris regalis, sed legis ipsius expositio prætorij, aut etiam fortè lex aliqua regalis non scripta, sed iuxta potestatem ei datam ex æquo & bono prolata, quæro, an litigatoris aut rebellis hic esset bona exceptio, dicentis, Tuā interpretatio vel sententiā me obligare non potest, sed regis tantum imperiū & viua vox, quia ipsum tantum audire teneor. Quod enim tibi rex dixit, *Qui tuam sententiā audit, meā audit:* idè dixit, quia tu non debes nisi verba regis & leges regias loqui. Quare nisi rex ipse suis propriis verbis me condemnet, adhuc mea causa bona est. Certè, vt nemo est hodie opinor hæreticus alicuius cerebri & modestiæ, qui nō aperte videat ingenueque agnoscat hæc cauillationē friuolā esse, & merā improbi hominis euasione, vt prætoris auctoritatē declinet, vt impune delinquat, vt causā quantūuis pessimā tueri valeat: eodem planè modo hæretici non aliā ob causam solū Christum audiendū virgenci, & sola Christi verba per Ecclesiam pronuntiata obligare volunt, quàm vt omnē Ecclesiæ auctoritatē siue in exponenda Scriptura,

2. Thess. 2

Princip. fidel. li. 8. c. 18. & li. 12. c. 9.

sive in apostolica traditione allatam, sive diuine in legibus ferendas & censuras disciplinae conservanda, penitus abrogent: atque una doceat illi quicquid libeat, scripturas sanctas pestilenter exponant, sine ullis legibus ac disciplinae uigilant. Hoc illi coram ex huius Evangelij verbis. *I. sicut uelint* impie detoris, colligunt hodie: cuius pestiferitas irreuerens ac impiorum, non importune hoc loco moneri Fideles populus potest.

DOMINICA TERTIA

Quadragesimæ.

LUC. II.

In Bethsabee principe demoniorum eiecit demonia.



Deus ostendendi hæreticorum hodie similem perfidiam, qui tot ætatum miracula, ad reliquias, & per inuocationem Sanctorum in Catholica Ecclesia facta, demonum illusioni tribuant. Alii enim dicunt Magdebur gentes, quod in Ecclesia Romana fuerunt nulli hæc seculi edula miracula virtute diaboli, esse uocantur Christi, et sanationes membrorum, quæ accidunt calcanti in imagine, & reuerentibus sanctis. Hæc illi addunt alij et Rom. Pontificem Antichristum esse probent, ista miracula ad Sanctorum monumenta, fuisse signa & prodigia mendacia, quæ operaturum Antichristum apostolus prædixit. Ad hanc blasphemiam & horrendam calumniæ retundendâ, primum illud notari potest, nihil aliud hic facere hæreticos, quam quod Christus Ecclesie suæ hostes facturos prædixit. Si parentibus Bethsabee inueniant, quanto magis domesticos eius? Quod enim in Christo acti fuerunt Iudæi, hoc in Ecclesia audent hæretici. Deinde calumniantibus illis more Iudæorum respondendum, et Christus hic respondit. *O munda regnum in se diuisum desolabitur* & si Satanas Satana eiecit, quanto magis stabit regnum eius? Romana enim Ecclesia omnes hæreses etiam in statu Antichristianismi quem ponunt hæretici, damnauit, eiecit, & prostrauit: nec solum illas quas hæretici hodie pro ueritate Euan-

De miraculis Sanctorum in Bethsabee Cantabrigia

Capit. 1. lib. 2. cap. 4. pag. 436.

Matth. 12.

gelica habent, ut Berengarij, Vvaldensium, Albigensium, Almarici, Abailhardi, & aliorum, sed etiam alias quas ipsimet pro hæretica doctrina condemnant: ut Græcorum hæresim contra processionem Spiritus S. varia quoq; Hussitarum, Vvicleffi & ipsorum Albigensium atq; Vvaldensium dogmata, quæ illi ipsi reprobant, ac deniq; omnes veteres hæreses. Nam Vvaldensium magni Protestantium magistrum, erant prorsus certum genus monachorum, sed quale sedes a postolica approbare noluit, ut Abbas Vvsergensis commemorat. Docuerunt etiam omnem carnalem commixtionem esse licitam, ut scribit Guido Carmelita in sum. de hæresibus. & Ioan. de Turre cremata. Albigenses ubi quæritur Brentij tenuerunt: quam & Caluini & ceteri Lutherani execrantur, teste Paulo Æmylio in hist. gallica. Hussitæ & Vvicleffistæ docuerunt neminem in mortali peccato existere, vel Regem, vel Episcopum, vel alicuius hominis magistratum esse posse, aliâq; multa ipsorum Protestantium iudicio nefanda. Si omnes has hæreses, quæ sunt opera diaboli, uirtute diabolica Rom. Ecclesia damnauit, Satanas Satanam eiecit. Quomodo ergo tot seculis steterit potuit regnum Romani Antichristi, ut hæretici blasphemant: Tertio responde hæreticos hodie Sanctorum miracula ideò non credere, quia Sanctorum fidem non tenent; ut de Arianis scripsit Ambrosius. At alio Spiritu præditi Sancti Patres miracula ad Sanctorum monumenta & inuocationem facta attestari fidei nostræ docuerunt, ideòque scribit, ut fides nostra in unum Deum proficiat: ut scribit S. Aug. Postremo si apud Sanctos Christi, & nomine Christi, uirtute tamem diaboli, miracula fierent, ut blasphemant hæretici, quid aliud sequeretur, quam ut vel diabolus sua uirtute Christum & Sanctos honoraret, vel ad Christi nomen inuocatum diabolus uirtute suam exereret? Quorum altero nihil absurdius, altero nihil magis impium dici aut cogitari potuit. Nam iuxta prius, diabolus seipsum destrueret, eorum cultum promouens quibus nullum exhiberi uellet, & iuxta posterius operationi diabolice Christi nomen subseruiret.

In Chron. ad an 1212. lib. 4. p. 2. c. 35. de Eccl. lib. 6.

In conc. Cõst. sess. 12. & sess. Tho. Vvald. de Trin. h. dei lib. 1. c. 34. 38. 42.

Epist. lib. 1. 83. Epist. 85.

De ciuit. Dei lib. 2. c. 9. & 10.

DOMINICA QVARTA

Quadragesimæ.

Ioan. 6. *Accipit Iesus panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus.*



O c v s arguendi & acriter taxandi hæreticorum hodie incredulitatē impiam, & impietatem incredulam. Huic enim multiplicationi panum in instāti factæ per Christum credunt. Ei autem dicēti,

Hoc est corpus meum, non credunt. Obseruet ergo hoc loco fidelis & prudens verbi dispensator, tum causam, tum modum huius miraculi, vt ex iis Catholicorum fidem adiuuet, hæreticorum perfidiam conuincat. Causa huius miraculi erat, vt Iudæi doctrinā de carne Christi manducanda crederent. Ideo enim post hanc panum multiplicationem sequenti die de carne sua manducanda, & sanguine bibendo coram turbis Iudæorū disseruit, vt notauit in hunc locum S. Chrysostomus. Ideo D. Ioan. Apostolus hoc miraculum de multiplicatione panum à Matthæo & Luca antea commemoratum præter morem suum suo Euangelio inferuit. Solet enim ab aliis commemorata (aliorum enim Euangelia ipse viderat) studio præterire, & ab illis prætermissa narrare, paucissimis exceptis, vt hoc vno miraculo, & historia passionis Dominicæ. Sed hoc miraculum ideò recitat, quia isago & introductio erat ad illam doctrinā Christi postmodum datam, *Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita* Nempè, vt crederent Iudæi, quod panem in carnem suam conuertere, atque in ea specie manducandam dare posset, pridie huius doctrine ex paucis panibus 5000. hominum pascit. Neque enim minus hoc miraculum est, non minus humani sensus iudicium excedit, & naturæ vires superat, ex vno pane mille in instanti producere, sine vlla alterationū successione (quod Christus hic fecit) siue per simplicem multiplicationē nulla addita quantitate, siue per cōuersionē alicuius materiæ extrinsecè aliunde de sumptæ, quàm panem in corpus suum conuertere.

Incredulitas hæreticorum.

Confirmatio doctrinæ de Eucharistia.

Hom. 45. in Ioan.

Causa miraculi.

Ioan. 6.

tertere. Rursus hanc ob causam Euangelista tēpōis circumstantiā in hoc miraculo singulariter notauit. *Erat (inquit) proximum pascha dies festus Iudæorum.* Ioan. 6. In quo videlicet proximo & postremo Iudaico paschate, antiqua obseruantia non tolleretur sacramentō, hostia n̄ hostiam transfret, sanguinem sanguis excluderet, & legalis festiuitas de mutatur in imperet, vt eleganter ait Leo Magnus. Causa igitur & operatio huius miraculi erat ides doctrine Eucharistiæ. Modus quoq; hos panes multiplicandi & ceremoniæ adhibite planè eadem sunt cū illis quibus postea in vltima Cœna vsus est. Nā non solum accepit in manus & gratias egit (vt hic breuitatis studio contractus scripsit S. Ioannes) sed apiciens in calum benedixit (ait Matthæus) illis, (addit Lucas) videl. panibus ac piscibus, & fregit, & dedit discipulis suis, discipuli autē turbis. Nempè eisdē ceremoniis vtrobq; vtitur, vt doceat vtrobq; se miraculū facere, & aliquid supra naturæ vires operari. Benedictio nē adhibet sicut in Cœna, vtiq; operatoriā. Dei enim benedicere ad creaturas relatu, sēper est aliquid operatoriū circa illas. *Deus sua bonitate semina benedixit vel benedicendo cōstituit.* ait Aug. *Maior vis benedictionis, quàm nature* (ait Ambr.) *quia benedictione ipsa natura mutatur.* Accipit in manus, gratias agit, frāgit, dat discipulis. Tōus agendi modus idem. Cur igitur hæretici de hac multiplicatione panum nullam quæstionem mouent, de corpore Christi in Cœna tam acerbè litigant? Cur vnum credentes, alterum non credunt? Iudæi quidem miraculum hoc crediderunt, quia viderunt & comederunt de panibus, hæretici vetò nysterium Cœnæ credere nolunt, quia non vident aliud quàm panem? Sanè impius Caluinus hoc ipsū satis apertè insinuauit. Respondens enim argumento de conuersione virgæ Moysis in serpentem, ait. *Sed quid simile aut vicinū referunt inter illustre miraculum, & scilicet illorum illusionem.* (Trāsubstantiationē dicit) cuius nullus in terra oculis testis est. Hęc ille. Ergo oculus, Caluine, non fidē adfers ad sacramenta religionis: At Christus nos docuit. *Beati qui nō viderūt & crediderunt.* Hæreticorū igitur impia incredulitas, & incredulæ impietas amplificari hoc loco, & acriter

Ioan. 6. Serm. 7. de pas. Domini.

Modus miraculi.

Matth. 14. Luc. 9.

De pec. orig. cap. 40. De ys, qui in t. myst. cap. 9.

Is. lib. 4. c. 17. s. 15.

Cont. Faustū
lib. 16. c. 3.

taxari meretur, vt ad eos id dicamus quod ad Manichæos dixit S. August. *Quis in Euangelio quod vultis credidit, quod non vultis, hoc non credidit, non Euangelio, sed vobis ipsis credidit.* Sic enim illi faciunt. Vide plura in Dominica 6. post Pentecosten.

DOMINICA PAS-

SIONIS.

Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

Ioan. 8.

Hæretici cur
ecclesiam nō
audiunt.

Locvs obseruandi idēō hæreticos Ecclesiam non audire, quia ex Deo non sunt. Idem enim est de doctrinā Ecclesie hac in parte iudicium, quod de doctrinā Christi, vt patet ex verbis S. Ioannis alio in loco. *Qui nouit Deum audit nos qui non est ex Deo, non audit nos. In hoc cognoscimus Spiritus veritatis & spiritum erroris.* Insignis locus est, duo docet. Primum doctrinam Apostolorum & successorum esse doctrinam Dei, vocem eorum vocem De. Secundō ex hoc propriē Catholicum & orthodoxum ab hæretico discerni, quod ille Ecclesie propositos audit, iste non audit.

1. Ioan. 4.

Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes.

Maledicentia
hæreticorum.

Locvs notandi eandem hodie hæreticorum a leuolentiam contra Ecclesiam, quæ fuit Iudæorum contra Christum. Non solum maledicunt, sed & rectē se facere maledicendo iactant. Aiunt enim, Nonne bene dicimus nos, quia Papa vester Antichristus est, & vos membra eius? Et tamen ceruissimē sciunt, vnum certum hominem Antichristum esse, non longam personarum successionem. Item Papam credere in Iesum Christum, totum symbolum, totas Scripturas, omnia sacramenta tenere, quæ omnia negabit & profligabit Antichristus, Iudæi cetero sciebant

bant Christum Samaritanum nō esse, sed Galilæum. Et tamen aiunt. *Nonne bene dicimus, &c.*

Si quis sermonem meum serauerit, mortem non videbit in æternum.

Locvs appositus obseruandi contra hæreticos, vitam æternam obseruationi mandatorum re-promitti, & tribui, non secus quā aliis in locis fidei tribuitur. Vnde notabit prudens concionator, sicuti in hoc loco non excluditur fides, quasi obseruatio mandatorum sine illa saluare possit, vt quidā olim Pagani existimarunt, de quibus vide Augustinum, sic in illis locis vbi fidei salus, iustificatio, vita æterna tribuitur, non excludi bona opera. Vide de hac re plura in Dominica 12. post Pentecosten.

Bonorum o-
perū merces.

In presat.
Psalm. 51.

Dixerunt, quod nunc cognouimus quia demonium habes.

Locvs explicandi hæreticorum hodie maleuolentiam in sensu doctrinæ Ecclesiasticæ peruersē traducendo, qualem hic Iudæi in sensu verborum Christi exercuerunt. Quum enim eadem ferē verba Samaritanæ mulieri, docili & simplici dixisset Iesus. *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, nec calumniatur nec inuidet, etiā si non intelligeret quid diceretur, sed simpliciter responderet. Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam neque veniam huc haurire.* Tāto plus valet indocta simplicitas quā paterna calliditas. Similiter hæretici hodie quia Ecclesia præcipit & præscribit ieiunia, & ad sacros ordines non admittit nisi cælibes, clamant impij. Nūc scimus quōd demoniacas doctrinas traditis, prohibētes nubere, & abstinere a cibis quos De⁹ creauit, &c. Attamen ante annos 1200. huic rancidæ calumnie respondente August. Ecclesiam edomādi corporis causa hoc facere, non quia immunda illa esse credunt a quibus abstinere. Item: illum prohibere nuptias qui hoc malum esse dicit, non illum qui huic bono aliud melius antepōnit, blasphemant tamen semper Ecclesiam, vt Iudæi Christum.

Hæreticorum
sycophantia.

Ioan. 4.

Contra Faustū
lib. 30.
cap. 5 & 6.

Hæretici hodie seipfos glorificant.

Si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est.

Locvs accommodatus acriter perstringendi hæreticorum hodie improbam audaciam, & impietatem præsumptuosam, qua sine legitima, & ordinaria vocatione ad ministerium verbi sacramentorum sese intruserunt. Huiusmodi enim seipfos glorificauerunt homines superbissimi, quod Christus ipse facere noluit. Christus vt homo à seipso auctoritatem non accepit, sed à Deo missus est cum testimoniis maximè illustribus: Ioanne Baptista, voce de cælo in baptismo, operibus admirandis quæ fecit in nomine Patris sui. Vnde Apostolus. *Christus non semetipsum clarificauit, vt ponifex fieret, sed qui locutus est ad eum, Filius meus es tu.* Et in hoc Euangelio paulo superius. *Ego si testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum.* Nempe si ego solus. Alioqui (quod hæreticorum superbia magis aggrauat) Christus potuerat verè & legitime se ipsum glorificare si voluisset. Vnde paulo ante dixerat. *Ego si testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est:* Et causam subiungit, *quia scio vnde veni & quo vado* Nempe quia à Patre processit, Patri per omnia æqualis. Tamen hoc nõ facit propter tria. 1. propter exemplum quod futuræ ecclesiæ relicturus erat. 2. Propter scandalum quod Iudæi inde accipere poterant. 3. Quia opus non erat, vt prædictum est. Sic Paulus etsi de cælo à Christo vocatus, & vt ipsemet scribit, *neque ab homine, neque per hominem, sed per Christum.* Tamen ne seipsum videretur glorificare, ab Ecclesia ordinationem accepit per impositionem manuum presbyterij. Vide hac de re plura suprâ in alia Dominica: & in opusculo nostro de principiis fidei doctrinalibus.

Dixerunt, Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti.

Locvs alius & opportunus cauillationes hæreticorum contra Ecclesiam planè confimiles Iudaicis contra Christum obseruandi & explicandi. Non dixerat Christus quod ipse Abraham viderat, sed quod

quod Abraham illū. Hoc ille fide potuit, quatenus venturum videbat, & sic Christus illum ne quidē vt Deus vidisset. Deinde non dicit Christus quod Abraham illū vidit, sed *quod diem eius vidit:* id est facta eius gloriosa in spiritu vidit. His ergo cauillantur, vt locum calumniæ facerent. Sic hodie hæretici contra notissimam ecclesiæ doctrinam. Dicunt Catholici. Non extat præceptum de Dei verbo scribendo. Peruertunt illi. Contra voluntatem Dei esse dicitis quod Apostoli aliquid scripserint. Dicunt Catholici etiam traditiones Apostolicas extra & præter scripturas, etiam pari cum fide, ac auctoritate recipiendas esse. Peruertunt illi. Dicitis traditiones humanas, & pontificias contra, & supra scripturas esse admittendas. Dicunt Catholici hominem iustificari fide & operibus, siue per fidem quæ per dilectionem operatur, vt a postolus loquitur. Peruertunt & cauillantur illi. Dicitis hominem iustificari per proprias qualitates, tanquam per causam efficientem iustitiæ, non per Christum qui est iustificatio nostra, id est, causa efficiens illius. Sic quod de causa formali dictum est, ad efficientem trahunt: Sanato aliquo ægro partim portione accepta, partim aliquo corporis proprii exercitio, quid diceret ægrum iam sanum ex bona corporis habitudine sanum esse, in qua iam est, non negat ex illis præcedentibus causis effectiue sanatum fuisse. Aliud enim sanitas, aliud sanatio. Aliud iustitia, aliud iustificatio. Vide multo plura harum cauillationum exempla, quibus doctrinam Catholicam maleuolè peruertit, vt hic Christi verba. Quære in oratione quadâ nostra Quodlibetica, cui titulus est, *Vtrum hæreticorum hodie maior sit nequitia, quàm auctus.* Et apud Gul. Lindanum in concordia discordi, pag. 197.

Gal. 5.

In posteriori editione Principii fidei doctrinae. pa. 595.

DOMINICA PALMARUM, ante benedictionem earum.

Et posuerunt vestimenta sua in via, & præciderunt ramos de arboribus, & strauerunt in via, &c.

Locvs

Cauillationes Iudaicæ & hæreticorum hodie confimiles.

Matth. 21.

Externæ cere-
moniarum Deo
grat.

Locus ostendendi contra hæreticos-externas
ceremonias Ecclesie, ornamenta altarium, &
templorum, propter præsentiam vener. Eucharistie,
& propter Dei cultum ac sacrificium, rem esse Deo
gratam, & laudabilem, sicut Christo grata fuit & ac-
ceptabilis hæc Apostolorum, & totius populi erga
eum deuotio externa, & reuerentia exhibita. Placent
Christo obsequia externa. Magdalenz deuotionem
laudauit, & hospitem suum Simonem Phari-
sæum de non exhibito honore admonuit. *Aquam pe-
dibus meis non acceisti. Osculum non dedisti mihi. Caput
meum oleo non unxisti. Hæc autem ex quo intravi, non cessant
esculari, edes meos* Rursum in domo Simonis leprosi
defendit mulierem quæ unguentum pretiosum effu-
derat super caput eius, dicens. *Quid molesti estis huic
mulieri: bonum opus operata est in me. Vbiunque prædi-
catum, &c.* Laudat Apostolos quod debitum ei ho-
norem præbeant. *Vos vocatis me magister & Domine,
& bene accitis, sum etenim.* Grata fuit Deo Davidis
voluntas, quod eum pudebat in domo cedrina ha-
bitare, & arcam Domini sub pellibus esse. Nec eum
pudebat saltare ante arcam Domini discooperatum,
& si propter hoc Michol eum in corde suo despe-
xit, vt typus hæreticorum: qui piorum deuotio-
nes irrident, idèoque steriles sunt tam bonorum
operum, quam etiam propagationis diuturnæ.
Iuliani Apostatæ quæstor, ad vasa templi Antio-
chæni diripienda missus, ecce, inquit, *quam sumptuosiss
vasis filio Mariæ ministratur.* Similem hodie spiritum
hæretici habent. Vide plura in festo S. Matthæi
Apostoli.

Luc. 7.

Math. 26.

Ioan. 13.

2. Reg. 7.

2. Reg. 6.

Michol, typus
hæreticorum.

Theodor. 1.3.
cap. 21. hist.
ecclies.

*Turbæ clamant, Osanna filio David. Osanna
in altissimis, & paulo post, Pue-
ri clamant in templo
Osanna.*

Preces non in-
tellectæ pla-
cent Deo.

Locus ostendendi contra hæreticos, uod lau-
des Dei, & preces etiam non intellectæ placent
Deo.

Deo. Nec turba hæc popularis nec pueri intellige-
bant quæ dicebantur, Christus tamen puerorum factum
laudat, & turbæ voces non redarguit. Tanto
pretio dignus est libellus pretiosus in manu
eius qui pretium ignorat, quanto in manu optimi
mercatoris. *Uterunque* (inquit August.) *precis vitium
sui, erat dicentis affectus. Multi irruunt in preces non solum ab
imperitis loquacibus sed etiam ab hæreticis compositas, & per
ignorantiam simplicitatem, non eas valentes discernere, uiuunt
eis arbitantes quod bonæ sunt. Nec quod in eis peruer-
sum est euacuat illa quæ ibi reuera sunt. Hæc ille. Quanto
magis preces piæ proderunt non intelligenti-
bus: Sic Origenes. Si uides aliquando legi scripturas in
auribus tuis, quas non intelligis, interim hanc primum scias
te accepisse utilitatem quod solo auditu velut precantatione
quædam noxiarum virtutum quæ te obsident, & quæ tibi insi-
diantur, virtus depellitur.*

De bapt. cõs.
Donat. lib. 6.
cap. 25.

Hom. 20. in
Iosue.

DOMINICA RESVR- rectionis seu Paschæ.

*Emerunt aromata, ut venientes
ungerent Iesum.*

Marc. 16.

Locus non incommodus admonedi populum
fidelem contra prophanas hæreticorum irrisio-
nes, & subfannationes, quibus deuotionem popu-
li Catholici maximè mulierum circa cultum &
deuotionem, & pia alia obsequia in honorem San-
ctorum Christi Martyrum & Confessorum exhiberi
solita, excipiunt. Si quis enim Catholicus sancti
alicuius martyris, aut personæ religiosæ, quæ cum
magna sanctitatis opinione decesserit è vita, vel
recenter defuncti corpus, vel ab Ecclesia in nume-
rum sanctorum relati, reliquias aliquas, aut flori-
bus ornari, aut luminibus accensis, aut fuffitu fumi-
garit, aut pretioso aliquo ornamento vestierit: totum
hoc irrident, & subfannant hæretici, & ad Pa-
ganorum, vel Iudæorum superstitiones pertinere
clamitant. At in hoc Euangelio tres istæ mulieres
Chri-

De cultu & ve-
neratione ex-
ternæ sancto-
rum aut Reli-
quiarum.

Christi defuncti corpus (quod, ut Prophetâ & sanctum virum colebant, nec adhuc verum esse Messiam, atque resurrecturum credebant) emptis aromatibus ungere parant. Huius rei mandatum à Deo non habebant. In facto quoque ipso errabant, & errorem ipsum Angeli illis exponere videntur, dicentes, *Quid queritis viventem cum mortuis*: Et tamen adeo hoc devotionis, & voluntarij cultus factum Deo placuit, ut Angelorum visione ac consolatione dignæ fuerint, ut Christus ipse eis redeuntibus domû, in via apparuerit, ac denique ut (quod Magdalenæ soli negatum fuerat) tres pariter cum essent, eum tangere, & osculari pedes permittæ fuerint. Sic enim Mattheus scribit. *Et exierunt citò de monumento cum timore, & gaudio magno currentes nunciare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis dicens, Aucte. Ille autem accesserunt, & reimerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Sed, & Christus hoc illas honore dignatus est, ut primas resurrectionis suæ nuncias, & testes, quasiq; Apostolorum ipsorû hac in re magistras constituerit. Ite, inquit, nunciate fratribus meis. Docet nos hoc exemplum deuota fidelium obsequia circa corpora mortua sanctorum, aut aliquas corporum reliquias, aliâve monumenta, pia intentione facta, Deo planè placere, & pergrata esse. Sic rem Ecclesia Catholica semper intellexit, & similem suorum pietatem, Deo etiam signis approbantè, collaudauit. Laudatur, & celebratur in historia ecclesiastica Eusebij, Athyrus vir nobilis, quod Sancti Marini martyrii defuncti corpus suscipit, splendida ac pretiosa obtexit veste, humeris impositum è loco supplicij deportauit, de demum magnifico ac sumptuoso linteo inuolutum decenti sepulchro condidit. Narrat prolixè Gregorius Nyfienus quâto, & quàm magnifico honore sancti Theodori martyris corpus fideles eius tempore (hoc est ante annos 1200.) profecti fuerint. D. August. memoriam sancti Stephani in Africa floribus ad altare depositis honoratam fuisse, ipsorûq; flores ex altari sublato melam attulisse his verbis commemorat. *Vir primarius nomine Martialis, quò tam grauis, à religione Christiana abhorrens, & generum baptizatum habuit. Qui cum èrotantem multis, & magnis precibus & lacrymis rogauit**

Luc. 14.

Matth. 28.

Lib. 7. Cap. 24.

In orat. de S. Theodoro.

De ciuit. Dei lib. 22. ca. 8.

vent; ut Christianus fieret, prorsus abnuuit. Visum est genero eius ire ad memoriam sancti Stephani, & illic pro eo quantum posset orare, &c. fecit hoc ingenti sctu & gemitu, & sinceriter ardente pietatis affectu: Deinde abscedens aliquid de altari florum quod occurrit, tulit, eique quum iam nox esset, ad caput posuit. Tunc dormitum est: & ecce ante diluculum clamat, ut ad Episcopum curreretur. Veniunt eo absente presbyteri. Crederè se profiteur, baptizatur. Non multo post in illis S. Stephani verbis, *Christe accipe spiritum meum, cum hac vltima sancti Stephani verba esse nesciret, defunctus est.* Hæc D. Augustinus. Hæc tam repentina conuersio, ut suorum potius pietati, ac precibus (quibus Deus flecebatur) tribuenda potius est, quàm floribus ex altari sancti Stephani sublatis, capitique ægotantis appositis: sic manifestè ostendit hoc genus pietatis quò illi tunc Christiani reliquias sancti Stephani prosequerantur, ut flores altari imponere solerent, & inde sublato capiti ægotantis supponerent, non fuisse Deo ingratam, & vanâ aliquam, atque odiosam superstitionem (sicuti hæretici de toto hoc genere deuotionis iudicant) sed Deo egregiè placuisse, ut veræ religionis actionem piam atque laudabilem. Alioqui actum supersticiosum tam insigni miraculo Deus nunquam cohonestasset. Narrat eodè in loco D. Augustinus: *aliam quandam feminam cecam, quum ad Episcopum reliquias S. Stephani portantem ut duceretur rogasset, floresque quos secum tulerat dedisset, recepisset, oculisque admonisset, protinus vidisse. Si martyrum reliquias floribus ornare, supersticiosum esset, nec illud factum tanta sanitas statim cõsequuta fuisset, nec huius sanitatis miraculum tantus doctor tam diligenter commemorasset. Vide plura huius generis in alia Dominica. Hæc enim & alia innumera antiquitatis testimonia hodiernam Catholicorum pietatè circa Sanctorû corpora, & reliquias vario cultu, ac ueneratione profectas, cõtra omnes hæreticorû cachinnos & conuitia solidè defendit, firmèq; corroborant. Nihil enim planè aliud Catholici in toto illo cultus genere, circa Dei amicos faciunt, quàm quod tres istæ mulieres, circa Christi corpus mortuum, quem pro magno*

Dominica 23. post Pentecost.

11

magno Propheta; & viro sancto habuerunt, facere conabantur, & conantes magnum pietatis testimonium, ac primum locupletissimum, reportarunt. Huiusmodi sane, vt etiam in sacra Euangelij historia, ad perpetuam rei memoriam omnes quatuor Euangelistæ illud commemorare voluerint.

DOMINICA

IN ALBIS.

Cum sero esset, & fores essent clausæ, venit Iesus.

Ican 21.



LOCUS ostendendi Christi corpus diuinitati coniunctum non teneri naturæ legibus, sed æquè posse pluribus in locis simul esse, atque alterum corpus penetrare. Locus etiam Caluini impudentiâ retundendi, qui non clau-

Caluinus refutatur.

sis, sed patefactis per se ianuis (contra apertam scripturam) Christi corpus ingressum ait, miraculum miraculo substituens. Et rebus potius insensatis, quam Christi carni vim diuinam ac supernaturalem tribuens. Sed Caluino opponuntur Patres. Chrysostrmus ait. Admirandum est quod phantasia in esse non sum suspicatus: clausis enim foribus, & repente est ingressus. Augustinus dicit, Moli corporis vbi diuinitas erat, ostia clausa non obstitissent. Ille quippe eis non apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuiolata permansit. Sic & Cyrillus. Clausis foribus repente Dominus omnipotentia sua natura rerum superata ad discipulos ingressus est. Idem habet Gregorius Hom. 26. in Euangelia. Caluinus eadem impudentia ait Christum super aquas solidatas per modum pavimenti ambulasse, & in Christi resurrectione lapidem sepulchri loco cessisse; & mox ad eundem sponte rediisse. At vero tum hic tum alibi, vbi Iesus transiens per medium Iudeorum ibat, loci circumstantiis benè perpensis, apparet Christi corpus supernaturalium corporum vires, vel inuisibiliter transisse, vel ipsam multitudinem penetrasse, quæ eum precipitatura denso agmine circumdabat.

Instit. lib. 4 cap. 17. num. 29. Homil. 89 in Ioannem. Trac. 12. in Ioannem. Lib 1. cap. 53. in Ioan. vbi supra.

Luc. 4.

Sicut

Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum Sanctum.

LOCUS ostendendi contra hæreticos potestatem Ecclesiæ in remittendis peccatis. Duo præmittit fundamenta Christus. 1. Missionem qua datur potestas, vt ex officio & legitime; & abque usurpatione hoc faciant. Nam & Christus ipse non semetipsum dicitur accepit, vt potestas ferret, sed qui locutus est ad eum. Filius meus es tu, & c. 2. facultatem & virtutem qua efficaciter faciant, quod legitime faciunt. Nempe per Spiritum S. Nam sicut in naturalibus non solum est inclinatio nature, per commune auxilium, sed etiam cuiusque rei propria forma, quæ est actionis principium. Et sicut in moralibus non solum est potentia ad volandum sed etiam habitus potentiam inclinans, sic in Ecclesiæ præpõstis non solum est auctoritas vt legitime, sed etiam Spiritus sancti gratia, vt rectè, & debitè, & efficaciter peccata remittant.

Ecclesiæ potestas in remittendis peccatis.

Heb. 5.

1. 2. 3.

Quorum remisimus peccata, &c.

LOCUS explicandi contra hæreticos, veram & realem, eamque iudicalem potestatem remittendi peccata Ecclesiæ datam, & non solum nudum ministerium annunciandi, vel prædicandi, facta antea per Christum, aut per solam fidem remissionis peccatorum. Verba Christi aperta sunt, & illa virgeri debent. Deinde Patres proferri poterunt. Chrys. Corporis lepram non purgare, sed purgatiã ostendere & probare, Iudeis sacerdotibus datum est. At nostris Sacerdotibus non corporis lepram, verum animæ sordes, non dico purgatas ostendere, sed purgare prorsus concessum est. Hæc ille, disertè contra hæreticos in istros. Sic Cyrillus. Quomodo quod solus Dei est, homines faciunt responder. Quia absurdum non est peccata ab illis remitti posse qui Spiritu sancto habent in semetipsis. Sic Ambrosius de poenitentia lib. 1. cap. 2. Ipsum munus Spiritus S. est nunc officium sacerdotis. Ius autem Spiritus S. in soluentis ligandi, siue peccatis est. Sic & August. Dedit ecclesiæ suæ Spiritum S. vt quicumque in eo peccata dimitteret, dimitterentur ei. De iudiciali potestate. Hilarius, qui vocat illam immobilem senerizatis Apostolica iudicium. Et iterum de

Iudicialis potestas remittendi peccata

Lib. 3. de Sac. cordatio.

In Ioan. lib. 12. cap. 56.

Lib. 1. ca. 21. de poenitent. Sermone 11. de verbis Domini.

Can. 18. & 19. in 22. tit.

h Petro

De civitate
Dei, lib. 20.
cap. 9.
Hom. 26. in
Euangelia.

Hom. 5. in
Esaï.

Lib. 3. de
Sacerd.

Petro. Cuius terreſtre iudicium eſt præiudicata auctoritas in
caelis. Sic Auguſt. exponens illud Apocalyp. 20. *Vidi ſe-*
des, & ſedentes ſuper eas, & iudicium daturum eſt, ait. Iudicium
datum nullum melius accipiendum videtur, quam quod
dictum eſt, quæ ligaueris in terra, &c. Sic & Gregorius
Magnus. *Superius iudicis principatum ſonantur, ut vice*
Dei, quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxent. Fir-
clare quoque Chryſoſt. A terra principalem iudicandi
auctoritatem ſumit cælum. Index enim ſed in terra. Domi-
nus ſequitur ſeruum, & quicquid hic in inferioribus iudicauit,
hoc ille in ſuperis comprobat. Rurſum alibi. Pater omne
iudicium dedit filio: ſed hoc totum video à Dei filio ſacerdoti-
bus traditum.

DOMINICA SECVN-

da poſt Paſcha.

Erit vnus paſtor, & vnum ouile.

Ioan. 10.

De vnitae
Eccleſia.



O c v s differendi contra hæreticos de-
nitae Eccleſia, qui eam in varias ſectas di-
ſtrahût. Eſt autem eccleſia vna multis mo-
dis. Eſt vnum ouile ratione principij vita-
lis, quale cor eſt in homine. quia ab vno Spiritu ani-
matur, ideòque contraria dicere non poteſt. *Vnum*
corpus, & vnus ſpiritus. Omnes in vno ſpiritu potati ſumus.

E s t vnum ratione ordinis omnium membrorum
ad vnum caput Chriſtum. *Ipfum dedit caput ſuper omnem*
Eccleſiam. Eſt enim Chriſtus caput omnium, & ratio-
ne ordinis, quia *primogenitus eſt ex multis fratribus,*
quatenus omnes illi aſſimilari debêt, & ratione perfectio-
nis, quia eſt *plenus omni gratia,* ſicut in capite naturali
vigent omnes ſenſus, & denique ratione virtutis ſeu
efficacia, quia *de plenitudine eius omnes accepimus & ille*
vitis eſt, nos palmites. Eſt vnũ ouile ratione connexio-
nis omnium membrorum ad inuicem, per operatio-
nes mutuas, licet diuerſas, *Multi vnum corpus ſumus, al-*
ter autem alterius membra. Hęc vnitae, pacem animorum
facit, & ſchiſmatollit. Eſt vnum ouile, & vnus paſtor,
quia vnã perſonã myſticã vtrumque conſti-

tuit: cuius perſonæ caput eſt Chriſtus, & corpus eſt
Eccleſia. Hoc ſenſu Apoſtolus de Eccleſia dixit, *Quæ*
eſt corpus & plenitudo eius. Hoc eſt ſacramentum magnum:
& arcta coniunctio. Videntur qui ab Eccleſia ſe ſepa-
rant. Eſt vnum ouile, vt totum quoddam cõtinuum,
& ſi per totum orbem diſfuſum. Vnde Cyprianus. Ec-
cleſia Dominis luce perſuſa per orbem terrarum radios ſuos
porrigit, *vnum tantum lumen eſt quod vbiq; diſfunditur. ſi-*
cet arbor magna longè latèq; ramos extendit, vna tamen ra-
dice fulcitur, vno robore ſidei ſiſtentatur. Hoc ſenſu voca-
tur in Scripturis, *vna Ciuitas, & domus magna.*

E s t vnum ouile, vt totum quoddam fluens, &
ſucceſſiuum propter perpetuitatẽ quã habet.
Cyprianus. *Sicut de fonte vno riuus plurimi deſcunt, nume-*
roſitas licet diſfuſa videatur exundantis copia largitate, vni-
tas tamen ſeruatur in origine: ſic Eccleſia profluens largitur
riuus, latius expandit, vna tamen mater, ſecunditatis ſucceſſi-
bis copioſa. Hęc ille. Secundum hos duos poſtremos
vnitatis modos, ſola Eccleſia Catholica eſt vna, quæ
& omnium gentium Chriſtianarum cõmunionem
tenet, & à tempore Apoſtolico perpetua ſucceſſione
propagata eſt. Nulla hæreſis ſic vna eſt. Quom autem
tot modis Eccleſia ſit vnã, docendus oportune
populus quanto ſtudio hæc Eccleſia vnitae ſeruãda
ſit, quanto & quã certo cum ſalutis æternę detri-
mento hæc Eccleſia vnitae deſeratur. Triplici autẽ
ex capite docere, id Concionator poterit. Primum,
quia arctiſſima eſt Chriſti & Eccleſiæ vnitae, quã Apo-
ſtolus vocat, *Magnũ ſacramentum,* quia ſicut vir & con-
iunx ſunt duo in carne vna, ſic Chriſtus & Eccleſia,
ſunt duo in vno Spiritu, & ideirco Eccleſia nõ ſolũ
corpus, ſed & *plenitudo Chriſti* ab Apoſtolo vocatur,
quia videlicet, nec ſine ſua Eccleſia Chriſtus plenus
eſt, plen⁹, in quã, & perfectus mediator, caputq; per-
fectũ, ita nec Eccleſia plena eſt ſine Chriſto, quia in-
quã arctiſſima, & perfectiſſima hæc vnitae eſt, propter
ea Chriſtianus eſſe nõ poteſt qui ab Eccleſiæ vnitate
diuellitur. Exprefſit hoc totũ his verbis Auguſt. *Totus*
Chriſtus caput & corpus eſt. caput vnigenitus Dei filius, &
corpus eius Eccleſia, ſponſus & ſpõſa, duo in carne vna. Quicũ-
que de ipſo capite ab Scripturis ſanctis diſſeruit, etiã in omni-

Ephes. 1.
& 5.

In lib. de vni-
tate Eccle-
ſia. Math. 9.
1. Tim. 3.

vbi ſuprà.

Cauſa ſeruan-
dæ vnitatis
Eccleſiaſtica.

Ephes. 5.

Ephes. 1.

De vnit. Ec-
cle. cap. 4.

bus locis inveniantur in quibus Ecclesia designata est, non sunt in Ecclesia. Et rursus quicunque de hoc lococapite, Scripturis sanctis consentiunt, & vultant Ecclesia non communicant, non sunt in Ecclesia, quia de Christi corpore quod est Ecclesia, accipiunt Christi testificatione dissentiunt. Hæc ille. Quorum prius vel ad paganos Christianis commixtos (vt tempore Augustini adhuc hebat) vel ad quosdam hæreticos circa Christi personam errantes, quales in numeris fuerunt, Marcionite, Manichæi, Ariani, Nestoriani, Monothelice, & alii, pertinet. Posterius proprie ad schismaticos omnes, vel alios etiam quosvis hæreticos, qui, vt hæresim suam teneant, Ecclesie unitatem deserunt, quales sunt omnes, hodie nostri temporis hæretici. Quam posteriozem particulam paulo clarior & plenius idem Augustinus paulo post expressit his verbis. *Quicumque erant qui quidem quod Christus Iesus in carne reuerit, de virgine Maria ex semine David, & in eadem carne in qua mater & passus est resurrexit, & ipse sit filius Dei, Deus apud Deum, & cum Patre unum, & incamutabile verbum Patris, per quod facta sunt omnia, in quibus quasi fundamentum fidei nostræ consistit, coram illa veritas quam veteres hæretici antequam Augustinum impugnaverant, sed tamen ab eius corpore quod est Ecclesia, ita dissentiunt, ut eorum communio non sit cum toto, quatenus diffunditur, sed in aliqua parte separata innepiatur, manifestum est, eos non esse in Catholica Ecclesia. Hæc rursus ille, qui suis contra illos, valent, & multum hodie notada sunt, qui dicunt parum referre, cum se Christianorum locis, tati aut sectæ, adiungant, modo fundamentum teneant. Forum enim fidei fundamentum, in eo & omnes eius appendices, & tota Catholica veritas, si viter, reserata & credita, nihil tamen ad salutem valent, si ab Ecclesie unitate quis se segregat. Quod alio in loco his verbis idem clarissimus doctor docuit. *Extra Ecclesiam Catholicam eorum, habere quod est hæreticos præter salutem, non habere honorem, sed inquam Ecclesiam, non habere, non habere sacramentum, non potest salvare, illi qui a potest reserare, non potest, non potest tenere, potest innepiatur, Patri & filio, & Spiritu sancto, habere, & predicare. Sed non quam vult in Ecclesia Catholica saltem, parum innepiatur, hæc ille. Horum autem omnium causa est, quia Christi**

& sui Ecclesie in eo est individuum, & non solum indissolubile. Hinc celebre illud Sancto-rom Patrum dictum. Non potest Deum habere Patrem, qui non habet Ecclesiam matrem. Quod his verbis docuit Cyrianus. *Non est mater facta, sed quod successibus copiosa. Illius facta nascimur, illius lacte nutritimur, Spiritu eius animamur. Hæc nos Deo Johanne hæc filios regno, quos generavit, assignat. Quisquis ab Ecclesia se segregat, ad matrem invigilat, & promissa Ecclesia separatur. Habere matrem non potest Deus Patrem, qui Ecclesiam non habeat matrem. Hæc ille. Sic & posterum Augustinus. *Propter, inquit, Symboli coiclusio per sanctam Beata, quam terminatur, quoniam si quis ab his ea inuenit fuerit, alienus erit & numero filiorum. Nec enim Deum habeat Patrem, qui Ecclesiam noluerit habere matrem. Hæc ille. Est igitur filius Dei non potest, qui Ecclesie filius esse recusat. Pater eum pro filio non habebit, qui matrem non agnoscat. Christus sibi Ecclesiam desponsavit, non omnes gentes diffusam, quam & suo sanguine acquisivit. Qui ab hac sponsa segregatur, ad spolum pertinere non potest. Hæc ille. *Ratio unitatis Ecclesie, necellari dicitur de re, quod est corpus Christi Spiritus Sancti esse non potest. Christus est caput super omnem Ecclesiam. Omnis Ecclesia est corpus Christi. Sic eaput naturale non mouet, non dirigit, non insat, nisi in luum corpus, eiusque membra, sic Christus capit in vitale Spiritus sui gratiam non insat, non insat, nisi in corpus sui membra, id est, nisi in Ecclesie filios, & Ecclesie sue unitate fidei, amorum, & sacramentorum conjunctione: eorum videlicet, qui Ecclesie fidem tenent, qui Ecclesiam diligunt, qui Ecclesie sacramentis communicant. Agnovit hoc verum in Irenæo & Constantino Irenæus. *Verum inquit, Ecclesia, ubi & Spiritus ubi Spiritus Dei illic Ecclesia. Quod ita se habere hoc quasi argumento probat Augustinus. *Unitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum spiritum dicit nobis: Non est autem pariter diuine unitatis, quod est hostis unitatis. Non habent erga Spiritum Dei, qui sunt extra Ecclesiam. E rursum alibi. Non habet Dei caritatem, qui Ecclesie non diligit unitatem: ac per hoc recte intelligitur dicit non accipi, nisi in Catholica Ecclesia Spiritus*****

In li. de verbis Eccl.

De Symbolo ad Catech.

lib. 3. c. 10. & li. 4. c. 19.

2. causa. Epist. 1.

7. 2. Part. 1. 10. 1. 11.

Lib. 3. c. 40. Epist. 50.

De baptis. Donat. li. 3. cap. 16.

Idem.

In ferm. super gestis Emeriti Donat.

In ferm. super gestis Emeriti Donat.

In ferm. super gestis Emeriti Donat.

In ferm. super gestis Emeriti Donat.

Tract. 32.
in Ioan.

cap. unico.

1. Tim. 3.

Serm. 11 de
verbis Domini.

Tract. 17.
in Ioan.

Tract. 12.
in Ioan.
Euang.

sanctus. Et adhuc alio in loco apertius. *Accipimus & nos Spiritum Sanctum si amamus Ecclesiam, si unitate communi sumus, si Catholico nomine & fide gaudemus. Credamus fratres: quantum quisque amat Ecclesiam Christi, tantum habet Spiritum Sanctum.* Hęc ille. Sanè propter hanc causam de hæreticis pronuntiavit Apostolus Iudas eos Spiritum Dei penitus destitui. *Qui seipsos segregant, animales sunt, Spiritum Dei non habentes.* Quod & Paulus etiam obscurius his verbis expressit. *Habentes formam quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.* id est, habentes professionem Christianitatis & sacramenta Christi, sed Spiritum atque virtutem Dei non habentes, vt Augustinus his verbis exponit. *Potest esse visibilis forma palmitis etiam præter vitem, sed invisibilis vita radicis haberi non potest, nisi in vite.* Proinde corporalia sacramenta, quæ portant, & celebrant etiam segregati ab unitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis. *Virtus enim pietatis invisibilis & spiritalis, ita in eis non potest esse, quemadmodum sensus non sequitur hominis membrum quando amputatur à corpore.* Hęc ille. Multum ergo docendus, & monendus populus fidelis, Christum esse caput, nos membra, sed in vno corpore, quod est Ecclesia vnita, Christum esse vitem, nos palmites, sed ab vna arbore pendentes, ab vna radice enatos, vni trunco incisos. Quare grauissima illa S. Augustini admonitio illis proponenda & inculcanda est, qua dicit. *Nihil sic formidare debet Christianus, quam separari à corpore Christi, quod est Ecclesia, vtiq; vna Catholica.* Si enim separatur à corpore Christi, non est membrum eius. *Si non est membrum eius, non vegetatur Spiritus eius. Quisquis autem Spiritum Christi non habet (ait Apostolus) hic non est eius.* Hęc causa diligenter amplificata ad unitatem Ecclesie mordicus retinendam, plurimum mouebit. Ex hoc enim capite promanat, quod nulla sacramenta, nulla bona opera quæcumq; cum fructu, & merito vite æternæ suscipiuntur, extra Ecclesie unitatem. Nam quod ipse baptismus, ab hæreticis ministratus & infantibus ad salutem valet, nec sic valeret, nisi cum intentione Ecclesie hæreticus baptizaret, ideoque etiam ex vtero Agar, tamem voluntate Saræ, filius Abraham nascatur (vt sapienter docet Augustinus) nec ita profusus valet, quin ad adultam ætatem perueniens paruulus Ecclesie Catholice per impositionem

manuum reconciliari debeat. Nam adultus ab hæretico si extra necessitatem baptizetur, sacramentum quidem accipit, quod repeti non debeat: ceterum fructu Sacramenti caret, nisi Ecclesie iungatur, vt diligenter alicubi docet Augustinus. Ceterum omnia alia sacramenta extra unitatem Ecclesie accepta, non nisi ad diminutionem valent. Nullum enim perfidie, & apostasie argumentum clarius, quam ab hostibus Ecclesie, sacramenta petere Ecclesie, atque percipere: quippe quum propria religionis vincula sint Sacramentorum consortia, & ad hoc instituta, vt certo singulorum vinculo homines in vna religione colligantur, vt docet Augustinus.

ALIA adhuc causa unitatis Ecclesie firmissimè retinendæ, nec quantolibet proposito discrimine defendendæ ea est, quod in ea sola, veritas orthodoxa, & sana fides, sine qua salus non est, inuenitur. Hęc enim est (vt à postolus loquitur) *columna & firmamentum veritatis.* Huic ergo initi ab hac confirmari & sustentari fidelè quemque oportet, vt saluus fiat. Vnde præclare Augustinus. *In ventre Ecclesie veritas manet. Quisquis ab hoc ventre Ecclesie separatus fuerit, necesse est, vt falsa loquatur. Necessè est, inquit, vt falsa loquatur, qui aut concipi noluit, aut quem conceptum mater excusit.* Hęc ille. Rursum alibi paulo plenius. *Si erras in aliquo, quare non reddis ad lac matris? Quia si non extollimini, si non exaltatis cor vestrum, si non ingredimini in mirabilibus super vos, sed humiliter sentitis, sicut qui ablatus est suus, er matre sua, reuelabit vobis Deus, quod aliter sapitis. Si autem hoc ipsum quod aliter sapitis, descendere vultis, & pertinaciter asserere, contra pacem Ecclesie, sit vobis maledictum, quod dixi vobis hec.* Ita fiat retributio in anima mea. *Quia adhuc sub matre eu estis, foris à la de separabimini, foris vicibus matris fame moriemini.* Hęc Augustinus, docens omnem de doctrina fidei dubitationem, ac difficultatem, ex iudicio, & determinatione matris Ecclesie resoluendam esse, quia adhuc paruuli Ecclesie filij, & oues ouilis Domini sumus, ab illis pacendi quos posuit Spiritus S. regere Ecclesiam Dei. Nèpè hęc illa spòsa & amica est, cui spòsus Christus quæcumque audiuit à patre suo, nota fecit. Hęc est (vt scribit Ireuæus), *implu quoddam & diues depositorium,*

De bap. cont.
Donat. lib. 6.
cap. 5.

Contra Fau-
stum lib. 19.
cap. 11.

3. Causa.

2. Tim. 3.

Enarrat. in
Psal. 57.

Enarrat.
Psal. 130.

Ioan. 15. in quod Apostoli omnia quae sunt veritatis plenissime contulerunt sicut omnis quicumque velit, ex ea potum, vita sumat. Huius ergo Ecclesia adhaerendum, ei quae dicitur veritatis tramite defectare non cupit. Data illa est ad consummationem saeculorum, sicut dicitur, ad adificationem corporis Christi, quae cum unificatur omni vento doctrinae. De hac et in alio Euan gelio plura.

H. A. S. igitur tres causas diligenter tractare Ecclesiae debet, de per aliis que occurrent adiungere, ut Ecclesiae unitas, quam plane sit ab omnibus, necessaria retinenda, & sub aeterna salutis discrimina seruanda, populus intelligat.

DOMINICA TERTIA

POST PASCHA

Ioan. 19. Quia vado ad Patrem.



Oculus obiter docendi populum Christianum, Christi Domini in caelos Ascensionem, de qua hic loquitur, nihil plane repugnare vere & reali eiusdem praesentiae in venerabili Eucharistia, sicut hodie haeretici fabulantur. Christus enim secundum propriam formam & naturalis existentia modum in caelo est, ad dexteram Patris sedens, usque ad diem iudicii. At vero sicut Christi caro propter diuinitatem adiunctam non semper ad naturalem existentia modum restricta fuit, sed patet, & supra naturam leges multas fecit, super aquas ambulauit, clauso sepulchro resurrexit, clausis ianuis ad discipulos ingressa est. Sic plane supra naturam ordinem, idem Christi corpus, quod in caelo est per modum existentia naturalis, est in altari per modum existentia sacramentalis. Christus per modum existentia naturalis discebat, Christus per modum existentia naturalis dicebat, hoc est corpus meum, sed eodem temporis puncto, idem corpus sumi, per alium existentia modum

Acessit Christi non repugnat praesentia in Eucharistia,

in manibus suis tenebat, quum diceret, & verum diceret, de eo quod in manibus tenebat, hoc est corpus meum. Sic nempe forebatur in manibus suis, ut exponit August. Non magis repugnat diuinae potentiae, ut gloriosum filij sui corpus pluribus in locis simul existat, quam ut solida corpora penetret, sicut fecit clauso sepulchro resurgens, & clausis ianuis ad discipulos ingrediens. Penetratio corporum non minus est naturae impossibilis, quam locorum multiplicitas. Augustinus docet sane diligenter Christum secundum formam carnis, quam hic visibiliter gessit, non esse ubique diffusum: hoc enim veritatem corporis auferret si iuxta formam naturalem nullo certo loco consisteret, sed omnia loca occuparet. Hoc est illud quod in Epistola ad Dardanum impugnat. Rursus de visibili, & naturali, & familiaris praesentia sua, & de talis honoris capacitate, qualem Magdalena illi exhibuit, quum unguento pretioso caput eius perfunderet dixit Christus. Me non semper habebitis: non autem hanc sacramentalem existentiam in vltima Coena institutam negauit. Et de hac naturali praesentia carnis Christi, hunc locum exponit Augustinus quum scriberet: Secundum id quod de virgine natus est, non semper nobiscum est. Habuit (inquit) Christum Ecclesia, secundum praesentiam carnis paucis diebus, modo sicut tenet, oculis non videt. Ocularem & sensibilem carnis Christi praesentiam negat, non sacramentalem. At his Augustini locis ad suam haeticam illusionem confirmandam abutuntur hodie haeretici.

DOMINICA

QUARTA POST PASCHA

Adhuc multa habeo vobis dicere, quae non potestis portare modo. Ioan. 16.



Oculus proprius & insignis ostendendi contra haeticos nostri temporis Christum doctrina non viua voce non disciuit omnia, sed multa

per Spiritu S. postea Apostolos, docuisse, quæ tunc portari. i. capere & æquanimiter tolerare non poterant. Sic Origenes. *Habebat. quidem illis dicendum, quæ sit vera lex, quarum rerum celestium umbris, & signis consistet cultus Iudaicus, quorum bonorum futurorum umbras contineret lex de cibis & potibus, de festis, Nouiluniis, Sabbathis. Huiusmodi multa erant quæ habebat eis dicere, sed videns perdifficile esse ex animo reuellere panem comata, & vsque ad grandem etatē coalita dogmata, &c. distulit hanc doctrinam, in tempus oportunius post passionem & resurrectionem suam. Hæc ille. Eorum autem quæ Christus post passionem ac resurrectionem docuit, nihil habemus scriptum. Vel igitur docuit non per se, sed Spiritum S. vel non omnia quæ docuit, scripta sunt. Vtrumque hodie negat hæreticus. Diserte autem docet Cyrillus Christum hæc sublimiora, non per se docuisse, sed per Spiritum S. hunc ipsum locum exponens. Quando (inquit) per Spiritum S. in alios viros euaditis, quando legales figuras illius pulchritudine aspernabimini, quando supernaturalis cultus pulchritudinem illius ope umbris anteponeitis, tunc mysterij de me omnem vim cognoscetis. Hæc ille. Denique Chrysostomus plura Spiritum S. Apostolos docuisse, quam Christum ait, Ideo Spiritus S. maior doctrine portio seruata est, ne putarent illum aliqui minorem sibi. certe Gregorius Nazianzenus inter hæc quæ Christus Apostolos nõ docuit, putat fuisse ipsam Spiritus S. diuinitatem, quem ideo Eunomiani vocabant, non scriptum Deum. τὸν ἀγχαρον θεῶν.*

Cum autem venerit ille Spiritus veritatis.

Locvs obseruandi contra hæreticos, Spiritum S. tunc in Scripturis vocari Spiritum veritatis, quando Ecclesiæ, vel eius præpositis ac magistris promittitur, vt hoc loco & supra Ioan. 14. vers. 17. *Alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis. Et iterum Ioan. 15. vers. 26. Cum venerit Paracletus, quæ ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis, qui à Patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Veritas enim infallibilis non alicuius priuatæ personæ, sed totius Ecclesiæ, & præpositorum eius propria*

pria est. Vnde August. *Veritas tua Domine nec mea est. Confes. lib. nec illius, aut illius, sed omnium quos ad eius communionem 1. cap. 25. publicè vocas, terribiliter admonens nos, vt nolimus eam habere priuatam, ne priuemur ea. At verò Spiritus S. vt cuius in particulari datur, vel absolute, sic in Scripturis vocatur, propter aliquod eius donum indefinite acceptum, vel ex aliqua particulari virtute denominatur, vt: in caritate & Spiritu mansuetudinis, dei vobis Ephes. 1. Spiritum sapientiæ, &c.*

Docebit vos omnem veritatem.

Locvs insignis docendi populum, qd apud Ecclesiam, i. Apostolorum successores, omnis veritas habeatur: quod Spiritus S. docet Ecclesiam semper: (ait enim Christus Ioannis 14. *Vt maneat vobiscum in æternum:*) per omnes ætates, non vnã aut alteram, sed omnem profus veritatem. Qui omnem veritatem dicit (ait Ambrosius) nihil præterit, non digni neque horam, non præterita non futura. Vnde ex hac perpetua Spiritus S. doctrina, infert Irenæus dicens. *La Ecclesiam tanquam in amplum, & diues depositorium, omnia quæ sunt veritatis, Apostoli contulerunt. Ponderanda vero, & expendenda sunt christi verba, quibus alio in loco hanc eandem promissionem facit. Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Et paulo post addit: Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcumque dixerero vobis. Tria dicit Saluator, id est, quod dabitur a postolis. i. Ecclesiæ, Spiritus S. qui maneat cum illis. i. cum Ecclesia (neq; enim apostoli, sed Ecclesia perpetuo manet) in æternum. Hæc verba omne tēpus complectuntur, & fanaticâ illâ quorundã hodie hæreticorū opinionē excludunt, qui docet per interualla Deum Ecclesiæ suæ adesse, vt aliquandõ vera doctrina in Ecclesia obscureretur, aliquandõ demũ restaureretur, &c. Secundò dicit, quod hunc Spiritum S. mundus non capiet, id est, impij, infideles, & hæretici: sed vos cognoscetis eum, id est, veri Apostolorum successores. Verã Ecclesia cognoscet vocem Spiritus Sancti: quia*

Contra Cel. sum. libr. 2.

Li. 10. c. 45. in Ioan.

Homil. 1. in Actu.

De Theolog. lib. 5.

Veritas in Ecclesia.

Lib. 2. c. 12. de Spiritu S. Lib. 3. c. 4.

Ioan. 14.

Triplex promissio veritatis.

Veritas toti Ecclesiæ communis non priuatæ.

DOMINICA QVIN-

ta post Pascha.

Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.

Ioan. 16.



oc v. s. observandi contra haereticos, orationes Ecclesie quibus Sancti invocantur, nihil repugnare aut derogare huic invocationis formulæ quam Christus Saluator hoc loco proposuit, sicuti ipsi invidiosissime calumniantur. Primum quia nihil petitur à Sanctis ab Ecclesia tanquam per eos implendum, sed solummodo tanquam per eos impetrandum. Cum autem Christus hoc loco dicit, Si quid petieritis Patrem in nomine meo, docet nos posse amplissima beneficia à Deo Patre petere, implenda per Christum: hoc enim est, in nomine eius, i. in potentia, & virtute eius, concedi quod petimus. Sicut enim olim orabant veteres, Deus in nomine tuo saluum me fac, sic nunc in nova Ecclesia oramus, Deus in nomine filii tui qui salvos nos fac. Secundo quia omnis Ecclesie oratio, etiam qua invocantur Sancti, terminatur hoc modo, Per Iesum Christum Dominum nostrum: Quare exactissime hæc formula à nobis sequatur. Insulsa est autem hic Calvini replica, qua dicit, non minus profectus Christi intercessionem, dum moriturus, (sic Sacerdos vocat) precibus & meritis miscetur, quam si ea petitus omnia sub mortui in ore essent. Si enim profanatur Ecclesie oratio admixta Sanctorum intercessionem, profanabitur etiam admixta precibus & intercessionem ipsorum. Quam tamen idem Calvinus iuxta clarissimam

Invocatio Sanctorum defenditur.

Instit. lib. 3. cap. 20.

Christus vult Mediator non excludit Sanctos.

3. Apostoli doctrinam admittit, coactus. Tertio & si petendo Patrem in nomine Christi, Christo tanquam intercessore, & advocato, & mediatore utimur, non tamen adhibendo Sanctos intercessores, & advocatos, & quodammodo mediatores contra hæc Christi verba peccamus. Primum quia Christus est mediator redemptionis nostræ unicus, & solus, ut Paulus docet, non autem solius intercessionis. Et si enim

Cap. 39. quia apud veram Ecclesiam manebit, & in illa erit iuxta illud Esaiæ. Spiritus meus non recedet de vobis, neque de ore seminis vult, nec seminis seminis tui amodo, & que in sempiternum. Tertio dicit quod omnia, pariter docebitur, de nono in scripturis, quare aliquos diffinitus cultus orietur, ut fecit Actorum 23. Sic illegalitatem observandi dicitur, partim suggeret, & obliuiscit in mensuram reuocabit, ut quando de veterum, & in auctoritate traditione atque iudicio dubitatur. Atque ex his verbis patet, nullum fore in Ecclesia erroris locum. Sed & illud quoque ex his verbis patet, Spiritus S. officium in Ecclesia non ad ea tantum restringi, quod in ipse Caluinus asserit, hæcque restrictionem attingit, notanda in mente. quæ Christus viua voce docuit, ut illa suggerat, sed etiam, ut doceat alia multa, quæ Christus idem non docuit, quia Apostoli illa tunc portare non poterunt. Christus Petru non docuerat de cessatione legalium viua voce: sed hoc eum Spiritus S. docuit, ut postea animalium omnis generis, iubens eum nihil immundum in dicare quod Deus creauit. Quæ Paulus de prædestinatione aeterna, de lege carnis, & membrorum, de iherant gratia, de peccato originali, de iustitia fides, de cessatione legalium; tam multa disputat, non ex Christi viua voce (quem nunquam dicentem adiecit) sed ex Spiritu S. didicerat. Quæ denique Ecclesia Christi contra Marcionem, Montanum, Valentinum, Sabellianum, Arium, Macedonium, Eutychem, Photianum, Pelagium, Berengarium, aliosque infinitos hæreticos, vel Scripturas interpretando, vel noua fidelis vocabula, ut filij Dei hominifera, Spiritus S. processionem, hypostases tres, in vna substantia, Patrem, ingenitum, & substantiationem, & alia tradendo docuit, ea omnia ex Spiritu S. acceperit, qui docet omnem veritatem: & contra vnum aliquem (ut puta Berengarium) decernendo erratur, ut voluit hodie hæretici, profana, & contra omnes errare possunt. Unde sequitur, (quod contra sui temporis hæreticos Terrentius tull.) Dei villicus (id est, Spiritus S. Possessionem suam non fecerit, sed Ecclesiam suam aliquam veritatem, eamque necessarium clarauerit.

Instit. lib. 4. cap. 8. nu. 5.

Caluinus refellitur.

Act. 10.

Ad Rom. Gal.

Nonna fidelis vocabula.

In Praescript.

si enim sacerdotio redemptionis in Christo coniunctum est officium intercessionis, non tamen è contrà cuilibet officio intercessionis coniunctum est sacerdotium redemptionis, quod in viuentibus manifestum est, quum alter pro altero intercedimus. Deinde Christus est vnus mediator, & vnus aduocatus per modum intercessionis excellenter, quia propria virtute intercedit, eiusque oratio iustitiæ nititur. Sancti non nisi per Christum intercedunt, & non nisi per Christum inuocantur, eorumque oratio gratiæ, & misericordiæ innititur. Denique Christus est mediator immediatus, *per seipsum interpellans pro nobis*. Sancti mediante Christo accessum habent ad Patrē. Sic vnus Magister Christus, & multi, doctores dati Ecclesiæ à Christo. Vna lux mundi Christus, qui dedit Apostolis, vt ipsi essent, lux mundi. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi: & tamen idem, posuit verbum reconciliationis in Apostolis. Postremò quod de Angelis faterur Caluinus, Deum per eos sua nobis beneficia dispensare, non ex necessitate, sed ad solatium nostræ imbecillitatis: idem de Sanctis iudicandum: per quos Deus nobis beneficia confert, non quia per Christum non potuit, sed quia ad consolationem & exhortationem nostram Sanctos sic honorare voluit.

Ipsè enim Pater amat vos, quia vos me amastis.

Impuratiua iustitiæ refellitur. **L**ocus egregius, & manifestus ad euertendam imputatiuam iustitiã quam singunt hodie hæretici, dicentes nos esse iustos coram Deo, non propter aliquam iustitiã aut virtutem nobis inherentem, sed propter Christi iustitiã nobis mēbris eius imputatam. Hic enim Christus disertè affirmat, Christianos qui Christum amant, id est, qui eius madata seruant, (*Si quis enim, diligit me, sermonẽ meum seruabit, ait alibi Christus: & iterum. Vos amici mei estis, si feceritis, quia ego præcipio vobis*) idèò diligi à Patre, hoc est idèò coram Deo iustos & gratos & amicos esse, quia ipsi Christum diligunt, id est propter dilectionis Dei virtutem quæ in ipsis est, & non solum quia Christus diligit illos, vt hæretici impie nugantur, & cum maxime pietatis

tatis præiudicio docent. Docendus ergo populus non satis illis fore quòd Christus diligit illos siue per electionem ab æterno, siue per vocationem, & iustificationem primam in tempore, nisi ipsi vicissim Christum diligant, & diligendo mandata obseruent, vt sic à patre cælesti ad vitã æternã consequendã diligantur. Gratuita enim certe est electio, gratuita est vocatio, gratuita est prima iustificatio, per quã videlicet peccatorum remissione gratis accepta, ex impijs & filiis iræ, iusti & filij Dei efficiuntur. Qui sensus est totius disputationis Paulinæ in Epist. ad Rom. & ad Galatas, vbi fide nos iustificari nõ ex operibus docet. At dilectio Patris cælestis ad augmenta gratiarum & ad consecutionem ipsam vitæ æternæ non est merè gratuita, sed per modum mercedis iam iustificatis, & filiis Dei retribuitur: ipso Patre amante nos, quia nos amamus: eum, vt Christus hic dicit: *Quod & docuit Apostolus dicens de iam iustificatis: vniuscuique accipiet propriam mercedem secundum laborem suum*: id est, secundum laboriosa virtutum opera, quæ amor Dei & Christi producit.

R v r s v m docet hic locus quòd multa beneficia gratiæ accipimus à Deo, non propter solã fidem, non solum quia filij Dei sumus, & mēbra Christi, sed etiam propter dilectionẽ, & (quæ inde semper sequitur) obseruationem mandatorum: & inter cætera hoc magnum beneficium, vt à Deo preces nostræ exaudiantur. Dicit enim in hoc Euangelio Christus. *Peiute & accipietis, vt gaudium vestrum plenum sit*, id est, vt abundetis magis in gratia. *Non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis*: id est, non propter meam solam intercessionem exaudiet vos Pater: vel non sic deberis à mea sola semper pro vobis intercessione pendere, vt interea vestras orationes vel vt superuacuas, vel vt inanes futuras prætermittatis. Ipsè enim Pater amat vos, & exaudiet vos rogantes in nomine meo, quia vos ipsi grati illi estis, & idèò grati, quia amatis me, & sermones meos seruat: & non solum, quia

1. Cor. 3.

Contra solam fidem.

Ioan. 16.

Heb. 7. & 9.
Matth. 22.
Ephef. 4.
Ioan. 8.
Matth. 5.
2. Cor. 5.
Instit. lib. 1.
c. 17. tit. 11.

Impuratiua
iustitiæ refel-
litur.

Ioan. 14. &
15.

*Prouerb. 8.
Sapient. 14.*

clarare eos Deo gratos & acceptos esse, id est, vere iustos ac sanctos (Deus enim diligit diligentes se, & odio habet impium, & impietatem eius) non ex hoc solo capite id declarat, quod in filium Dei crederent, eiusque promissionibus fidem haberent (in quo solo omnem acceptationem nostram coram Deo ponunt hodie heretici) sed etiam ex eo quoque capite, quod Christum dilexerant, & diligendo mandata eius omnia seruate paratissimi essent, idem nobis statendum, non ex sola fide aut fiducia, ut impie garriunt heretici, sed præsertim ex dilectione Dei, & mandatorum obseruatione, nos à Deo ad vitam æternam diligi, & multa beneficia gratiæ consequi, vt Catholica habet fides.

DOMINICA SEXTA

POST PASCHA.

Ille testimonium perhibebit de me, & vobis testimonium perhibebitis de me, quia

Ioan. 15.

habui etiam testimonium ab initio mecum estis.

Ecclesie testimonium generat fidem.

HOC vs appositus ostendendi contra hereticos nostri temporis, exterium Ecclesie testimonium & auctoritatem cum interno Spiritus sancti testimonio ordinariè concurrere ad fidem Christi animis hominum ingerendam. Vtrumque enim hoc loco dicit Christus. Primum quod Spiritus Sanctus testimonium perhibebit de eo, id est, docebit interne corda credentium. Vnde Ioannes: *Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se.* Et Paulus: *Spiritus Sanctus, reddat testimonium vobis, quod spiritus filij Dei, signabit quia Deus verax est.* id est, suo consensu ob signauit, & confirmauit, loquentis in se. Deix verbum verax esse. Totam enim ratio veræ fidei, quæ Dei donum est, loquentis & cor tangentis ac mouentis & illuminantis interioris, hæc est, quia Deo reuelanti, loquenti in corde, & mouenti

mouenti credimus, tanquam testi infallibili, & qui mentiri non potest. Hoc totum nobiscum fatentur heretici, qui ex illis intelligunt. At verò alterum quod dicit hic Christus, agnoscere nolunt. Nempe quod Apostoli & eorum successores testimonium quoque perhibebunt Christo, id est, omni doctrinæ de Christo: per externam videlicet prædicatio. nam fidei, cuius profecto testes sunt à Deo constituti, ideoque huiusmodi, vt eorum testimonio credere debeamus. Vnde Paulus vnus ex his testibus:

Act. 10.

*Ministerium (inquit) quod accepi à Domino Iesu testificari Euangelium gratiæ Dei. Sed & Christus Apostolis suis dixerit ita loquitur, Eratis mihi testes in Hierusalem, & Iudæa, & Samaria, & usque ad vltimum terræ. Videlicet prædicando Euangelium, & docendo ea omnia quæ de Christo credere oportet. Est ergo diligenter hoc loco obseruandū, tam pro instructione Catholicorum, quàm contra hereticos, firmitatem fidei nostræ ex vtroque consistere, ex interno Spiritus Sancti, & externo Ecclesie testimonio, sicut vtrumque hoc loco ponit & connectit Christus, quasi nexu semper indiuiduo copulatum: ideoque conscientia cuiusque non id satis esse quod se dicat hoc credere ex Spiritus Sancti instinctu vel testimonio (vt solent heretici dicere, reicientes & negligentes Ecclesie vocem & testimonium, per cuius ministerium Spiritus S. loqui semper solet) sed ad fidei securitatem & firmitatem, vtque certo constet ex Spiritus Sancti instinctu quempiam credere, & rectam de Christo fidem habere, Catholicæ quoque ecclesie testimonium & auctoritatem concurrere oportere. Ad quod magis intelligendum plurimum valebit ex Christi verbis docere, verbum Dei, & verbum Ecclesie pro vno & eodem accipi. Nam hæc obicit Iohannes Christus in postremo sermone ad discipulos habitato, orat Patrem pro Apostolis, & pro fidelibus illis qui per verbum Ecclesie credere didicerunt. Ait enim. *Non pro eis rogo cautionem, sed & pro illis qui per verbum illorum credituri sunt in me.* Ex quibus verbis prolixè docet Augustinus, *verbum fidei & verbum Apostolorum, credere Deo, & credere Ecclesie prorsus eodem esse.**

Act. 1.

Firmitas fidei ex duobus consistit.

Ioan. 17. Tract. 109. in Ioan.

Ioan. 17. Tract. 109. in Ioan.

Vide plura in festo Ascensionis, & in festo S. Thomæ Apostoli. Quod autem Christus addit, *Quia ab initio mecum estis*, non intelligit firmitatē testimonij Apostolici ex eo pendere quod ab initio prædicationis eius lateri illius adhæserint (sic enim nec Marcus, nec Lucas, nec Paulus ipse, nec infiniti alij legitimi testes fuissent) sed hanc subiungit quasi propriam, & inseparabilem veræ Ecclesiæ suæ notam, videlicet, *Succeſſionis perpetuitatem*. Docet ergo illorum testimonio credendum esse qui ab initio Christi fidem tenuerunt, & de manu in manum tradiderunt. Bonum etiam semen crevit vsque ad messem. Vide de hac re plura Dominica 5. post Epiphaniam & feria 3. Paschæ.

DOMINICA PENTECOSTES.

Ioan. 14.

Si quis diligit me, sermones meos seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.



L O c v s utilis explicandi populo, quantum ad dilectionem Dei, Christus suis discipulis commendauerit, contra hæreticos nostri temporis, vel hoc solo nomine pestilentissimos, quod solam suam specialem fidē & fiduciā in promissiones Christi de gratuita remissione peccatorum, ita semper inculcāt, docent, vrgēt, ita solā ad salutē necessariā esse impiē & mendaciter affirmant, vt Caritatē Dei necessariā ad salutē negent, eiusque admirabiles virtutes quas in hoc Euangelio Christus luculenter expressit, vel dissimulent & taceāt, vel folius fidei commendatione obscurent, & cōtempnibiles reddant. At Christus in hoc Euangelio & in verbis iam positis quatuor insignes Charitatis virtutes ponit, & quæ contra præſentes hæreses singulæ valēt. Primum dicit,

Charitatis commendatio.

Si quis diligit me, sermones meos seruabit. Hic docet ex caritatis virtute consequi obseruationem mandatorum Christi, quam partim impossibilem affirmant hæretici, partim per fidem, non per caritatem illam impleri docent. Vtrumque docuit Lutherus in lib. de libertate Christiana, & sustinent hodie quàm plurimi. At disertè Christus dicit. *Si quis diligit me, sermones meos seruabit.* Hæc est dilectionis meæ vis & facultas, hic fructus, hæc efficacia, vt qui me diligit, mandata mea custodiat. Quæ Christi verba dilectus eius discipulus Ioannes sic explicasse videtur. *Hæc est caritas Dei, vt mandata eius custodiamus: & mandata eius grauiam non sunt.* Duo dicit, Primum caritatem Dei hoc habere, vt mandata Dei custodiat, contra eos, qui dicturi erant, sola fide omnia impleri, quasi vel sola fides sub præcepto caderet, vel propter solam fidem omnia quæ non fierent facta deputarentur, vt hodie hæretici dogmatizant. Alterum est, mandata Dei non esse grauiam, contra eos, qui dicunt ea esse impossibilia. Sed eleganter Augustinus. *Ei mandata Dei sunt grauiam, qui donum caritatis nondum accepit, vnde sunt leuiam.* Idcirco Ioannes negat esse grauiam, quia caritati nihil est graue. Vnde & alia Scriptura, *Valida est, vt mors dilectio.* In quæ verba sic Augustinus. *Quemadmodum morti resisti non potest quibuslibet artibus, quibuslibet medicamentis occurras, sic contra violentiam caritatis nihil potest.* Econtrario similitudo data non est de morte. Sicut enim mors ad auferendum violentissima est, sic caritas violentissima est ad saluandum. Quod quomodo fiat, alio in loco explicat. *Merito dicta est fortis sicut mors, sine qua nemo eam vincit, sine qua in hac vita vsque ad mortem est mensura caritatis, sine qua sicut mors animam auellit à sensibus carnis, sic caritas à concupiscentiis carnalibus.* Hæc ille. Hoc autem in turpi & impuro amore facilè cernitur, ad quanta facinora amor impellat, quantis se laboribus subdere, quàm ingentia aggredi, quàm nihil formidare aut reculare solet. Quis verò dubitet maiorem esse diuinæ caritatis vim, ad opera virtutum pergenda, quàm sit amoris carnalis ad opera carni consentanea.

Caritas facit impleri mandata.

1. Ioan. 5.

In lib. de perfectione virtutis.

Cant. 8. Enarr. in Psal. 47.

Epist. 29. ad Hieron.

Cant. 7.

Caritas nos Deo gratos facit & iustificat.

Christi offer argumentum gratiæ.

tanea? Etsi enim natura corrupta propensius ad praua feratur, & deorsum tendat: tamen fortior est gratia, quam natura: caritas Dei, quam amor terrenus: Deus, quam Diabolus. Idcirco igni comparatur caritas, cui nihil resistit. *Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi, ut ardeat?* De hoc igne caritatis alia Scriptura. *Aqua multa non poterunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illam.* Quæ uerba quasi explicans Augustinus ait. *Caritatis ignem nulli fluxus seculi, nulla tentationum flumina extinguunt.* Nemo ergo hæreticos hodie sequutus, frigidam hanc excusationem adferat, mandata Dei esse grauiora, præcepta Ecclesiæ esse difficilia, salutem ex bonis operibus esse rem arduam, & fortè impossibilem. Omnia ista contradicunt Christo dicenti, *Qui diligit me sermones meos seruet.* Et ne putes, perinde esse ad salutem, siue diligas, siue non diligas, sed satis esse, ut fortiter credas tibi remissa esse peccata per Christum, ecce Christus ipse te talia dicentem pro suo non agnoscit. *In hoc (inquit) cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adiuicem.* Et Ioannes qui hoc retulit, in alia epistola scribit. *Qui non diligit, manet in morte.* Et iterum, *Qui non diligit, non nouit Deum, quia Deus caritas est.* Frustra ergo de sola sua fide sibi placent hæretici. Impiè solam suam fidè aliis commendant hæretici. Ecce ipsa fides absq; caritate nihil illis prodest, dicente apostolo, *Si omni fide habuero, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum.* Quæ uerba non per hyperbolem, nec per impossibile, sed iuxta literam perspicuè intelligi debere ante has hæreses natas, docuit S. Augustinus exponens illa Christi uerbacitata. *In hoc cognoscent omnes, &c. Tanquam, inquit, diceret Dominus, Alia munerera, mea habent uobis, cum enim non meum solum naturam, uitam, sensus, rationem, & eam salutem, quæ hominibus peccatoribusque communis est, sed etiam linguas, sacramenta, prophetiam, scientiam, fidem, distributionem rerum suarum pauperibus, &c. cetera: sed quam caritatem non habent, nihil illis prodest, nihil sunt. Non ergo in illis quamuis bonis muneribus meis, quæ habere possunt etiam non discipuli mei, sed in hoc uos cognoscent, quod dilectionem habetis, &c. & Sponsa Christi, pulchra inter mulieres, quam bene captatur ubi*

itur tibi in illo Cantico canticorum tamquam in epithalamio tuo, quia caritas in deliciis tuis. Hæc ille. Est ergo caritas Dei, propria filiorum Dei nota, ideoque uirtus necessaria. Hanc qui habet, seruat mandata Christi. Est igitur & ipsa mandatorum obseruatio ad salutem necessaria. Hæc ex primis Christi uerbis docere potest Concionator Catholicus.

SECUNDVM quod de caritate in hoc Euangelio Christus dicit, istud est, *Et Pater meus diligit eum.* Ex his uerbis euidenter & necessariò colligitur, ex caritate quoque, ac mandatorum obseruatione nos iustificari, & non ex sola fide, ut uolunt hæretici. Quos enim Deus propter aliquid diligit, hos propter illud pro iustis, & sibi caris habet. Deus Pater eos diligit, qui Christum diligunt, seruantque sermonem eius, id est, qui Christi fidem ac nomen profitentes, eum colunt, eiusque præcepta exequuntur. Diligere ergo Christum & eius sermonem seruare, est res Deo Patri grata (non opus immundum, nec ita imperfectum, ut legis sit transgressio) quippè quæ plenam & perfectam obseruationem requirit (quæ omnia dicunt hodie hæretici) est opus dilectione Dei dignum, est pars iustitiæ Christianæ. Neq; enim vel propter opera indifferentia, vel propter opera immunda & imperfecta, multò minus propter peccata, sed propter opera iustitiæ Deus homines diligit, gratos & acceptos habet. Non minor ergo caritatis uirtus ad hominem coram Deo iustificandum, quàm fidei est. Non minus Deus diligentes se & sermonem eius seruantes, quam credentes in eum, aut filium eius, diligit, iustificat, saluat. Quod adhuc in sequentibus huius Euangelij uerbis dilucidius apparet.

TERTIVM ergo quod in laudem caritatis, & obseruationis mandatorum Dei in hoc Euangelio addit Christus, istud est. *Et ad eum uenimus.* Quid hoc Dei uenire est, nisi per gratiam accedere? Nisi per augmentum gratiæ iam credentes & diligentes Deum, eiusque mandata seruantes, magis ac magis iustificare, omnibusque gratiæ muneribus exornare, nouis donis ac beneficiis, nouis collustrationibus il-

Luc. 12.

Cant. 8.

Enarrat in Psal. 47

Ioan. 13.

I. Ioan. 3. & 4.

I. Cor. 13.

Ioan. 13.

Tract. 6. in Ioan. Euang.

Cant. 7.

Insuperiores reddere: Quos Deus deserit, castigat, odit, ab illis se auertere dicitur atque recedere. Quibus seipsum aperit, reuelat, familiarem facit, ad illos venit. Oramus quotidie, vt, *Adueniat regnum Dei.* Quod nihil aliud est, quam vt Deus ad nos veniat, & in nobis regnet. Vnde Ambrosius: *Tunc venit in nos regnum Dei, quando sumus gratiam eius consecuti.* Ipse enim ait, *Regnum Dei intra vos est.* Nec aliter Augustinus. *Optare & orare, vt veniat regnum Dei, nihil est aliud, quam optare ab illo, vt dignos nos faciat regno suo: ne forte quod absit veniat, & non nobis veniat.* Hinc ergo obseruare licebit, quanta sit caritatis virtus. Impe- trat hoc videlicet, quod quotidie petimus. Facit, vt adueniat regnum Dei. Facit, vt Pater æternus cum Filio suo vnigenito ad nos veniat. Numquid autem vacui venient, aut propter hanc dilectionem Dei ad iudicium venient? Neutrum profecto. Nam pro cõsolatione suorum Christus hoc dixit, vt ad eum diligendum animos suorum excitaret. Venient ergo ad diligentem Deus Pater, cum Filio, nec vtique absque Spiritu Sancto, quia opera B. Trinitatis respectu creaturarum vnita semper sunt, & separari nequeunt: veniet tota Trinitas ad animam illam quæ Christum diligit, & sermones eius seruat. Veniet, inquam, cum omnibus suis gratiis, donis, & muneribus. Hoc diligenter amplificandum est in laudem caritatis, quam Christus Dominus hoc loco ex industria commendare voluit: quam hodie hæretici nefariè deprimunt, & obscurant: dum & omnia eius opera immunda asserunt, & ad salutem eam necessariam negant, & soli fidei totam salutem tribuunt.

Q V A R T V M quod in caritatis laudem Christus hoc loco dicit, est, *Et mansionem apud eum faciemus.* Hoc est, in eo, qui me diligit, & seruat mandata mea, requiescet Spiritus Dei, ille erit habitaculum, & templum Domini. Obseruandum igitur contra hæreticos, non solum *per fidem habitare Christum in cordibus nostris, sed multo magis per caritatem, & mandatorum obseruationem.* De hac enim dicit Paulus. *Vp estis Templum Dei, sicut dicit Deus. Quoniam inhabitabo in illi, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi*

mibi populus. Hæc autem promissa veteri populo facta sunt, hac conditione præmissa. *Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea.* Deus ergo promittit, & Christus in hoc Euangelio repetit, fore, vt in illis maneat, inhabitet, inambulet, id est, eorum actiones semper dirigat, cum illis conuersetur, illorum animos possideat, eos ad felicitatem æternam perseueranter perducatur, qui diligunt Christum, & sermones eius seruant: non secus sanè, quam veteri populo loco allegato omnem felicitatem reprobis, si in præceptis eius ambularet, & faceret ea. Manet ergo in statu Euangelij obligatio seruandi mandata, sicut manet promissio retributionis obseruantibus ea, Quod ex hoc Euangelio opportunè, & fructuosè contra hæreticos demonstrari poterit, planè sicut Iudæis temporalia bona Deus abstulit transgredientibus mandata eius, vt tota vetus historia commemorat, sic Christianis æterna bona (quorum figura, & typus erant illa temporalia) Deus auferit non seruantibus, dabit verò, & conferet seruantibus mandata eius. Nam, vt apud illos, promissio illa, *Ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus,* conditionem habebat obseruandi mandata, sic ad nos eandem eodem modo pertinere Apostolus loco citato docuit, & Christus in hoc Euangelio confirmat. Apostolus enim hac veteri promissione prolata, & aliis quibusdam adiunctis ex Isaia, & Hieremia, subiungit. *Has ergo habentes promissiones carissimi, mundemus, nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, resicientes sanctificationem in timore Dei.* Docet apertissimè ex promissionibus eisdem ex parte Dei (quia, & ad nos quoque illæ pertinent, & extenduntur) eandem obligationem ex parte nostra, vt omni deponita iniquitate, omnem perficiamus sanctificationem, idque in timore Dei, non in fiducia hæretica solas promissiones apprehendendo, & mandatorum obseruatione à negotio salutis & iustificationis coram Deo, excludendo atque prætermittendo Idè facit Christus in hoc Euangelio. Antequam promittat, *ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus,* & perinde valet, atque illud veteris, *ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi*

Leuit. 26.

Leuit. 26.

De Sacram.
lib. 5. cap. 4.

Luc. 17.

Hermi. 42. ex
hoin. 50.

Caritas facit
Illium Dei, &
templum Spi-
ritus Sancti.

Ephes. 3.

Ioan. 1. 4.

mibi populus, præmisit. *Qui diligit me, sermones meos serua-
bit*, &c. Impie ergo hæretici solam fidem prædicant,
frustra fiduciam & specialem illam fidem suam ia-
citant, inaniter apprehensionem promissionū som-
niant, nefariè caritatem & obseruationem manda-
torum à causa salutis necessaria excludunt. Pater dili-
git eos, Pater & Filius uenit ad eos, & manent si-
ue ad gratiam, siue ad gloriam, apud eos, qui diligunt
Christum, & seruant mandata eius.

*Paracletus Spiritus S. quem mittet Pater in nomine
meo, ille uos docebit omnia & suggeret uobis
omnia quæcumque dixerò
uobis.*

Spiritus S. da-
plices officium.

Instit. lib. 4.
cap. 8. n. 8.

Caluini blas-
phemia.

Ioan. 16.
Dominica 4.
post Pascha.

I. 1. 1. 6.

Locus obseruandi duplex & plenum officium
Spiritus Sancti quoad ueritatis doctrinã, con-
tra singularem Caluini suorumque blasphemiam,
qui ex his duobus alterum proflus Spiritui S. demit,
& ad alterum astringit. Sic enim scribit impius ille,
*Ulla restrictio attendi notanda est, ubi partes Spiritui S. asig-
nat, suggerere quæcumque ante ore docuit.* At Christus hoc
loco non solum dicit, *Suggester uobis omnia quæcum-
que dixerò uobis*, ex quibus uerbis, etsi falso id quo-
que hanc suam restrictionem blasphemus hæreti-
cus colligit, sed etiam dixit, *Ille uos docebit omnia.* Do-
cet enim Spiritus Sanctus multa quæ Christus ore &
uiua uoce non docuit, ipso Christo hoc affirmante,
ac dicente, *Adhuc habeo multa uobis dicere, quæ non pote-
stis portare modo.* De qua re in alia Dominica satis multa
diximus. Suggester præterea siue in memoriam re-
ducendo, siue ad intelligentiam mentes illuminan-
do, quæcumque Christus dixerit: id est, uel olim dix-
erat uiua uoce apostolos docens, uel postea dictu-
rus erat per spiritum s. ecclesiam perpetuis seculis
docens, Christus enim in Spiritu S. nos usque hodie
docet. Vnde alio in loco Christus, cum uenerit ille Spi-
ritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem: Non enim loquetur
à semetipso, sed quæcumque audiet loquetur. Ille me cla-
rificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis. Quæ
om-

omnia non eum sensum habent quem impius ponit
Caluinus, Spiritum s. nihil aliud docere, quàm quod
prius Christus ore suo docuerat, quasi ministrum &
legatū christi, sed ideo hoc dicit Christus quia spi-
ritus s. spiritus eius est, & ab ipso quoque procedit,
& sicuti ab ipso est, ita & ex ipso loquitur. Hæretici
hodie ut impiū suū sensum astruerit, abusi sunt tur-
piter uerbis Theophylacti in hunc locum. *Quum
enim in Christi uerba sic commentetur, τὸ ἐστὶν αὐτὸ
κὸς ἡ ἴστο δὴ λὸι τὸ μὲν ἐν εἰς ἰὸς τῶν ἴσ χρίστῃ διδάσκα:*
ea uerba sic Oecolampadius uertit. *Quum dicit, quæ-
cumque audierit, hoc significat, quod nihil docturus sit ex tra
ea quæ christus docuit.* Moxq; ponit in margine ne forte
oscitanti lectori sententia excideret. *Spiritus nihil
aliud docet quàm quod Christus docuit.* Atqui corruptio
est manifesta. Græca enim Theophylacti hunc sen-
sum habent. *Quod dicit, quæcumque audierit, hoc significat,
quod nihil docturus sit extra ea quæ christi sunt.* Et statim
subiungit. *Sicut igitur & Dominus ipse dicens de se, Quæ-
cumque auerit à Patre loquor, non ut discipulum se aut pu-
rum introducit, sed quod nihil sciat uel doceat quàm quæ Pa-
ter, ita & de spiritu dicendum.* Non uult ergo Theo-
phylactus dicere, spiritū s. nihil aliud docere quàm
quæ christus uiua uoce docuit. ut eum contorquent
hæretici. sed spiritum s. nihil aliud docere, quàm
quæ ipse christi sunt, quod à cyrillo didicerat, qui
hunc locum sic exponit, *Non aliam & diuersam quam
Dominus docuit disciplinam sequetur. Nec alias leges feret,
sed quum quæ mens christi sit, ea quæ christi sunt reuelabit.*
Hæc tam caluini nefaria & Oecolampadij corruptio
quam ceteri hæretici sedulo sequuntur, populo
exponi non incommode poterit. Quomo-
do autem spiritus s. Ecclesiam per-
petuo doceat etiam multa, quæ
christus non docuit, in
alio Euangelio di-
ctum est.

Oecolampadius
falsarius &
corruptus in-
terpres.

In Ioan. lib.
10. cap. 41.

Dominica 4.
post Pascha.

I. 5

DOMI-

DOMINICA SS.

TRINITATIS.

Math. 28.

Ecclesie magisterium circa fidem.



Docete omnes gentes.

LOCVS ostendendi magisterium Ecclesie circa doctrinam fidei, Christus accepta omni potestate in celo, & in terra dixit. *Euntes ergo docete omnes gentes.* i. Quia mihi vt homini potestas data est, & ego ex terris abeo, vobis meam potestatem committo. Ego haecenus docui Iudaeos, vos nunc docete omnes gentes. Meam doctrinam qui ex Iudaeis crediderunt, tanquam discipuli audierunt. Vestram doctrinam volo, vt omnes gentes audiant. Ecclesia igitur doctorum loco constituitur, id est, Ecclesie magistri Apostolorum successores. Necessesse est igitur vt ceteri se discipulos agnoscant. Praeter hanc docendi potestatem Apostoli obedientiam exigebant. *Gratias ago Deo, quod obedistis ex corde in eam formam doctrinae in qua traditi estis.* Rursum, *si quis non obedit verbo nostro, hunc notate per epistolam, & ne commisceamini cum illo.* Et iterum, *obedite praepositis vestris & subiaceo illis.* Praeclare ad haec rem Augustinus. *Aures catholicae erudite sunt in gremio matris Ecclesiae.* Notanda & explicanda populo haec sunt propter superbos haereticos, qui dum volunt esse discipuli veritatis, sunt magistri erroris, vt eleganter scripsit Leo Magnus, *Dum contemnunt ecclesiam docentem, volentes ipsi esse legis doctores, non intelligunt neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant, Sed sunt de numero eorum de quibus Apostoli dicunt. Quidam ex nobis exentes turbauerunt vos verbis, euerterunt animas vestras, quibus non mandauimus.*

Docentes eos seruare omnia quaecumque mandauit vobis.

Ecclesie magisterium circa leges morum.

LOCVS ostendendi magisterium Ecclesie circa praepcepta morum. Ecclesia enim hic accipit potestatem docendi nos quae sunt mandata Dei, vt ea seruemus. Locus etiam ostendendi obseruationem mandatorum

Rom. 6.
2. Thess. 3.

Hebr. 13.

Tract. 39.
in Ioan.

Epist. 10.
cap. 1.
1. Tim. 1.
Act. 15.

datorum esse baptizato cuilibet necessarium. Ideo Christus postquam dixit, *baptizantes eos*, &c. hoc adiunxit, *docentes seruare quaecumque mandauit.* Obserua ergo ex hoc loco contra haereticorum solam fidem saluantem, quod quemadmodum circumcisus debitor est vniuersae legis Moisaicae faciendae, vt Paulus ait, ita baptizatus debitor est omnium mandatorum Christi obseruandum. Hanc ob causam Petrus quibus baptismum praedicauit, eosdem non solum poenitentiam docuit de praeteritis dicens, *Poenitentiam agite & baptizetur vnusquisque vestrum*, verum etiam adiunxit de fugiendo peccato in posterum, & de seruandis mandatis Dei, dicens, *Eripite vos ab hoc seculo nequam.* In his enim verbis (ait August.) *erat moriuorum operum condemnatio, qui nequiter agunt huius seculi dilectores, & nouae vitae commendatio, quam teneant ac sectentur, qui se ab hoc seculo prauo eripiunt.* Haec enim omnia quae breuitatis causa, Lucas tacuit. Petrus tunc docuit, ipso etiam Luca attestante. *Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos dicens, Eripite vos ab hoc seculo nequam.* Vide plura in festo SS. Simonis & Iudae.

Gal. 5.

Act. 2.

De fide & operibus c. 8.

Act. 2.

Quaecumque mandauit vobis.

LOCVS monendi auditores haec verba non esse aliquam restrictionem Apostolicam vel Ecclesiasticam potestatis circa praepcepta morum, quasi nihil aliud seruandum docere possint apostoli & eorum successores, quam quae Christus vita voce apostolis mandauit, sicut ex hoc loco colligit caluinus: cuius haec superba vox est. *Nepe se apostoli sunt ne garriant quicquid collibitum fuerit, sed mandata eius & quo missi sunt bona fide perferant.* Haec ille. Aliter illa intellexerunt apostoli, nempe generale quidem esse mandatum, vt omnia Christi praepcepta ab eius ore accepta seruanda docerent, non autem restrictiuum esse mandatum, & vt illa sola seruanda docerent, quae Christus viuus voce docerat. Meminerant enim ipsum Christum illis dixisse, & Spiritus S. multa illos postea progressu temporis doceret, quae illo adhuc cum illis conuersante

Calumniae haereticae repellitur.

Inst. l. 4. c. 8. num. 4.

Ioan. 14.

Act 15.

uerfantē portare non poterant. Quamobrem multa de factō mandarunt Apostoli, quæ non ex ore Christi, sed dictate Spiritu S. didicerant. Vt illud, *Visum est Spiritui Sancto & nobis non aliud vobis imponere, id est, mandare, quàm hæc necessaria.* Sed & Paulus solus. Ceteris (inquit) Ego dico non Dominus. Si quis forte uxorem habet in s̄aielem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illum. Et paulo post viduis dicit, *Beatior erit si sic manserit se undum meum consilium. Vt autem quod & ego Spiritum Dei habeam* Denique suas ordinationes qualdam, non iam per modum consilij, sed etiam, vt Domini mandata præscribit, dicens, *Si quis viderit propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quæ Domini mandata sunt.* Postremò D. Augustinus Hanc Apostolorum, & Ecclesiæ potestatem plura præcipientem quàm Christus viua voce mandauit, exponit esse illam supererogationem Euangelicam, quam in Parabola stabularij docuit Saluator, dicens, *Si quid supererogaueris, dum rediero reddam tibi. Si quid (inquit August.) super Euangelium meum t. inquam misericordiam consecutus, vt esses fidelis, ad eius utilitatē sapueris, dum rediero iudicaturus mundum, reddam tibi.* Idem ex eadem Parabola docet eleganter Optatus contra Parmenianum.

r. Corinth. 7.

pheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quæ Domini mandata sunt. Postremò D. Augustinus Hanc Apostolorum, & Ecclesiæ potestatem plura præcipientem quàm Christus viua voce mandauit, exponit esse illam supererogationem Euangelicam, quam in Parabola stabularij docuit Saluator, dicens, *Si quid supererogaueris, dum rediero reddam tibi. Si quid (inquit August.) super Euangelium meum t. inquam misericordiam consecutus, vt esses fidelis, ad eius utilitatē sapueris, dum rediero iudicaturus mundum, reddam tibi.* Idem ex eadem Parabola docet eleganter Optatus contra Parmenianum.

1. Corint. 14.

pheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quæ Domini mandata sunt. Postremò D. Augustinus Hanc Apostolorum, & Ecclesiæ potestatem plura præcipientem quàm Christus viua voce mandauit, exponit esse illam supererogationem Euangelicam, quam in Parabola stabularij docuit Saluator, dicens, *Si quid supererogaueris, dum rediero reddam tibi. Si quid (inquit August.) super Euangelium meum t. inquam misericordiam consecutus, vt esses fidelis, ad eius utilitatē sapueris, dum rediero iudicaturus mundum, reddam tibi.* Idem ex eadem Parabola docet eleganter Optatus contra Parmenianum.

Luc. 10.

pheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quæ Domini mandata sunt. Postremò D. Augustinus Hanc Apostolorum, & Ecclesiæ potestatem plura præcipientem quàm Christus viua voce mandauit, exponit esse illam supererogationem Euangelicam, quam in Parabola stabularij docuit Saluator, dicens, *Si quid supererogaueris, dum rediero reddam tibi. Si quid (inquit August.) super Euangelium meum t. inquam misericordiam consecutus, vt esses fidelis, ad eius utilitatē sapueris, dum rediero iudicaturus mundum, reddam tibi.* Idem ex eadem Parabola docet eleganter Optatus contra Parmenianum.

Hypogn.

Lib. 3.

Lib. 6.

Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

Locvs insignis obseruandi contra hæreticos perpetuâ Christi assistentiâ cū Apostolis & eorum successoribus, (non enim, ait August. hoc solis Apostolis loquebatur, qui vsque ad consummationem seculi futuri non erant sed illis loquebatur, & nos significabat:) docentibus omnes gentes, baptizantibus eos, & docentibus seruare mandata eius, id est, Christus est semper omnibus diebus (non per interualla & interruptiones) vsque ad finem seculi (non vsque ad aliquot centenarios annorum) cum Ecclesia sua sacramenta administrante, verbum Dei docente, & mandata Dei explicante. Vnde sequitur nec in doctrina verbi, nec in præceptis morum, id est, nec in administratione sacra-

Enarrat. in Psal. 47.

Perpetua Christi assistentiâ cum sua Ecclesia.

sacramentorum, errare vllō vnquam tempore, vel die Ecclesiam posse. Illud enim, *vobiscum*, ad superiora refertur, & pro superiorum confirmatione adiicitur, ne fortassis Apostoli tam ampla potestate & commissione accepta, de suis viribus diffiderent, aut desperarent. Ideò ad attentionem eos monent, & animos eorum noua quadam alacritate profundere volens, præmittit huic dulcissimæ promissioni, illud, *Ecce, dicens. Ecce ego vobiscum sum, &c.* Vobiscū, inquam baptizantibus, vobiscum docentibus, vobiscum mea mandata seruare iubentibus. Et quia: ego vobiscum sum perpetuò, nolite quicquam dubitare. Ego enim mea spiritali præsentia, mea gratia, mea inspiratione, sic vobis adero, vt nec in Sacramentis, nec in doctrina fidei, nec in præceptis morum præscribendis, vllō vnquam tempore, vlla arte, vllō die errare possitis. Hæc est vis verborum Christi, ab omnibus Christianis diligentissimè retinenda, vt in Ecclesiæ Catholicæ gremio sic à Christo Salvatore solidata, & communita, securè se & indubitanter continent.

DOMINICA SECVN-

da post Pentecosten.

Compelle eos intrare.

Luce 14.



Locvs obiter ostendendi hæreticorum punitionem, & coactam obedientiam esse legitimam, atque Euangelio consentaneam. Quamuis enim primò & principaliter Christus loquatur de infidelibus in extremo orbe ad fidem cōpellendis, non vi armorum, sed assidua prædicatione, singulari vitæ sanctitate, miraculis, & huiusmodi: tamen etiam de compulsionē hæreticorum, vt eò intrent vnde exierunt, intelligit hūc locū S. August. Sic enim scribit. *Putas, neminē, debere cogi ad iustitiam, cum legas patrem familias dixisse seruis. Quoscumque inueneritis, cogite intrare?*

Hæreticorum iusta puniō.

Epist. 48.

Cum

DOMINICA TERTIA

post Pentecosten.

Gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.

Luc. 15.

Epist. 50.

Cum legas etiam ipsum primò Saulum postea Paulum ad cognoscendam & tenendam veritatem magna violentia Christi cogemis esse compulsum? Hæc ille. Rursum alio in loco idem Augustinus. Vbi est quòd isti clamare consueverunt, Liberum est credere, vel non credere, cui vim Christus intulit: quem coegit: Ecce habent Saulum Apostolum. Agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem, prius cacitate ferientem, & postea verbo veritatis consolantem. Mirum est autem quomodo ille qui pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit, plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Euangelio laboravit. Hæc ille. Neque verò hæreticos relapsos ad Ecclesiæ vnitatem compellere, est ad fidem cogere, sed est perfidiam & Apostasiam castigare. Vnde idem Augustinus. Ad fidem nemo cogendus est: sed perfidia castiganda est. Mores optimi libertate voluntatis eliguntur: tamen mores pessimi legis integritate puniuntur. Quæ igitur aduersus hæreticos leges constituuntur, non per eas benefacere coguntur, sed malè facere prohibentur.

Lib. 2. c. 83. Stasiam castigare. Vnde idem Augustinus. Ad fidem nemo cogendus est: sed perfidia castiganda est. Mores optimi libertate voluntatis eliguntur: tamen mores pessimi legis integritate puniuntur. Quæ igitur aduersus hæreticos leges constituuntur, non per eas benefacere coguntur, sed malè facere prohibentur.

Lib. 1. cap. 7. Hæc Augustinus. Hæresis crimen est æterna morte dignum, ideò, & temporali. Est argumentum August.

con. Parmen.

His verbis. Iustè hæretici patiuntur (de mortis passione loquitur) quum ex altissimo Dei presidentis, & ad cauendum æternum ignem talibus flagellis admonentis iudicio patiuntur, & merito criminum, & ordine peccatorum. Et paulo post. Cur in veneficos vigore legum exerceri iustè fatentur, in hæreticos autem atque schismaticos impias dissensiones nolunt fateri, quum in eisdem iniquitatis fructibus auctoritate Apostolica numerentur. Rursum alio in loco. Si schisma fecisti, impius es. Si impius es, et si sacrilegus morieris, quum pro impietate puniris. Præterea pœna mortis temporalis minus damnum affert quàm hæresis: ergo iustè infligitur pro hæresi. Valet consequentia, quia nulla est iniustitia vbi minus patitur malefactor quàm fecit: imò iustitia exigit vt par pari reddatur. Patet antecedens, quia hæresis eorum animas occidit quos capit. Est argumentum Augustini contra Parmenianum Donatistam. Nihil (inquit) tale hæretici patiuntur, quale faciunt: nisi quia hominum multitudo non in corde cor habet, sed in oculis. Nam si sanguis exiret de carne mortali, quisquis aspiceret exhorrescit: Si à pace Christi præcise anime in hæresis sacrilegio moriuntur, quia non videtur non plangitur.

Cõtra Petil. lib. 2. c. 23.

Lib. 1. c. 7.

Angeli & sancti nos ostendendi contra hæreticos, & sanctiões nostras omnes seu bonas, seu malas, seu peccata, seu pœnitentiã à peccatis, Angelis Dei: & sanctis omnibus, quorũ eadem est conditio (dicit enim Christus de sanctis, Erunt sicut Angeli Dei) esse cognita & explorata. Nisi enim cognosceret conuersione & pœnitentiã peccatoris, de illa non gauderet. Cognoscunt autem Angeli & Sancti actiones nostras. ideòque & preces ac desideria nostra sciunt, (quod negant hæretici) vel quia in Deo omnia vident, iuxta illud, Sequuntur agnum quocunque erit, vt ex illo loco colligunt S. Hieronymus, & S. Gregorius Rom. Cuius hæc sunt verba: Quid de his quæ scienda sunt nesciunt, qui scientem omnia, vident: Vel singulari quodam Dei munere, & reuelatione, vt censet Gregorius Nazianzenus in oratione funebri fororis Gorgoniæ: & Augustinus in lib. de cura pro mortuis gerenda, de cura autem, & affectione angelorum erga nos, quomodo diligunt, diligentes Deũ, deserunt deserentes Deum, &c. vnde August. Docet autè satis clarè & apertè S. Scriptura tum vnicuique genti, tum etiam vnicuique personæ certos ac peculiare Angelos à diuina bonitate ad custodiam esse deputatos. Apud Daniele, & princeps Persarum qui 21. diebus restiuit Michaeli, & princeps Græcorum, & ipse Michaël (quem principem Iudaicæ gentis, appellat Dionysius Arcopagita) commemorantur. In Euangelio tum de paruulis dicit Christus, Angeli eorum vident faciem Patris mei qui est in celis, tum in Actis Apostolicis legitur, Petro autè carcere elapso quum ad domum Mariæ matris Ioannis venisset, eos qui in domo erant, non credentes Petrũ pulsasse, dixisse: Non est ille, sed angelus eius. Ex qua

Angeli & sancti cognoscunt nostra.

Luc. 20.

Apoc. 14. Epist. 2. contra Vigilant.

Moral. l. 12. cap. 13. Cap. 16.

Soliloq. c. 27.

Daniel. 10.

Celest. Hierarch. c. 9.

Math. 18.

Act. 12.

qua forma loquendi patet fidem credētium tunc fuisse, certum fuisse vnicuique Angelum. Alioqui numquā dixissent, *Angelus eius est*: sed Angelus aliquis est. Neque Christus dixisset, *Angeli eorum vident*, &c. nisi cuilibet paruulo, aliisque similiter (non enim magis paruulis quam grandibus assignatur angelus, quum in periculis peccati magis hi, quam illi versentur) certus & proprius angelus esset. Hæc breuiter hoc loco cōtra hereticos, qui hanc Angelorum peculiarē custodiam plerique negant, obiter afferri poterunt. Plura vide in festo S. Michaelis.

DOMINICA QVARTA

ta post Pentecosten.

Luc. 5. cap.

*Ascendens in vnā nauim quæ erat
Simonis.*

Petri Prærogatiua.



IOCVS obseruandi contra hæreticos, vnum inter alia illustre Christi factum, quo vnus Petri futuram prerogatiuam demonstrat. Primum, quum multæ aliæ essent naues, non nisi in Simonis Petri nauem ascendit, docturus populū, significans fore, vt ex vna Petri nauicula Christus semper doceret, & in ea tamquam vna principali Cathedra, veritate perpetuam collocaret. Sic Patres agnouisse videtur. Inter quos S. Cyprianus. *Christus* (inquit) *vt vnitatem manifestaret, vnā cathedram constituit, & vnitatis eiusdem originem ab vno Petro incipientem sua auctoritate disposuit. Primatus Petro datur, vt vna Christi Ecclesia & vna Cathedra monstraretur.* Idem alibi vocat Petri cathedram principalem cathedram, vnde vnitatis sacerdotalis exorta est. Sic Optatus. *Ceteri Apostoli singulas quisque cathedras habuerunt, Petrus habuit singularem & vnicam Cathedram, & principalem, vt in illa vna Cathedra vnitatis ab omnibus seruarietur.* S. Hieronymus hanc principalem Cathedram agnoscens, sic scribit, *Ego Cathedrae Petri communionem confocior. Quæ cumque exiit hanc domum agnum comederit, prostratus est.* Sic ferè Arnobius. *Petri Cathedra est exitus aquarum in sitim, vt qui-*
cumque

In lib. de vnitatis Eccle.

lib. 1. epist. 3. lib. 2.

Epist. ad Damas. tom. 2.

in Psal. 106.

cumque foras ab illa exierit: sitim percat.

QVOMODO autē ex vna Petri nauicula Christus semper docuerit, id est, ex Petri Ecclesia, quæ Romana est, eiusque auspiciis per fidem orbem terrarum propagauerit. documento sunt vniuersæ istæ Occidentalis, vel potius Septentrionalis orbis provincie Rom. Pont. opera, & auspiciis ad Christum conuersæ. Item hodie tot vtriusque Indię amplissima regna Christi fidem complexa.

Vide Principi. fid. doct. lib. 4. cap. 21.

Dixit ad Simonem, Duc in altum.

SECVNDÒ cum omnibus nauiculariis, diceret Christus, *Laxate retia vestra in captiuam*, soli Petro dixit, *Duc in altum*, id est, *in profundum disputationum*, ait Ambrosius, *Quid enim tam altum quam altitudinem diuinitatis videre, scire Dei filium & professionem diuine generationis assumere?* Hoc nempe primus & solus Petrus à Patre cælesti edoctus fecit: & hæc sublimis doctrina in Cathedra Petri nunquam defuit. *Duc in altum*: quia in vna Petri cathedra omnes de fide difficultates & quæstiones subtiles dissoluuntur. Sic Epiphanius. *In Petro* (inquit) *omnes minutissima, & subtilissima quæstiones quæ ad fidem pertinent explicata inueniuntur.* Nec aliter S. Basilius in Epist. ad Rom. Pont. per Sabinum Diaconum data. *Quia* (inquit) *tux pietati datum est quod adulterinum est à legitimo, & puro discernere, ac fidem Patrum sine ulla subtractione prædicare.* Quare ab hac Cathedra Petri petit S. Hieronymus, vt per epistolas Damasi Rom. Pontif. siue tacendarum siue dicendarum hypostaseon illi detur auctoritas.

Lib. 4. c. vlt. in Lucam.

In Anchora.

*Concluserunt piscium multitudinem copiosam.
Ex hoc eris homines capiens.*

TERTIÒ per hanc copiosam piscaturam ductente Petro in altum, ostendit & significat Christus qualis tãdem hominum piscator Petrus fururus esset: qualis & quantæ Ecclesiæ pastor ac magister:

Ioan. 21.

k certè

DOMINICA QVINTA,

Post Pentecosten.

Nisi iustitia vestra abundauerit plusquam Scribarum, & Pharisaeorum, non intrabitis in Regnum Caelorum. Math. 5.



L O C V S obseruandi contra haereticos sine iustitia bonorum operum, neminem (qui, vt ea faceret etatem habuit, nam adulos Christus alloquitur) intratum in regnum caelorum. Bonorum operu necessitas. Ioan. 7.

Inter ceteras enim falsas Pharisaeorum iustitias, vna erat cognoscere legem, & profiteri, sed non facere. Hanc Christus notauit dicens, *Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis seruat eam?* Et Paulus similiter, *Qui in lege gloriaris, per prauaricationem Deum in honorem.* Sic haeretici per solam fidem se Deum cognoscere, & omnes Scripturas tenere gloriantur, bona autem opera, quasi nihil ad salutem necessaria contemnunt. Rom. 2.

Docet autem hoc loco Christus non solum professionem, & cognitionem, sed etiam obseruationem legis esse ad salutem necessariam: Docet non solum occidere, sed nec irasci, vel maledicere. Docet non solum non mœchari, sed nec concupiscere mulierem. Docet ergo iustitiam operum ad salutem esse necessariam, eamque exactiorem, & perfectiorem, quam in veteri lege praescriptam fuisse opinarentur Pharisaei.

L O C V S etiam defendendi Ecclesiam Catholicam ab ingenti, hoc loco, & varia calumnia haereticorum. Calumniae haereticorum repelluntur.

Quia enim iustitia Pharisaeorum erat mera superstitio, quia videlicet ex propriis quibusdam politis, & obseruationibus, extra, & contra Dei mandata sine ulla iusta auctoritate introductis Deum colebant, veramque in illis iustitiam quaerebant, vt *non manducare, nisi loti manibus, neglecta parentum cura, oblationes in templum inferre, varia baptismata, calicum, vrceorum, aramentorum, & lectoru frequentare, caluniantur haeretici propter similes superstitiones, & traditiones non scriptas in verbo Dei, Catholicorum iustitiam esse Pharisaeis similem.* At verò iustitia Christianoru, quae semper hanc

certè Ecclesiae Catholicae per omnes gentes longè lateque diffusa. Sic alibi quum iubente Christo in dexteram nauigij rete mitterent, nec valerent illud trahere praer multitudinem piscium, *ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magis piscibus 153.* Sic postea non iam pisces, sed hominum Petrus vno iactu, vna praedicatione 3000. cepit. Ostendit hoc factò Christus suam Ecclesiam, in qua Petrus piscatur, in qua Romanus Pontifex sedebit, nec paucorum, nec latentem, sed vniuersalem fore, vt in symbolo fitentur. Idcirco in symbolo dicimus (ait August.) *Credo sanctam Ecclesiam Catholicam, i toto orbe diffusam, quia aduersorum haereticorum Ecclesiae, ideo Catholicae non dicuntur, eo quod per loca & per suas quaeque provincias continentur: haec vero ab ortu solis usque ad occasum vnus fidei splendore diffunditur.* Hæc ille. Quem sequutus venerab. Beda, *Liquidò, inquit, patet inde Catholicam vocari Ecclesiam, quod per totius mundi partes in vna pace, in vno timore domini adificetur.* Hoc autem probauerat ex illis Christi verbis, *Eritis mihi testes usque ad vltimum terræ. Idem sepe probat August. ex illis Christi verbis: predicare oportet in nomine eius penitentiam, &c. per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem.* Denique ex Esaia verbis idem probat alio in loco, contra Gaudentium haereticum disputans, *Addis, inquit, furori tuo verba blasphemiae, & audez dicere Ecclesiam Catholicam humanum esse signum, cui Deus dicit, Dominabitur tui qui fecit te: Dominus exercituum nomen eius. Et vt sciamus ipsam esse sequitur, & dicit, Et redemptor tuus Sanctus Israel, Deus vniuersae terrae vocabitur.* Tenentes ergo Ecclesiam, quae dilatat per omnes gentes, non signum sequimur humanum, sed promissum factumque diuinum. Hæc ibi ille. Describitur igitur vera Christi in terris Ecclesia, tum aliis in locis, tum in hoc Euangelio, vt multitudo piscium copiosa, vt Catholica, & per omnes gentes diffusa multitudo, non vt paucorum schisma separatum, & secta reuulsa: vel (vt loquitur Pacianus) vt

insolens porriuncula, tubæque collectum,

DOMI

Act. 2.

Serm. 181.

De tempore.

In com. super

Cant. cap. 6.

Act. 2.

Luc. 24.

De vit. Eccl. cap. 9.

Lib. 2. ca. 25.

contra Gaudentium.

Epist. 1. ad

Sempronianum.

k 2

hanc

han c Phariseorum abundat, non est omnem Ecclesiasticum, & religiosum Dei cultum in Scripturis non expressum prorsus repudiare (sic enim: *Dum vitant sultu vitium in contraria currunt,*) sed est iuxta Dei, & Ecclesie Catholice traditiones (non iuxta priuatas opiniones) cu vera fide, & interna pietate Deum colere. Habet Ecclesia Christi suas traditiones Seniorum, de quibus Scriptura dicit. *Perambulabat Paulus confirmans Ecclesias, & precipiens custodire precepta Apostolorum & Seniorum.* Et de traditionibus seu constitutionibus Apostolicis octo libros conscripsit Clemens. Alias postea pro ratione temporum, & personarum Concilia Episcoporum statuerunt, quibus singularem auctoritatem, & reuerentiam antiquitas semper tribuit. Vnde D. Basilius. *Apostolicum (inquit) arbitror esse etiam in non scriptis traditionibus perseuerare. Laudo enim (inquit) Apostolus) vos, quod omnia mea meministis, & quemadmodum tradidi vobis, traditiones continetis, & obtinetis traditiones quas accepistis, siue per sermonem, siue per Epistolam.* Quae Apostoli verba tractas Chrysostomus, *Hinc patet (inquit) quod non omnia per Epistolam Apostoli tradiderint, sed multa etiam sine literis. Eadem vero fide digna sunt, tam illa, quam ista. Itaque traditionem Ecclesie fide dignam esse putamus. Traditio est, Nihil queras amplius. Hæc ille. Sed & de his Augustinus. Multa (inquit) non inueniuntur in literis Apostolorum, & tamen, quia custodiuntur per vniuersam Ecclesiam non nisi ab ipsis tradita, & commoda creduntur. Hæc ille.*

A. 7. 15.

Perambulabat Paulus confirmans Ecclesias, & precipiens custodire precepta Apostolorum & Seniorum. Et de traditionibus seu constitutionibus Apostolicis octo libros conscripsit Clemens. Alias postea pro ratione temporum, & personarum Concilia Episcoporum statuerunt, quibus singularem auctoritatem, & reuerentiam antiquitas semper tribuit. Vnde D. Basilius. *Apostolicum (inquit) arbitror esse etiam in non scriptis traditionibus perseuerare. Laudo enim (inquit) Apostolus) vos, quod omnia mea meministis, & quemadmodum tradidi vobis, traditiones continetis, & obtinetis traditiones quas accepistis, siue per sermonem, siue per Epistolam.* Quae Apostoli verba tractas Chrysostomus, *Hinc patet (inquit) quod non omnia per Epistolam Apostoli tradiderint, sed multa etiam sine literis. Eadem vero fide digna sunt, tam illa, quam ista. Itaque traditionem Ecclesie fide dignam esse putamus. Traditio est, Nihil queras amplius. Hæc ille. Sed & de his Augustinus. Multa (inquit) non inueniuntur in literis Apostolorum, & tamen, quia custodiuntur per vniuersam Ecclesiam non nisi ab ipsis tradita, & commoda creduntur. Hæc ille.*

Lib. de Spiritu S. c. 29.

2. Thess. 2.

Hom. 4. in 2. ad Thess.

De bap. con. Donat. lib. 2.

Luc. 11.

Perambulabat Paulus confirmans Ecclesias, & precipiens custodire precepta Apostolorum & Seniorum. Et de traditionibus seu constitutionibus Apostolicis octo libros conscripsit Clemens. Alias postea pro ratione temporum, & personarum Concilia Episcoporum statuerunt, quibus singularem auctoritatem, & reuerentiam antiquitas semper tribuit. Vnde D. Basilius. *Apostolicum (inquit) arbitror esse etiam in non scriptis traditionibus perseuerare. Laudo enim (inquit) Apostolus) vos, quod omnia mea meministis, & quemadmodum tradidi vobis, traditiones continetis, & obtinetis traditiones quas accepistis, siue per sermonem, siue per Epistolam.* Quae Apostoli verba tractas Chrysostomus, *Hinc patet (inquit) quod non omnia per Epistolam Apostoli tradiderint, sed multa etiam sine literis. Eadem vero fide digna sunt, tam illa, quam ista. Itaque traditionem Ecclesie fide dignam esse putamus. Traditio est, Nihil queras amplius. Hæc ille. Sed & de his Augustinus. Multa (inquit) non inueniuntur in literis Apostolorum, & tamen, quia custodiuntur per vniuersam Ecclesiam non nisi ab ipsis tradita, & commoda creduntur. Hæc ille.*

Matth. 13.

R V R S V M, quia Phariseorum iustitia erat in minutioribus ceremoniis ingentem curam ponere, maiora autem mandata licenter transgredi, mentam, & ritam, & omne olus de cimare, iudicium autem, & caritatem Dei præterire. Hæretici hodie calumniantur Pharisæicam esse iustitiam, si quis ieiunium strictius obseruet, preces canonicas præterire non audeat, Missam non audire die constituto pro piaculo habeat. Sed non aduertunt, quod Christus Pharisæis dixit, *Hæc oportuit facere, & illa non omittere.* Phariseorum ergo iustitia erat parua seruare, maxima negligere. Christianorum, & Catholicorum iustitia est, magna seruare, & parua non negligere. Hæretico-

rum iustitia est, nec praua, nec magna seruare: sed per solam fidem salutem sibi rectam promittere. Denique, talis est eorum iustitia, qualis olim Donatarum fuit, de qua sic Augustinus ait. *Habetis res magnas, quas inter vestras iustitias ventiletis, diuisionem Christi, rescissionem Sacramentorum Christi, deseruionem pacis Christi, bellum contra membra Christi, criminationes in coniugem Christi, negationem promissorum Christi.* Hæc ille. Quæ omnia in nostros hodie hæreticos ad amissum quadrant. Per schismata enim diuidit Christum. Per nouas doctrinas rescindunt Sacramenta Christi, dum septem ad duo restringunt, & illa duo variis hæresibus contaminant. Deferunt pacem Christi, recedendo ab vnitatem Ecclesie Catholice. Bellum gerunt contra membra Christi, persequendo Catholicos, vi, & armis, & cruentis legibus, vbi superiores esse possunt. Criminationem coniugem Christi, falsis accusationibus Ecclesie prælatos traducendo: denique negant promissa Christi, de perpetuitate, firmitate, claritate, propagatione, & amplitudine Ecclesie suæ, de stabilitate fidei Petri, de perpetua Spiritus Sancti assistentia, aliaque permulta.

R V R S V M, quia Phariseorum iustitia erat hypocritis, & per externas quasdam obseruationes. Deo seruiri, neglecta interna cordis iustitia, iuxta illud Christi, *Vos Pharisæi, quod de foris est calicis, & catini mundatis, quod autem intus est vestrum, plenum est rapina, & iniquitate:* & rursus. *Similes estis sepulchris dealbatis, &c.* Hæretici hodie omnem externam sanctimoniam, pro iustitia Pharisæica traducunt, & in alterum extremum, id est, in apertam iniquitatem, ne forte hypocritæ fiant, dilabuntur: Sed Christus non simpliciter externam sanctimoniam damnat. (Vult enim opera nostra bona, lucere coram hominibus, vt glorificetur Pater noster, qui in calis est.) At externam condemnat, quæ interna caret. Sed, & illud notandum, vbi hypocritis est multa, ibi haud dubie, & multa est pietas, non quidem in ipsis hypocritis, sed in aliis quibus se similes hypocritæ fingunt. Neque enim fingitur, nisi quod honoratur: vt densa sylua, & herba mala multum excrescens fecunditatis terræ argumentum est:

Lib. 2. c. 27. contra Gau-dētij epist. 2.

Luc. 11.

Matth. 23.

Matth. 5.

Ioan. 21.

rum est: sic late patens hypocrisis vitium, veræ pietatis apud alios obrinentis argumentum est. Hæretici vero, vt hypocrisim fugerent, veram pietatem ludibrio passim haberi fecerunt. Itaque ne apud paucos vigeat hypocrisis, apud omnes, aut certe plerisque regnat impietas.

Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit, Fatue, reus erit gehennæ ignis.

Peccatorum discrimen.

L O C V S appositus docendi contra hæreticos, manifestam peccati venialis, & mortalis ex Scripturis distinctionem: quam idcirco illi impiè negant, vt dum populo persuadent omnia peccata ex sua natura esse mortifera, & aeternæ damnationis obnoxia, ex Christi autem gratia per solam fidem esse venialia, id est, veniam consequi, tres pestilentissimos errores eorum animis insillant. Vnum, vt hac ratione nullam esse bonorum operum iustitiam conuincat. Si enim absque peccato nemo est, & omne peccatum mortale est, necessariò sequitur, neminem ratione operum extra statum damnationis esse. Alterum, vt satisfactionem omnem pro peccato, qualem à penitentibus Scriptura requirit, tamquam impossibilem tollant. Si enim singula, & quotidiana peccata (ait Calvinus) mortalia sunt, ideoque satisfactione expianda, quem tandem satisfaciendi exitum inuenient homines in tanto peccatorum cumulo? Hæc ille. Tertium, vt quum omnia peccata æquè sint per Christi gratiam venialia, & æquè ex sua natura mortalia, frigidi quidem, & improbi Christiani, peccata vitare contemnunt, quasi omnia venialia, infirmi vero, & pietatis amatores, ad desperationem virtutis adigantur, quia omnes qualescumque defectus peccata sunt mortalia, docet autem præsens Euangelium manifestam esse peccatorum distinctionem, & quædam quidem gehennæ obnoxium facere, ideoque mortalia esse, quædam vero non gehennæ, sed iudicio vel concilio, quod discrimen qua-

Tres impij hæreticorum errores ex negata peccatorum distinctione.

Instit. lib. 3. c. 4. num. 28.

men quale sit, Patres explicant. Augustini explicatio hæc est. *Quid interest inter reum iudicio, & reum concilio, & reum gehennæ ignis? Nam hoc postremum grauissimum est, & ad nonnullos quosdam gradus factos à leuioribus ad grauiorem, donec ad gehennam ignis reuocetur. Et ideo sicut leuius est reum esse iudicio, quam reum esse concilio, ita leuius est reum esse concilio, quam reum esse gehennæ ignis. Itaque oportet, vt leuius esse intelligatur irasci sine causa fratri, quam dicere Racha, & rursus leuius esse dicere Racha, quam dicere, Fatue. Non enim reatus ipse habet gradus, nisi gradatim etiam peccata commemorarentur. Hæc ille. Et paulò post. Gradus itaque sunt in istis peccatis. In primo ira sola, in se cudo, & ira & vox, qua iram significat, in tertio, & ira, & vox, qua iram significat, & in quarto ipsa certa vituperationis expressio. Ad eundem modum Gregorius Magnus. Per gradus culpæ creuit ordo sententiæ, quæ in iudicio adhuc causa discutitur, in concilio autem iam causæ sententia definitur. In gehennæ vero ignis, ea, quæ de concilio egreditur, sententia expletur. Aliæ vero Scripturæ, quæ hanc mortalium, & venialium peccatorum differentiam explicant, hæc sunt. *Ehce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eieceris feculam de oculo fratris tui. De his loquitur (ait Hieronymus) qui cum ipsi mortali crimine teneantur obnoxij, minora peccata fratribus non concedunt. Similiter August. Festuca in oculo ira est. Trabis in oculo odium est. Multum interest inter peccatum irascens, & crudelitatem odio habentis. Festuca turbat, Trabis extinguit. Rursus quod Paulus ait, Quosdam edificare super fundamentum, id est, super fidem Christi, aurum, argentum, & lapides pretiosi, id est, bona opera: alias vero edificare ligni, fenum, stipulas, id est, peccata. vtrosque tamen saluos esse, de peccatis venialibus exponunt Patres. Vt August. De ciui. Dei. lib. 21. c. 26. Vbi hoc ait esse, amare uxorem, & alia terrena non tamen sic, vt Christo proponantur. Gregorius Magnus. Pensandum sollicitè est, quia illum per ignem dixit posse saluari, non qui super hoc fundamentum ferrum, as, vel plumbum edificat, id est, peccata maiora, & idcirco duriora, atque tunc iam insolubilia, sed ligna, fenum, stipulam, id est, peccata minuta, atque leuissima, quæ ignis facillè consumat. Vide plura de hac peccatorum venialium, & mortalium distinctione, in Opusculo nostro de iustificatione.**

De serm. Dominum in monte. lib. 1. c. 19.

Moral. lib. 21. c. 5.

Matth. 7.

In comment. ibidem.

Hom. 16. de verbis Dom.

1. Cor. 3.

Dialog. li. 4. cap. 39.

Lib. 12. ca. 6 & seqq.

DOMINICA SEXTA

POST PENTECOSTEN.

Marc. 8.

Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit, &c.



B O C V S opportunus obseruandi cōtra hēreticos Christum Dominum in suis miraculis, & multiplicatione creaturarum, nō solum Deo Patri eleuatis oculis gratias egisse (vt voluit hēretici) sed etiam ipfas creaturas eleuatis manibus benedixisse, & sua benedictione ipfas creaturas sanctificasse ac multiplicasse. Nam in hoc Euangelio S. Marcus sicut de panibus dicit, *Accipiens septem panes gratias agens fregit*, sic de piscibus dicit, *ipsos benedixit, & in suis apponi*. Affirmat ergo ipsos pisces à Christo benedictos fuisse, vel ipsis piscibus Christum benedixisse. Eodem sanè modo quo idē Marcus c. 6. narrans aliud miraculum de quinque panibus & duobus piscibus, dicit, *Acceptis quinque panibus & duobus piscibus intuens in caelum benedixit & fregit panes*. Quo in loco non est dubium quin benedictio & fractio ad panes referatur. Si quis tamen dubitare velit, omne dubium tollit Lucas, qui idem miraculum scribens sic ait. *Acceptis quinque panibus & duobus piscibus, resurrexit in caelum & benedixit illis, & fregit & distribuit discipulis suis*. Christus igitur in vtroque miraculo tam quinque panū, & duorum piscium Marc. 6. & Luc. 9. quàm septem panum & paucorum pisciculorum in praesenti Euāgelio, benedixit panibus, benedixit piscibus, idq; eleuatis manibus super eos, sicuti ascendens in caelum, *Eleuatis manibus suis benedixit discipulis*, (eandē enim benedictionis formam, Christum Dominum vbique seruasse dubitari non potest) gratias quoque egit Patri eleuatis oculis in caelum. Vnde notandum est, q̄ et si apud Euangelistas duæ illæ voces Graecæ ἰσχυρῶν & ἰσχυριστῶν benedicere & gratias agere, promiscuè accipiantur, vnde Marcus & Matthæus Cœnam Domini

Benedictio creaturarum.

Marc. 6.

Luc. 9.

Luc. 24.

Marc. 14.

mini describentes de pane dicunt, *benedicens fregit*, de calice dicunt, *Gratias agens dedit eis*, rem eandem vtroque significantes (non est enim dubium quin & panem dederit gratias agens, vt Lucas & Paulus scribunt, *Accepto pane gratias egit & fregit*, *accepit panem & gratias agens fregit & dixit*: & calici quoque benedixit dicente Paulo, *Calix benedictionis cui benedicimus*. Paulus quoque de eadem re loquens vtroque vocabulo vtitur quum dicit, *Si benedixeris spiritui, sed vna vox est, quomodo qui supplet locum idiotæ respondet amen, super tuam benedictionem, ἰσχυριστῶν ?*) tamen non propterea hoc fit, quia benedicere nihil aliud significat, quàm Deo gratias agere, vt voluit hēretici: (Manifestum enim est, quia ipfas creaturas, panes & pisces, calicem & discipulos, Christus benedixit iuxta Lucam & Marcum & Paulum,) sed quia ipsa gratiarum actio non fit sine benedictione aliqua creaturis impertita, nec benedictio creaturarum sine gratiarum actione Deo praestita. Ista diligenter contra hēreticos obseruari possunt, qui ab omni creaturarum benedictione (genus hominum hoc nomine maledictum) profus abhorrent, non solum propter huius Euangelij claram intelligentiam, sed etiam propter actiones Christi in vltima Cœna factas circa vner. Eucharistiæ institutionem clarè quoque perspicendas. Illic enim *accepto pane, benedicens fregit*, vt hic acceptos pisciculos benedixit: Illic panem benedictione sanctificauit, & in suum corpus conuertit, sicut hic paucos pisciculos benedictione multiplicauit. Sic Eusebius Emisenus. *Quanta vis diuina benedictionis vt in christi substantiam diuina elementa commutentur*. Sic D. Ambrosius. *Maiorem, ait, esse vim benedictionis quàm natura: quia benedictione etiam natura mutatur*. Sic Chrysostronus. *Quemadmodum, inquit, benedictio illa semel dicta, Crescite & multiplicamini, praestat perpetuum generationi effectum. sit hæc vox semel dicta, hoc est corpus meum, per benedictionem prolata per omnes mensas Ecclesie praestat sacrificio firmitatem*. Quemadmodum ergo credimus ex quinque illis panibus & paucis pisciculis, Christi benedictione multiplicatis. 4000. hominum ad saturitatem manducasse. ita par est crede-

Math. 26.

Luc. 22.

1. Cor. 11.

1. Cor. 10.

1. Cor. 14.

Homil. 5. de Pasch.

De iis qui innotuimus.

2.

In Hom. de prodit. Indæ.

DOMINICA SEP-

tima post Pentecosten.

Attendite vobis à falsis Prophetis.

Matth. 7.



L O C V S proprius & insignis diligen-
ter docendi populum fidelem quanto-
perè sibi ab hæreticis cauere debeat.
Mandat hic Saluator attendere. i. diligen-
ter cauere ab illis. Sic Chrysostrmus.

Cauendi hæ-
retici.

Rom. 19. ope-
ris imperfi-
cti in Ma

*Non dixit assicite, sed attendite. Aspicere enim est simplici-
ter videre. Attendere autem est caute considerare. Vbi enim
certa res est & indubitabilis, aspicitur: vbi autem incerta &
dubitabilis, attenditur. Attendere autem inbet non corpora-
li aspectu, sed vigilantia spirituali. Hæc ille. Sic S. Ioan-
nes. Nolite omni spiritus credere sed probate an ex Deo sint.
Probare & attendere, examen & discussionem signifi-
cant diligentem. Hic igitur taxanda plurimorum
hodie negligentia inexcusabilis, qui nouis magistris
& hæreticis tam faciles aures præbuerunt. Sic Paulus
iubet eos obseruari & declinari, dicens, Rogo vos fra-
tres vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter do-
ctrinam quam vos didicistis faciunt, & declinate ab illis. Est
autem hæc doctrina multum necessaria, quia diffi-
cile est hæreticum magistrum à Catholico, falsum pro-
phetam à vero, lupum à pastore, discernere, nisi at-
tendas, nisi probes, nisi obserues. Adulatorum à vero
amico, hypocritarum à viro iusto, verisimile à vero,
difficilius est discernere & distinguere, quàm aper-
tum hostem, manifestè impium, & euidenter falsum
cognoscere. Et tamen sicuti qui bene attendit, probat
& obseruat, illa omnia faciliè discernit, sic & in
falsis prophetis accidit.*

1. Ioan. 4.

Rom. 16.

Qui veniunt ad vos,

D VO in his verbis Saluatoris cõtrahæreticos no-
tãda. Primum quod dicit, Veniunt, Hæretici enim
non mittuntur legitima superiorum auctoritate, vt
verci

Hæretici ve-
niunt, nõ mit-
tuntur.

re panem & calicem Christi benedictione illud facta esse, quod illa esse pronunciauit: *Corpus scilicet, & sanguinem eius*, Apostolosque ea accipientes verè māducasse corpus & bibisse sanguinem Christi. Rursus quemadmodum si hoc miraculo de quinque panibus peracto, Christus dixisset Apostolis suis, *Hoc facite in meam commemorationem*, nemini Christiano dubium fuisset quin Apostoli potestatem accepissent multiplicandi panes, seruata illa benedictionis & gratiarum actionis forma, qua Christum visum fuisse viderat: sic omnino nemo verè Christianus vnquam dubitauit, quia Christus facta illa admirabili conuersione panis in corpus & vini in sanguinem suū, mediante illa benedictione & gratiarum actione, dixit postea Apostolis suis, *hoc facite in meam commemorationem*, quin Apostoli & eorum successores, potestare tunc acceperint cõficiendi ex pane & vino corpus & sanguinem Christi, seruata illa benedictionis & gratiarum actionis formula, qua Christum tunc vsum fuisse viderant. Sic semper hæstentes per omnes ætates credidit Ecclesia. Sed & Christus hoc ipsum miraculum de quinque panibus quod D. Ioan. recitat, cap. 6. ideo fecit paulò antè doctrinam suam de futura manducatione corporis sui, vt est apud S. Ioannem, quia voluit ex hac panum multiplicatione auditores suos docere & introducere ad sublime illud aliud miraculum credendum de pane quem ipse daturus esset in mundi vitam, dicens, *Panus quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*. Sic de hoc miraculo & consequenti statim Christi doctrina prædicta annotauit S. Chrysostrmus. *Cur, inquit, Iudæi abierunt retrò auditis illis verbis, Panis quem ego dabo, &c. hoc propter eorum stultitiam. Quando enim subit quæstio, quomodo aliquid fiat, simul subit & incredulitas. Nam si hoc (ò Iudæe) inquiris, quomodo potest hic nobis suam carnem dare ad manducandum, cur non idem in quinque panum miraculo dixisti, quo modo eos in tantum auxit? sed res ipsa tunc docuit, inquires. Ergo ex eo & hæc credere oportuit ei facilia factu esse. Propterea id prius fecit miraculum, vt per illud non essent amplius increduli his quæ postmodum diceret. Hæc omnia Chrysostrmus. Vide plura supra in alia Dominica, & in ipso Chrysostrmo.*

Homil. 4. s. in
Ioannem.

Dominic. 4.
Quadrages.

Rom. 10. veri Ecclesiæ Catholicæ episcopi, & pastores, iuxta illud Apostoli, quomodo prædicabunt nisi mittantur, sed veniunt sua sponte suæque sola auctoritate freti, nemine vocante, nemine mittente: De quibus conqueritur per Prophetam Deus. *Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Et iterum. Falsi Prophetæ ratiocinantur in nomine meo, & non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos. Et dicitur, ait Dominus, quum Dominus non miserit eos. Sic hoc loco, veniunt ad vos, quum Dominus non miserit eos. Sic Ioannes. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, ne Ave ei dixeritis. Sic de ipso Antichristo, cuius præcursores omnes hæretici sunt, ait Christus, Alius veniet in nomine suo, hunc accipietis. Omnes hæretici veniunt in nomine suo, à nemine missi, vocati, vel ordinati, ut lex Ecclesiastica iuxta Apostolicam traditionem, in Scripturis reuelatam iubet. *Fures veniunt ut mactent, & perdant. Sic hæretici ut ouile dissipent.**

Hæretici Christianos pervertunt.
Ioan. 10. **Act. 20.** **In præscript. hæret.** **Rom. 10.** **Ibidem.** **Matth. 13.** **Jerem. 17.**

ALTERVM notandum est quod dicit Christus, ad vos. Hæretici enim non nisi ad iam Christianos, & Catholicos veniunt, ut eos subvertant. Non ex hædis oves faciunt: ex Paganis Christianos, sed iam factas oves mactant & produnt, ut Saluator docuit. Non colligunt in Ecclesiam, sed abducunt discipulos post se, id est, separant ab Ecclesia ad sectam suam, ut Apostolus lupos rapaces describit. Sunt Apostolis ex diametro contrarij. *Illi enim (ait Tertullianus) de mortuis viuos suscitabant, isti de viuis mortuos faciunt.* Hæc ille. De illis dicitur. *In omnem terram exiit sonus eorum, ut videlicet, congregent dispersos Israel in vnum: isti contra iam congregatos, & collectos dispersunt.* *Negotium est hæreticis (ait Tertullianus) non Ethnicos conuertendi, sed nostros euertendi: hanc magis gloriam captant sistantibus ruinam, non si iacentibus eleuationem operentur.* Hæc ille. Denique sunt eius ministri, qui in agro Dominico sua *zizania* superfeminant. Isti enim nunquam seminant ubi Dei verbum non erat, sed superfeminant ut Dei verbum prius seminarum suffocent. *Ista est, perdix quæ congregat quod non peperit, faciens diuitias non suas, & alienis ovis incubat, ut de hæreticis ex*

Jeremia docuerunt, Hieronymus in comm. ibidem, & S. Augustinus contra Faustum lib. 13. c. 12. hoc totum significare voluit Christus dicens de hæreticis, *veniunt ad vos.*

In vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces.

L O C V S necessarius ostendendi, causam quare diligenter sunt hæretici ab omnibus cauendi, causa est, quia aliud videntur esse, & aliud sunt. Chryso-
 stomus. *Oves propriè Christiani dicuntur, vestimentum autem ouile esse species Christianitatis.* Sic isti Christiani dicuntur, sed hæretici sunt. Rursum sermo blandus & mollis, ouilem mansuetudinẽ refert. Sic hæretici (ait Paulus) *per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentum.* Verbum Dei proferunt, Euangelium loquuntur, dulces Christi promissiones sola fide apprehendendas ostentant, suauem & facilem salutis viam demonstrant. Sed verbũ Diaboli est quod proferunt, dum sensum diabolicum Dei verbo affingunt. Præsumptio est non fides quod docent, & præcipitium non via salutis quam demonstrant. Rursum Scripturas sacras venditant, & Scripturarum sese assertores ac vindices esse clamitant. Hoc est vestimentum ouium. Sed deprauata expositio est lupina rabies, quæ gregem Domini dilacerant. Pulchrè Vincentius Lyrenensis. *Quid est vestitus ouium nisi Prophetarum, & Apostolorum eloquia: Qui sunt lupi rapaces nisi sensus hæreticorum feri, & rabidi, qui caulas Ecclesiæ semper infestant, & gregem Christi quæqua possunt dilacerant: Sed ut fallacius incautus ouibus obrepant, manente luponum feritate, deponunt lupinam speciem, & sese diuinæ legis sententiis velut quibusdam velleribus obuoluunt.* Hæc ille. Rursum vox ouis est. Christum Iesum prædicamus. Sed lupina rabies est, à Christo exire, & abducere discipulos post se, ut præmonuit tum Christus ipse, tum Apostolus Paulus. Christus quidem quum diceret. *Surgite pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.* Hæc signa

Hæretici hodie quot modis lupi rapaces sub vest. ouium.
 Homil. 19. operis imperfecti in Mat. 2.
 Rom. 16.

In lib. con. profanas hæret. nouitates. cap. 36.

Matth. 24.

signa, & prodigia sedunt nouæ, & subtiles verbi Dei expositiones ad seducendos homines idoneæ. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis. ecce in deserto est, nolite exire. Quæ verba explicans Origenes ait. Dicit ille qui seducere nos voluerit. Ecce hic est Christus, demonstrâs verbi gratia, hunc Euangelij locum. Alterius autem erroris auctor dicit, Ecce hic est Christus, offerens ad exemplum alterum textum. Hæc ille. Sic hodie Lutheranus rigidius vt in venerab. Eucharistia panem cum corpore adesse doceat, profert illud, Verbum caro factum est. Vt quemadmodum cum vera diuinitate coniuncta fuit caro Christi, sic in hoc Sacramento sit cum vero corpore Christi, verus panis. Lutheranus mollis, vt significationem ex parte panis statuat, non ipsam veritatem corporis, profert illud, Petra erat Christus, quæ ramen nihil aliud quàm significatio Christi erat. Zuinglianus qui omnẽ Christi corporis præsentiam tollit, profert illud, Caro non prodest quicquam. Ideoque non esse manducandam Christi carnem nisi spiritualiter tantum, & per fidẽ. Calvinus qui accerrimè hoc dogma taxat manducare in hoc sacramẽto nihil esse aliud quàm credere, volens aliquid cæteris subtilius dicere, & vna cum pane, aliquam corporis quoque participationem ponere, realem quidem quia spirituales, & energeticam, non tamen naturalem, & veram, profert illud, Vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam corporis, inquit, appellatio panis tribuitur ea ratione, quæ spiritum sanctum Ioannes columbam vocat. Hæc omnia quum Scripturæ verbum profereunt, vestimenta, & voces ouium sunt: sed quum ad sensus tam peregrinos, tam impios, & nefarios ea trahunt, lupina rapacitas est, quæ ab Ecclesiæ communionẽ ad suas sectas fideles pertrahunt: quod Apostolus his verbis præmonuit. Intrabunt post discissionem meam lupi rapaces non parcemes gregi, Exurgent ex vobis ipsi viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. Rursum vox ouis est, Euangelium profiteamur. Sed lupina rabies est, quod non verum, non antiquum, non receptum & tot annis creditum, sed aliud quoddam nouum & hætenus inauditum Euangelium prædicant, de quibus sic Paulus, Miror quòd tam citò transferimini in aliud

Homil. 29.
in Matth.

Ioan. 1.

1. Cor. 10.

1. Ian. 6.

In harmonia
euangel.

Act. 20.

Gal. 1.

Eu ang e

Euangelium, quod non est aliud nisi quòd sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuètere Euangelium Christi. Isti enim impostores, (ait Chryostomus) fraudi suæ prætexebant Euangelij nomen. Rursum vox ouis est, Pauli Epistolæ proferimus, Pauli doctrinam de fide Evangelica, & saluifica vrgemus. Sed lupina rabies est, quod hoc faciunt deprauando verba Pauli difficilia, quia vel indocti ex ignorantia, vel instabiles in fide ex malitia hoc faciunt, vt Petrus prædixit. In quibus (epistolis Pauli) sunt quedam difficulta intellectu, quæ in docti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. De talibus etiam ipse Paulus sic scripsit. Ne deterramini per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini. Nempe quia in priori ad eisdem epistola dixerat, Tunc nos qui viuimus simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo, &c. Rursum vestimentum ouium est, Reformationem Ecclesiæ profiteri, reformatores abusuum qui irreperunt, se dicere, ac denique reformatam Ecclesiam se vocare. Hoc enim dum dicunt, aliquã veteris, & purioris Ecclesiæ formam agnoscere videntur, ad cuius exemplum præsentem hanc reformationem delincent. Hoc enim sonat ipsa reformationis vox, quæ secundam aliquam formam significat & priorẽ præcedentem supponit. Sed lupina rabies est, quòd sub reformationis specie deformationẽ, & abolitionẽ totius formæ Ecclesiasticæ introducunt. Hoc autẽ inde manifestè apparet, quòd nullius seculi politiam & formam Ecclesiasticam admittunt, quòd omnium seculorum ritus, & ceremonias damnant, quòd cõtra vniuersos Patres, & scriptores Ecclesiasticos ab ipso vsque Apostolorum tempore excipiunt. Verba ipsorum Archihæreticorum audietis. De oratione profunctis publicè in Ecclesiis celebranda sic ait Calvinus. Cum mihi obiciunt aduersarij ante mille & trecentos annos vsu hoc receptum fuisse, respondeo veteres illos hac in re, & mandato Dei & legitimo exemplo destitutos fuisse, abreptos denique in errore dũ nimium publico mori, & vulgi imperitiæ dederunt. Rursum de pœnitentiæ, & satisfactionis forma ait. Parum me mouent quæ in veterum Patrum scriptis de satisfactione passim occurrunt. Videat quidem eorum

In comment.
ibidem.

2. Petr. 3.

2. Thessal. 2.

1. Thessal. 4.

Reformatores
lupi.

Institut. lib.

3. c. 5. nu. 10.

Lib. eodem c.
4. num. 33.

non

nonnullos, dicam simpliciter, omnes ferè quorum libri extant, aut hac in parte lapsos esse, aut nimis asperè ac dure loquutos. Eadem audacia de reservatione ven. Eucharist. habent (inquit) veteris Ecclesiæ exemplum, fateor: sed in re tanta nihil est tutius quàm ipsam veritatem sequi. De aliis quoque circa hoc ven. Sacramentum ritibus disputans, vt de pane azymo, de eleuatione, & similib. Si quis (inquit) vetustate tueri huiusmodi inuentiones velit, nec ipse ignoro quàm vetustus sit christianitas & insufflationis in bapuzimo usus, quàm non longè ab Apostolorum atate Cena Domini lactarubigine fuerit: Sed isthæc scilicet humane confidentiæ procacitas est quæ se continere nequit quin semper in Dei mysteriis ludat & lasciuat. Hæc ille. Deinde de tota forma Missæ ait. sed & veteres quoque illos video alio hanc totam Dominicæ memoriæ detorsisse, quàm institutioni Domini conueniebat. Quin & in actionis modo peccauerit. Imitati sunt enim propius Iudicium sacrificandi morè, quàm quod aut ordinauerat Christus aut Euangelij ratio patiebatur. Sic de castitatis proposito ac voto. Fateor (inquit) antiquitus quoque receptum fuisse hunc morem. Sed eam atatem sic ab omni vitio liberam fuisse non concedo. vt pro regula habendum sit quicquid tunc factum est. Et paulatim irrepfit inexorabilis illa quecitas, vt post conceptum votum nullus penitentia locus fieret. Quod ex Cypriano constat. Hæc ille. Vt non nisi de summa antiquitate eum loqui intelligas. Vixit enim Cyprianus annis tantum 250. post Christum. Idem de aliis veterum ritibus formæque Ecclesiastica iudicium habuit Melächton. Statim (inquit) initio Ecclesiæ, scriptores veteres obscurauerunt doctrinam de iustitia fidei, & auerunt ceremonias, & sinxerunt esse peculiare cultus: fuerunt duriores quàm oportuit in præceptendo calibato, misxerunt adhuc aliquam verecundam mortuorum inuocationem. Rursum alibi. Multum stipularum (que contagia opinionum Apostolus nominat) Augustinus & alii Sancti super fundamentum extruxerunt circa ceremonias. Hæc ille. Et idem repetit in locis com. ti. De Ecclesiâ. Postremò Magdeburgenses Centuriarum veteris Ecclesiæ formam circa cultum, & politiam grauitè taxarunt. aiunt enim quosdam Episcopos (initio secundæ seculi) rerum habentis positò, simplicem & vulgarem consuetudinem immutasse. Et in alijs quidem Ecclesijs aliquas accessisse ceremonias & traditiones, tamen nusquam plures quàm in Ecclē

Instit. lib. 4. c. 17. nu. 39
Ibidem. num. 43.

Instit. lib. 4. c. 18. nu. 11.
Instit. lib. 4. c. 13. nu. 17.

In com. ad. 1. Cor. c. 3.

In com. in 1. Timoth. c. 3.
Cent. 2. c. 17.

sia Romana. Rursum iidem de forma quarti seculi (in quo tamen præcipui doctores floruerunt, Athanasius, Hilarius, Optatus, Basilius, Nazianzenus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Cyrillus, Epiphanius, Theodoretus) sic scribunt. De ceremonijs, hoc primum in genere Lectorem monemus, vt attentè conferat cum superioribus seculis, & obseruet, quantum hoc seculum à primitiua Ecclesiâ simpliciori statu degenerauit, & in Ecclesiâ inuectis tum Iudaicis ritibus, & subinde alijs atque alijs ex inscitia, superstitione, κακοψυχία, traditionibus humanis, excogitatis, approbatis, & usu receptis. Hæc ille. Hæc est lupina rabies, omnium pestilentissima, qua dum reformatores se dicunt, nullâ veterem formam agnoscunt, ideòque puri sunt Nouatores.

RURSUM, vestimentum ouium est, quòd nemo debeat ad fidem cogi, quia fides est donum Dei, ideòque liberè est acceptanda. Sic docuit Lutherus artic. 33. inter eos qui à Leone decimo damnati sunt, & quos refutauit S. Martyr Roffensis Episcopus. Hanc assertionem multi Lutherani etiam editis libellis propugnarunt, vt Brentius & Castalion, Brunfelsius quoque in Pandectis, & Vrbanus Regius in Locis Communibus. Sed lupina rabies est, quòd vbi ipsi fortiores esse cœperunt, non solum Anabaptistas capite plectendos esse docuerunt, vt Henricus Bullingerus libr. 5. cap. 8. & 9. contra Anabaptistas, Ioannes Brentius in Libello, de pœna Anabaptistarum, sed etiâ Catholicos crudelissimè persecuti sunt, vt in Gallia, & in Belgio Caluinistæ, legibus quoque atrocissimis afflixerunt, vt in Angliâ. ac denique editis libellis puniendos docuerunt, vt Theodorus Beza tum in Confes. fidei, art. 5. num. 44. tum etiam libro huius argumenti proprio contra farraginem Martini Bellij, ann. 1554. Caluinus quoque qui Seruetum Arianum non solum ignis supplicio afficiendum curauit, sed etiam Geneuensis magistratus factum edito libello defendit. De hoc ouium vestimento & lupina rabie intus latente sic S. August. scriptum reliquit. Quia vel ipsas leges vel inuidiam formidatis, vel ad re-

Nemo ad fidem cogendus nisi per se fiat cogere.

Contra Pet. lib. 2. c. 83.

natistas alloquitur) quod ad vestram partem neminem cogitis. Isto modo & miluus quum pullos capere territus non poterit, columbam se nominat. Vbi enim potuistis & non fecistis: unde ostendatis quod plura faceretur si possetis. Hęc ille. Rursum alibi breuiter. Scire vos nolle dicitis, ego non posse arbitror. Amplificari apud Anglos hic locus potest, qui omnium hodię terribimę læuierunt contra omnis ordinis & sexus personas.

R V R S V M vestimentum ouium est, Apostolicam paupertatem profiteri, contra Ecclesiasticorum possessiones, & optimam fortunam clamoris vocibus debacchari, Euangelium gratis esse ponendum, vel certe Euangelistam paucis contentis esse debere declamare. Hęc ministrorum in Angliã vox in principio erat. Lupina rabies est, vbi principem fauẽtem nati sunt, summa ambitione hõiores Ecclesiasticos appetere; summa auaritia adeptis incubare, summa rapacitate ditescere, &c. vt longa iam in Angliã experientia clarissimę docuit.

R V R S V M vestimentum ouium est fidem, & fiduciam de promissionibus Christi de que eius gratuita propitiatione extollere, nostrisque operibus, & qualitatibus tanquam immundis & semper contaminatis omnem salutis rationem tollere. Hęc enim doctrina ad Christi gloriam plurimum facere videtur. Sed lupina rabies est sub huius vanę fidei & fiducię prætextu à debita pœnitentia ante reconciliationem, & à studio bonorum operum post reconciliationem homines quellere. Prima quidem nostra iustificatio, prima peccatoris impij reconciliatio cum Deo, est merę gratuita, sine vllõ merito præcedenti ex parte nostra. i. Deus peccata remittit gratis propter filium Iesum. Tamen nemini remittuntur peccata propter Iesum nisi credenti in Iesum, nisi amanti Iesum, nisi parato obedire mandatis Iesu, nisi pœnitenti, & contrito de præcedentibus peccatis. Promissiones enim Christi non sunt absolutę, sed conditionatę. Videlicet credentibus, pœnitentibus, diligentibus, & mandatis obedire volentibus. Sic Paulus. *Christus per passionem consummatus, factus est causa salutis omnibus obtemperantibus sibi.* Obtemperamus autem illi credendo, quod

quod ille venit à Patre, & transiit ad Patrem, quod homo factus pro nobis mortuus est, & resurrexit, &c. Obtemperamus illi faciendõ voluntatem eius. Vos amici mei estis, si feceritis quę ego præcipio vobis. Obtemperamus pœnitentiam agendo. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Obtemperamus diligendo. Qui non diligit, manet in morte: & iterum. In hoc cognoscet omnes quod discipuli mei estis, si dilexeritis adinuicem, sicut ego dilexit vos. Sic obtemperantibus est causa salutis. Similiter iam reconciliati cum Deo per Christum, & remissione peccatorum facta non per solam fidem, aut fiduciam promissionũ Christi de facta semel præteritorũ peccatorũ remissione, sed per opera dilectionis in fide facta saluamur. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? Morimur peccato per baptismũ, morimur per pœnitentiam. Sequitur noua vita bonorum operum, vnde Apostolus. Si *Christus in vobis est*, vtiq; per fidem per baptismum per pœnitentiam ab operibus mortuis, *corpus quidem mortuum est propter peccatum* (quia moriendum necessariõ est) *spiritus verõ viuus propter iustificationem.* Ergo si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuẽtis. Rursum. Nolite errare, Neque fornicarẽ, & quę se quuntur, regnum Dei possidebunt. Et hoc quidem fuisistis, sed iustificati estis. Scilicet, vt non iam in vlla immunditia aut malitia, sed in iustitia, & sanctitate seruiamus illi omnibus diebus vite nostrę.

R V R S V M, vestimentum ouium est, Christum propitiatorem pro peccatis nostris, Christum iustitiam, redemptionem, & sanctificationem ita prædicare, & docere, vt solius Christi iustitia nobis imputata nostra sit iustitia. Hęc enim doctrina, & dulcis est, dum ab omni iustitiã comparandã labore nos liberat, & Christo Domino videretur gloriosa, dũ eius passionem, & mortem, qua sola nos in sempiternum sanctificauit, vehementer extollit: vt qui gloriatur non nisi in Domino gloriatur. Sed lupina rabies est, impia, & horrenda blasphemia, contra virtutem, & efficaciam passionis Christi: qua dum vnum ei tribuitur, alterum quod æquę debetur, adimunt.

Epist. 48.

Paupertas cleri donec ipsi loca cleri occupent.

Promissiones Christi extollere, vt virtutis studium debeat.

ad Heb. 3.

Ioan. 15.

Luc. 13.

1. Ioan. 13.

Ioan. 13.

Rom. 6.

Rom. 8.

1. Cor. 6.

Luc. 1.

Redemptionem per Christum in vno amplificare in aliis negare.

Heb. 9.

Promptuarium Catholicum

Christi enim passio sacrosancta non solum fuit propitiatio contra poenas peccato debitas, quas in corpore suo pertulit, *vulneratus propter iniquitates nostras, portans dolores nostros*, nec solum fuit redemptio peccatorum praeteritorum in iis, quos semel iustificat remittendo peccato, iuxta illud Pauli, *Quem remisit propitiationem per fidem in sanguine eius, propter remissionem praecedentium delictorum*. Et iterum: *In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiae eius: quae duo tamquam vestimenta ouium, & doctrinam dulcissimam haereticis hodie semper in ore habent: sed propterea Christi passio fuit redemptio a seruitute peccati, & Apostatae diaboli in ipsis iam credentibus, & iustificatis, quae duo isti lupi rapaces intus retinent, tacent, dissimulant, & numquam fidelibus proponunt. Docent autem haec duo Sacrae Scripturae apertissime: & nemo magis quam ipse Paulus. Quod ad primum attinet ait, De peccato damnauit peccatum in carne (scilicet per mortem carnis suae in cruce) *ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui secundum spiritum, non secundum carnem ambulamus*. Hoc est, post remissionem peccatorum, *ambulare in nouitate vitae, & spiritu facta carnis mortificare*. Rursum, *Reconciliavit vos in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos & immaculatos, & irreprehensibiles, coram ipso*. Iterum. *Tra didit semetipsum pro Ecclesia, ut eam sanctificaret mundans eam lauacro aquae in verbo vitae, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid huiusmodi: sed, ut sit sancta & immaculata*. Deniq; ad Titum. *Dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum*. Hic ergo effectus, fructus, ac finis maximè proprius, & excellens Dominicae passionis est, ut credentes in ipsum merito sanguinis sui gratiam, & caritatem cordibus nostris infunderet, cuius operatione, ac virtute redimamur ab omni iniquitate, id est, a seruitute peccati. (qui enim facit peccatum seruus peccati est,) & mundemur in populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Sic de Christi sanguine ad Hebraeos Paulus disputat, longissimè illum discernens à sanguine veterum sacrificiorum. *Quanto magis (inquit)**

quit) sanguis Christi mundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendum Deo viuenti.

Quòd ad secundum attinet. Sic Paulus. *Ut per mortem destrueret eum, qui mortis habebat imperium, id est, diabolum, & liberaret eos, qui timor mortis obnoxij erant seruituti, (Peccati scilicet) in quo captiui teneantur impij ad ipsius voluntatem*. Hanc liberationem expressit Zacharias dicens de Christo. *Daturum se nobis, ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi in sanctitate & iustitia omnibus diebus vitae nostrae*. Deniq; S. Iohannes. *Qui facit peccatum, ex diabolo est. In hoc apparuit Filius Dei, ut dissoluat opera diaboli, id est, ut per gratiam suam faciat nos non peccare: iuxta illud Pauli. Peccatum vobis non dominabitur. Non enim estis sub lege, scilicet iubente tantum, & terrente, non adiuuante. Sed estis sub gratia, scilicet adiuuante, & viuificante. Gratia enim sub qua sumus, est Caritas Dei diffusa in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis: in quo videlicet clamamus Abba Pater, qui spiritum dilectionis accepimus, non autem spiritum seruitutis in timore. Hos duos admirabiles, certos, & praecipuos Dominici aduentus, ac passionis fructus, lupina rabies haereticorum hodie è cordibus fidelium rapuit, & penitus obscurare, atq; extinguere contendit, dum alios solum duos effectus tamquam vestimenta ouium semper proponunt, asidue inculcant, & vnicè perurgent.*

21 A L I V D vestimentum ouium est, quòd certam, & firmam consolationem hominum conscientiae afferre te dicunt, per illam certitudinem gratiae, quam ponunt, docentq; vnumquemq; verè Christianum certum esse de sua salute, idque fidei certitudine cui subesse falsum non potest, de hac enim Lutheri noua doctrina sic gloriatur ipsi Lutherani. *Hac sententia, nos fide reconciliari Deo (est autem Lutheranorum fides, qua quis certò statuit se in gratia Dei esse, & de numero electorum) mult. us pius mentes erexit, & initio maximam commendationem apud omnes bonos viros Luthero attulit, quoniam ostendit certam, & firmam consolationem conscientiae, quia antea tota vis absolutiois oppressa erat doctrinae operum. Hæc Augustanae confessionis socij. Sic Chemnitius sine hac certitudine gratiae relinqui ait*

Hebr. 2.

2.Tim. 2.

Luc. 1.

1.Ioan. 3.

Rom. 6.

Rom. 5.

Rom. 8.

Pacem conscientiae promittere, & eas in praecipitium praesumptionis conicere.

In Apologia Confes. August. art. 11.

11.

In Exam.
conc. Trid.
p. 1.

1. Cor. 4.

Psal. 7.

Psal. 28.

Infl. lib. 3. ca.
2. num. 38.

conscientias in tristissimis dubitationibus, & perpetua conscientiarum carnificia. Sed lupina rabies est, vel detestabilis præsumptio, vel manifesta impietas, quæ intus latet. Si enim cum hac certitudine gratiæ aliqua bona opera admittere volunt, vt Lutherani docent, deſtabilis præſumptio eſt, ſeipſum iudicare ante tempus, & certitudinem ſalutis, aut iuſtitia ſibi polliceri, quod hæc Apoſtoli verba luce clariùs demonſtrant. *Mibi pro miſſimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neque meipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autem iudicat me, Dominus eſt. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoad vſque veniat Dominus.* Tribus modis oſtendit Apoſtolus neminem in hac vita certum eſſe poſſe de ſua ſideli diſpenſatione (de hac enim loquebatur,) & multò minùs de tota ſua iuſtificatione, vt potè ad quam plura requiruntur, quàm ad ſidelem diſpenſationem myſteriorum Dei. Primùm ne quis hac præſumpta certitudine vſurpet, vel præueniat, ſive quo ad ipſum, ſive quo ad alios, Diuinum iudicium. Dominus eſt enim, qui nos iudicat. *ſolus Dominus ſcrutatur corda, & renes.* Secundò, quia nec ipſum teſtimonium conſcientiæ (quæ tamen mille ſunt teſtes) ad talem certitudinem, ad tale de ſeipſo iudicium ſufficit, ſed multa eam latere poſſunt, iuxta illud. *Ab oculis meis munda me Domine.* Tertio, quia nemo ſibi placere debet, ſed expectare illud tempus, quando veniet Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & tunc laus erit vnicuique à Deo, ait Apoſtolus. Sin verò cum hac certitudine gratiæ nullam bonorum operum neceſſitatem ponunt, ſed eam ex ſola fide pendere volunt, vt Caluiniſtæ aſſerunt, manifeſta impietas eſt, & (vt Chemnitius Lutheranus ſcribit:) *Epicurea perſuaſio pollicens ſibi in perſeuerantia ſclerum impunitatem.* At, ſic apertè Caluinus docet. *Ait enim. Si ex operibus æſtimandum eſt, qualiter affectus orga nos ſit Dominus, id ne tenui quidem coniectura aſſequi nos poſſe fateor: ſed quum ſimplici, & gratuita promiſſioni reſpondere fides debeat, nullus ambigendi locus relinquitur. Nam quali (obſecro) fiducia armabimur, ſi hac conditione ratiocinemur Deum eſſe nobis propitiũ, modo id vira noſtra*

puritas

puritas mereatur. Hæc Caluinus. Satis ſe prodit lupina rabies.

3) ALIVD veſtimentum ouium eſt, libertatè Euangelicam prædicare, Euangelium eſſe ſtatim libertutis, hominem Chriſtianum nullis Eccleſiæ legibus teneri: id ſolùm nobis incumbere, vt Dei ſolius mandata in Scripturis Sacris reuelata exequamur, iuxta illud Apoſtoli, *Vbi Spiritus Domini ibi libertas.* Iurſum, nolite fieri ſerui hominum: & iterum, *ſtate, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.* Ex his enim verbis conſequi volunt nullis humanis legibus, ſeu Eccleſiæ (quod omnes tenent) ſeu etiam Principum, (vt quidam volunt) in conſcientia nos teneri. Sed lupina rabies eſt, ſub hoc prætextu libertatis, omnes leges Eccleſiaſticas, ſtatuta ieiunia, præſcripta feſta, ritus, ac ceremonias omnes colendi Deum abolere: Nec hoc ſolùm, ſed, & omne virtutis ſtudium extinguerè. Hæc enim perſuaſio bona opera non eſſe al ſalutem neceſſaria, frigidus, & infirmos Chriſtianos (quorum maxima turba eſt) ad bonorum operum contemptum inducit. Quippè, vt rem non neceſſariam libenter deponunt. At verò Apoſtoli, qui libertatem Euangelicam optimè intellexerunt, non ſolùm ad bona opera tamquam ad ſalutem neceſſaria ſæpiſſimè hortati ſunt: vt Paulus. *ſi ſecundum carnem vixeritis, moriemini. ſi ſpiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis,* vt Petrus. *ſatagite per bona opera certam uocationem veſtram facere: vt Iacobus ſi, fides ſine opereibus mortua eſt, &c.* Verùm etiam leges morum ipſi tulerunt de fornicatione fugienda, de abſtinentia à iuffocato, & ſanguine: Ritus quoque, & ceremonias conſtituerunt, vt in conſtitutionibus Apoſtoicis per Clementem collectis manifeſtiſſimè appareat: vt illud Pauli, *cætera quum venero diſponam: iteq; illud Tito, vt que deſunt, corrigas: ſicut diſpoſui tibi, Patres intellexerunt. Sanè Paulus tum ipſe cū Barnaba, circũbadocens ſeruare præcepta Apoſtolorũ, & ſeniorũ, tũ de ſeipſo ac Thelſ. ſcribit. ſciuis que præcepta dederim vobis per Dominũ Ieſum. i. per auctoritatè ab eo acceptã. Rurſum ad Corinth. Laudo vos, quòd ſicut tradidi vobis præcepta nã, tenetis. Libertas Chriſtiana eſt, li-*

Libertatè
Euangelicam
docere, & om-
nem pietatem
tollere.

2. Cor. 3.

1. Cor. 7.

Gal. 5.

Rom. 8.

2. Pet. 1.

Iacob. 2.

Act. 15.

1. Cor. 11.

Tit. 1.

Act. 16.

1. Thelſ. 4.

1. Cor. 11.

Rom. 6.
Tract. 41.
in Ioan.
De spiritu &
lit. ca. 16.

bertas Spiritus non libertas carnis. Libertas Spiritus est, liberè seruire iustitiæ, vt Apostolus loquitur, id est, non ex timore, quasi sub legis iugo premente, sed ex caritate, quasi sub gratiæ adiutorio ducente, seruire mandata, vt exponit Augustinus. Libertas carnis est, & credere & facere quod libet, id est, proprium Spiritum sequi tam in credendo quod placet admittere, quam in operando quantum libet operari. Talem carnis libertatem docent hodiè lupi isti sub vestimento libertatis Euangelicæ.

Superstitione
tollerit & im-
pietatem sub-
stituerit.

ALVD vestimentum ouium est, cultum & obseruantias Ecclesiæ Catholicæ tamquam superstitiones Pharisæicas, irridere, & apud imperitum populum traducere. De qua fraude & impostura latius in aliâ concione diximus. Sed lupina rabies est, quòd sub prætextu superstitionis abolenda, vniuersum externum religionis cultum exterminant, vt in oratione quadam quodlibetica olim latè ostendimus: Nul- lam videlicet esse apud horum temporū hæreticorū religionē. Videlicet homines planè irreligiosi, nullo timore affecti, sed perpetua fiducia seu confidentia ac præsumptione inflati, homines profus libertati carnis dediti, quibus nec orare, nec ieiunare, nec certa aliqua forma Deū colere libet, homines denique ab omni externo Dei cultu alieni, quibus a- lia toto genere displicent, templa non multum la- cent, superstitionem ac hypocrisim se taxare claudat. Non aliter quam si prodigus, auaritiam fugere, luxu- riosus se sordes cauere, gulosus, & ebriosus in- edia sibi prospicere diceret.

Dom. 5. post
Pentecosten.

Edit. poster.
Princip. fidei
pag. 621.

ALVD vestimentum ouium est, quòd idola- triam se extirpare aiunt, & idola persequi ac aruere profitentur, quum Christi, & Sanctorum imagines in omnibus Ecclesiis demoliuntur. Sed lupinæ rabies est, quòd sub idololorū prætextu (quò certissimè sciunt imaginem ab idolo longissimè differre, sanè non minus quam à dæmonibus angelos beatos, et à falsis Gætium, Ioue, Iunone, & aliis, Christum Domi- num, beatif. Virginem, Sanctos Apostolos, Martyres, & alios) omnem Christi Saluatoris & Sanctorum eius memoriam, omnia religionis nostræ qulata moni- menta, impiè nobis eripiunt, cultumque ac venera-

Idola subuer-
tere dū Chri-
sti & Sancto-
rum imagines
deturbant.

tionem Christo ac Sanctis eius debitum impiè tol- lunt. Vide Nic. Sanderum de typica & honoraria i- maginum adoratione.

- 16 VESTIMENTVM ouium est, quòd vnus Anti- christi tyrannidem se excutere aiunt, dū Rom. Pon- au&oritatem saluberrimam indignissimè violant, & Sedis Apostolicæ dignitatem maximam spurcissimis opprobriis lacerat, mendaciis onerant, & omni- tumeliarum genere proscindunt. Hæc enim omnia pro zelo suo in Antichristum iustissimo, sanctè ac piè admodum facere, & sibi iustis videntur. Sed lu- pina rabies est, quòd Christi vicarium Antichristum vocant, quòd vnus personæ nomen plurimorum Pontificum successioni tribuunt, quòd per supremi Pontificis latus, omnes alios Ecclesiasticos ordines, qui ab eo, vt à capite membra dependant, *transuerberant*. Quòd contra Petram illam, contra quam Chri- stus *portus inferi non præualiturus* promisit, Antichri- stum præualuisse blasphemât, quòd *sicem Petri*, quam *non defecuram* Christus asseruit, illi defecisse affir- mant, vt non sit amplius aliquis in terris Petrus, qui *Fratres suos confirmet*: quòd Pastorem illum pro ipso Antichristo habeant, cui Christus *oues & agnos*, par- uos & magnos in vniuersum, *pasceudos commisit*. De- nique quòd hac ratione sublato pastore supremo ac generali, licentius illi in vniuersum ouile grassari, & lupinam hanc suam rabiem potentius exercere va- leant. Vide Princip. fidei doctrinal. lib. 6.

Antichristum
persequi, dū
Christi vice-
rium perca-
uantur.

Matth. 16.
Luc. 22.

Ioan. 21.

Ca. 2. & seq.

- 17 VESTIMENTVM ouium est, valde suauè ac molle, posse vnumquemque de doctrina fidei iudicare, Spi- ritum intelligendi Scripturas sibi vindicare, ac de- nique de Pastore & magistro quocumque in Eccle- sia Dei liberum iudicium ferre. Hoc enim aiunt in hodierno Euangelio Christum docere, *Attendite vo- bis*, &c. Item Ioannem in illis verbis, *Probate spiritus, an ex Deo sint*, &c. Hoc nempe vestimento induti, Lu- therus, Melancthon, Brentius, & alij, maximam su- perbis hominibus voluptatem attulerunt, vt contem- ptis Concilii, Patribus veteribus, ac Episcopis, Pas- toribusque modernis, id liberè quisque crederet, & teneret de fide quod veller.

Spiritum sibi
quemque ven-
dicare, & Spi-
ritum Dei in
Ecclesia sper-
nere.

Matth. 7.
1. Ioan. 4.

SE D lupina rabies est eademque pestilentissima & rapacissima, & sub hoc prætextu, & hoc posito fundamento sicuti Lutherus Ecclesiam, sic Lutherum in quibusdam Melancthon, in multis Brentius, in pluribus Caluinus desereret: sed & ipsum, Caluinum, Seruetus, Valentinus, Stancarus, Osiander, Franciscus Dauid, & qui in Polonia, ac Transilvania, non solum Trinitarij, sed & Ariani sunt, adeoque vix iam amplius Christiani magis deseruerunt, vt manifestum sit ex insigni libello doctissimi P. Antonij Possseuini, de Atheismis Lutheri, Melancthonis, &c. maxime ex refutatione duorum librorum quos Ministri Transilvaniæ pestilentissimos ediderant. Quis sit autem verborum Christi & Ioannis sensus, mox infra dicetur. Ex hac lupina rabie Puritani in Anglia, & omnes nouæ sectæ exorta sunt.

VESTIMENTVM mouium est, quum docent bona opera liberaliter tatum, & per modum gratiarum actionis præstari debere tamquam à filiis non ingratia. Nos autem Catholicos fordidos esse mercenarios, qui nisi per modum meriti, & spe certæ mercedis bene operari volumus. Sed lupina rabies est, quod dum perfectissimum operandi modum, qui ex puro Dei amore fit, solum & vnicum proponunt, ipsos etiam alacres Christianos ad quandam desperationem adigunt, qui dum quod perfectissimum est, & tamen solus bene operandi modus, se assequi non vident, ab omni bene operandi studio delinuntur. Alios verò, bonorum operum, mercede sublata, ad bene operandum profusus ac pigros frigidos reddunt. Virtus (ait Lactantius) mercedem suam à Deo iudice accipiet: quam si tollas, nihil potest in vita hominum tam inutile, tam stultum videri, quam virtus. Sic enim aliqui veteres Philosophi, quia virtutis præmia, quæ sunt æterna, non videbant, ipsam iustitiã pro stultitia habebant, vt Cæneades apud Ciceronem disputat. At verò quantum ad virtutis stimulum, futuræ mercedis consideratio affectat. S. Scriptura clarè docet. Sic Paulus: *si in hac vita tantum in Deo sperantes sumus*, (id est, si mercedem à Christo post hanc vitam non speramus) *miserabiliores sumus omnibus hominibus*. Sic Dauid, *Zuclinani cor meum*

Mercenarios operarios taxare, & operum necessitatem tollere.

Diuinum Inf. lib. 3.

Lib. 3. de Re pu. apud August. de ciuit. Dei. li. 2. c. 21. 1. cor. 15. & psalm. 118.

ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem. Sic Moyses respiciebat in renumeratorem. fugiens aulam, & honores Ægypti. Sic Abraham exiens de terra sua Deo iubente, expectabat fundamentum habentem civitatem cuius artifex Deus, id est, celestem Ierusalem. Sic denique Christus ipse proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Quare & Hebræos hortatur Paulus, vt per patientiam currant aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum & gratias agit Deo de bonis operibus Colossensium propter spem, quæ reposita est illis in caelis. Opus autem mercenarium, & quod non consistit cum caritate, sed vt seruire Deo displicet, saltem apud Deum nihil meretur, illud opus est, quod vel mercedem respicit temporalem, quæ non est per se bona & honesta, nisi ex recto tantum eius vsu, qualis merces non est vita æterna, vel ipsam vitam æternam sub ratione mercedis primò & principaliter, aut etiam solum respicit, idque positiuè & formaliter, præponendo videlicet beatitudinem ipsam amori diuino, & operans bonum, vel hunc solum ob finem, vt beatus sit, & non propter amorem Dei (quod est planè vitiosum) vel principaliter ideò, vt beatus sit, minus autem principaliter propter amorem Dei. Dixi positiuè & formaliter, quia solus mercedis intuitus negatiuè, id est, nec excludendo, nec postponendo amorem Dei, sed non cogitando de illo, solum autem mercedem cogitando, vt fit in idiotis, qui de puro Dei propter se solum amore vel nihil didicerunt, vel non satis aduerterunt, non est vitiosus, nec propriè mercenarius.

19 VESTIMENTVM ouis est, exhibere populo officium diuinum, & preces omnes publicas, lingua cuiusque vernacula & vulgari. Hoc enim quum ad populi instructionem factum videatur, populòque tum rei nouitate, tum apparenti facilitate mirè placeat, ipsi Protestantés quidem magnam apud rudem populum gratiã inierunt: veteri autem Ecclesiæ & Clero ab altera parte, quasi qui tam necessaria ac iucunda instructione populum hactenus summa cum fraude spoliassent, maximã inuidiã confluauerunt. Sed lupina rabies est, & hac ratione primis

Heb. 11.

Heb. 12.

Colof. 1.

Opus mercenarij quale.

Lingua vulgari officia diuina peragere, & vera Dei inuocatione populum spoliare.

in manifestū schisma populum pertraxerunt, effeceruntque, vt relictis Catholicæ Ecclesiæ sacris, ad novas hæreticorū precādi formas, sine vlla legitima auctoritate, introductas, populus confluere, ideoque vera Dei inuocatione, que in sola vnitae animorum consistit, populum spoliarent. Deinde ab omni precandi studio, & deuotione populum fraudulenter, & impiè auerterunt. His enim quæ in vernacula leguntur, attentī, aut cum aliis cantillare compulsi; priuatæ deuotioni vacare nec commodè possunt, nec à Ministris permittuntur. Præterea profus inani spe intelligendi ridiculè, & vanè lactantur. Neque enim rudis populus Scripturæ sacræ loca infinita, vti que vulgari lingua legantur, & recitentur, vllō modo per se intelligere potest, etsi sensum sibi aliquem pro suo quisque cerebro fingat. Denique populo occasionem dederunt ipsas Scripturas ad libitum interpretandi, & non Ecclesiæ tantum, sed & sacrorum quoque mysteriorum expositionem contemnendi. Postremo quum promiscuè vniuersam Scripturam populo legat, magnam subindè populo scandali, & peccati occasionem dederunt, circa nonnullas veteris testamenti historias illis prælectas, & recitatas. Vide Ioan. Ledesima de S. Scripturis & diuinis officiis vernaculè legendis.

Gratiam Dei
exaggerare &
liberum arbitrium tollere.

VESTIMENTVM ouis erat gratiæ Dei efficaciam & potentiam sic exaggerare, vt quicquid boni operis ab homine fiat, id totum Dei gratia in illo, non autem ipse aliquid faciat. Sed lupina rabies est, totum hominis liberum arbitrium contra manifestas Scripturas, & perpetuum Ecclesiæ consensum hac ratione tollere. Vt sic peccatum homini necessarium & inuitabile, ideoque facilè excusabile facerent: virtutis autem studium profus extinguerent, quia iuxta hoc dogma, sic totum est Deo relinquendum, vt frustra aliquid ipsi conemur. Vide opusculum nostrum de iustificatione, lib. 4. cap. 3.

Christum Mediatorem ex-tollere, vt Sanctus intercessio exurgat.

VESTIMENTVM & balatus ouis est, vnum solum Mediatorem Christū Iesum profiteri: Sed lupina rabies est, sub hac propositione verissima, sensum statim falsissimum nefariè cōtra Sanctorum patrocinia, inter-

intercessionem, inuocationem, quasi vel sic vnus Mediator esset Christus, vt nullo sensu alij mediatores esse possint, vel sic, & eo sensu Sancti mediatores, & intercessores habeantur, quo ipse Christus vnus Mediator est. Norūt enim optimè Catholicos Christum cum Apostolo vnum, & solum Mediatorem agnoscere, qui per se, qui immediatè, qui virtute sua, qui plenariè, & ex iustitiæ rigore Patrem interpellet pro nobis: Sanctos autem omnes non per se, sed per Christum: non virtute sua excludendo Christum, sed virtute donorum Christi, (quia merita ipsorum dona Dei per Christum erant) non immediatè & proximè, sed mediante Christo capite cuius membra sunt: non plenariè, sed ex parte, & certa proportione, qualis inferiori membro competit ratione capitis, nec denique ex rigore iustitiæ absolutæ, sed ex diuina misericordia, qui coronauit eos in misericordia, & miserationibus, sic & exaudit eos intercedere Deum pro nobis & esse quosdam mediatores, vt veteres ipsi Patres de sacerdotibus militantis Ecclesiæ, multo magis de Sanctis triumphantis loquuntur. Gregor. Nazianzenus in Apologetico. Chryl. de Sacerdotio lib. 6. & in Esai. Hom. 5. & Cyprianus, b Hieronymus, c Augustinus.

22 VESTIMENTVM & balatus ouis est, quod solum & purum Dei verbum scriptum pro regula fidei, & norma admittunt, & quod Ecclesiā quidem libenter audiunt, sed si iuxta Dei verbum doceat. Catholicos autem accusant, quod Ecclesiam etiam præter, & extra Dei verbum loquentem audire volunt. Hanc ouinam vocem his verbis Calvinus edidit. Hoc, inquit, discrimen est inter aduersarios, & nos. Illi Ecclesiā auctoritatem extra verbum Dei collocant, nos volumus verbo annexam, nec ab eo separari patimur. Sponsa ac discipula est, qua sponso ac Magistro suo semper subicitur. Non ergo ex se sapiat Ecclesiā, sed sapientiæ suæ terminum statuat, vbi ille loquendi finem fecerit. Hæc Calvinus ouis speciem, & vocem egregiè referens.

SE D Lupina rabies est, quod superbus hæreticus non vult Ecclesiam simpliciter audire, vt testem legit

Christus quomodo vnus Mediator.

a l. x. epist. 3.
b in c. 1. Malach.
c Epist. 59.
Solum Scripturam vrgere & Ecclesiæ magisterium exciudere.

Instit. l. 4.
c. 8. num. 15.

Act. 1.

legitimam à Deo constitutam (vos eritis mihi testes, &c.) nec Ecclesiæ simpliciter obedire (dicente tamen Apostolo, *Obedite præpositis vestris, &c.*) sed, vt liberè semper eligendi potestatem habeat, quid vel credere, vel non credere debeat (quod propriè hæresis est, quæ electionem sonat; non nisi sub hac conditione vult Ecclesiæ audire, si ex verbo Dei doceat, idest, verbi Dei testem, & interpretem legitimam remouet, seque ipsum tam Ecclesiæ quàm verbi Dei iudicem constituit. Vult enim iudicium ferre an Ecclesiæ ex verbo Dei rectè iudicet necne. Nos autem Catholici Ecclesiæ Dei simpliciter audimus, non quidem siue verbum Dei sequatur siue non, sed siue hoc nobis constet, siue non: Scimus enim nos ouium de numero esse, non pastorum. Scimus dictum de Ecclesiæ esse, *Qui vos audit, me audit.* Scimus Deum per Ecclesiæ loqui, & *fidem ex auditu Ecclesiæ esse*: ideòque Ecclesiæ siue verbo Dei nunquam loqui, siue scripto, siue tradito, siue etiam contra nouas difficultates inspirato, vt in Conciliis contra hæreses collectis factum credimus. Vide plura in Princip. fidei doctrinal. lib. 8. cap. 10. 18. 19. & 24.

Luc. 16.
Rom. 10.

Legis obedientiam exaggerare vt obediendi impossibilitatem infirant.

VESTIMENTVM ouium est & magna pietatis, species, quòd circa legis obseruatione Dei iustitiam exaggerant, asserentes Deum ab hominibus exigere exactam legis obseruatione, tum quoad omnia mandata seruanda, tum quo ad modum illa adimplendi, ideòque quamlibet transgressionem esse peccatum mortale, neque ex operibus quemquam coram Deo iustificari posse, nisi & vniuersa legis præcepta adimpleuerit, & caritate perfectissima Deo obediuerit. Sed lupina rabies est, quod sic falso exaggerando legis obedientiam, omnem ex bonis operibus iustitiam tanquam impossibilem impiè & nefariè excludunt. Certum autem est ex Scripturis multos in hac vita etiam ex operibus bonis iustos coram Deo fuisse. De Zacharia, & Elizabeth dicit Lucas: *Ambo iusti erant apud Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela.* Dauid vocatur, vt secundum cor Dei faciens omnes voluntates eius. De Aza Rege dicitur, quod, *cor eius perfectum fuerat coram*

Luc. 1.
Act. 13.

1. Reg. 25.

Domini

Domino omnibus diebus suis. Similiter de Iosaphat, & de Ezechia, & Iosia regibus scribitur 2. Paral. 17. 4. Reg. 18. 2. Paral. 34. Et tamen horum omnium quædam peccata in Scripturis cõmemorantur. Zacharias incredulus Deo mutus factus est. Dauidis adulterium & homicidium nota sunt. Iosaphat reprehenditur à Propheta. *opem ferens impio Achab.* Ezechias, *cecidit in elatione cordis sui.* Iosias peccauit, vt apparet 2. Paral. 34. Sunt ergo iusti, & qui mandata obseruant, & qui cor perfectum coram Deo habent, & si nec semper ac perpetuò iustitiam teneant (quod voluerunt Pelagiani, ad quos hac in parte hæretici hodie accedunt) sed aliquando à iustitia excidentis iterum per penitentiam resurgunt, nec in ipsa sua iustitia aliquo tamen peccato leuiori careant, nec denique sic totis viribus Deum ament, quin & alia inferiora pariter diligant, non quidem sic, vt illa Deo præferat, (quod peccatum mortale est) sed tamen sic, vt illa simul ament, ideòque Deum nec perfectè nec solum ament; quod v. l. imperfectio sola est sine peccato, vel certè peccatum veniale quod impedit actum charitatis, non tollit eam. Vide Opusculum nostrum de iustification. lib. 6. cap. 10. & seqq.

Luc. 1.
2. Reg. 11.
2. Paralip.
19. & 32.

24. VESTIMENTVM ouium est & honesta admodum oratio se propter occultas immunditias & vagas libidines, cœlibatum cleri ipsùmque Monachis in vniuersum è medio tollere, omnesque, & singulos ad honorabile coniugium adhortari, adeòque impellere. Sed lupina rabies est, & carnis patrocinium manifestum, Christòque Salvatore ex diametro aduersum, qui laudat *Eunuchos se castrantes propter regnum Dei.* Apostolo quoque contradicunt, qui vult omnes esse sicut seipsum, & hortatur, *viduam sic permanere, & affirmat, virgines si non nubunt, melius facere.*

Matrimonium suadent, vt virginitatem tollant.

Matth. 19.

1. Cor. 7.

VESTIMENTVM ouium est corruptionem naturæ per peccatum Originale inuictam vehementissimè exaggerare, idque ita vt homo semper peccet, ipsaque concupiscentia eiusque primus motus verè peccatum sit, vt sic hominem deiciant, ne de seipso

Concupiscentiam exaggerant, vt Christi gratiam nequeant.

aut

aut suis viribus gloriatur. Sed lupina rabies est, quod ex hac pestilenti doctrina, & baptismi gratiam euacuant, & Christi medicamentum gratiam negant, quasi insanabilis esset natura nostra, & denique consequenter omnem benè operandi facultatem ex altero fundamento euertant. Vide Opusculum nostrum, De iustificatione, lib. 2. & 3.

VESTIMENTVM ouium, est merita bonorum operum negare, quasi hoc esset Christi meritis derogare, nostris qualitatibus & operibus salutem nostram attribueret, ex lege velle iustificari, quod toties cõdem nat. Apostolus ad Rom. & ad Gal. Denique velle causam salutis nostræ cum Christo partiri, vt nõ in solo Deo per Christum, sed etiam in nobis ipsis salutis nostræ causam ponamus, & consequenter meritorum Christi insufficientiam statuere, quod blasphemum est. Hæc enim sunt, quæ prætexere & oblicere solent. Sed lupina rabies est, quod hoc pestilenti furo, non solum virtutis studium extingunt, sed & ipsius Christi mortis ac meritis, quæ amplificare velle videntur, vehementer detrahunt, maximamque iniuriam inferunt. Mortis enim ac passionis Christi gloria hæc est, quod non solum pro nobis meruit, sed etiam quod nobis nostrisque operibus merendi vim & efficaciam præbuit: videlicet, Spiritum gratiæ suæ, seu, quod idem est, donum caritatis per Spiritum Sanctum suum cordibus nostris infudit, & infundi promeruit, cuius doni beneficio & iuste operamur, legemque implemus, & implendo legem, iusteque operando apud Deum meremur. *Cum Paracletus venerit quem ego mittam vobis à patre meo, ille testimonium perhibebit de me: scilicet, per opera gratiæ non tantum miraculosa, sed etiã virtuosã, quæ virtute S. Spiritus facietis.* Nam de hoc spiritu gratiæ per Christum donando, Christus ipse sic loquitur. *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aqua viva: hoc autem dixit de spiritu quem accipientes essent credentes in eum. Nondum enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus, id est, nondum per passionem clarificatus.* Nempe gratia Spiritus S. quæ est radix operum nostrorum, est aqua viva saliens in vitam æternam, id est, efficax ad meritum vitæ æternæ. Sed

hanc

hanc gratiam Christus per passionem confirmatus (Heb. 5.) & exaltatus à terra (Ioan. 12.) & clarificatus (quod de se Christus pronunciauit, quum ad eum tradendum Iudas à Cœna surgeret & exiret) nobis prouiderit omnia irabens ad seipsum, id est, ad fidem & cultum nominis sui, & dans semetipsum pro nobis, vt mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Nec hoc est partiri cum Christo, sed totum Christo dare, cuius dona sunt nostra merita: vnde non nostris operibus, vt ex nobis, & tantummodo nostris, sed vt ex gratia Christi, ideòque origine Christi proprietate nostris, salutem seu vitæ æternæ coronam tribuimus. Nec denique ex lege iustificamur in sensu Apostoli, id est, ex sola doctrina legis sine fide in Christum, & sine adiutorio gratiæ Christi, vt Iudæi volebant. Ignorantes propterea Dei iustitiam, & suam volentes cõsuetudinem. Nec postremo vllam in meritis Christi insufficientiam ponimus, sed cum Apostolo agnoscentes Christum per passionem consummatam causam salutis fuisse omnibus obtemperantibus sibi, id est, credentibus in eum, obedientibus ei, seruãntibus mandata eius, per bona opera certam suam vocationem facientibus, ac denique per vim & violentiam cælum rapientibus, id est, legitime contra carnem, mundum & diabolum certantibus, vt coronam accipiant. Neque enim coronabitur, nisi qui legitime certauerit.

VESTIMENTVM ouium est Scripturas sacras vernacula lingua legendas populo promiscue tradere. Magno enim cum applausu dicunt Scripturas esse librum fidelium, & cibum animæ spiritualem, omnibus necessarium, ideòque omnibus communicandum. Catholicos verò Prælatos qui promiscuam Scripturarum lectionem populo fideli negant, aut partim ipsam Scripturam infamare, quasi materiam falsi partim plebem Christianam accusare, quasi ad hæreses propensam, partim denique tollere à populo clauem scientiæ, vt olim Pharisæi faciebant, nec ipsi introeuntes, & eos qui intrare volunt, prohibentes; Postremo, proprio hac in re honori & commodis consulere; vt semper ab ore ipsorum populus famelicus pedere cogatur. Hæc hodie hæretici magno cū rudis

m

pop

Merita bonorum operum negant, vt studium bonorum operum tollant.

Ad. 1.

Ioan. 15.

Ioan. 7.

Ioan. 4.

Ioan. 13.

Ioan. 12. Tit. 1.

Ad. 4. & 2.

Ad 3.

Rom. 10.

Ad 5. Heb. 5.

2. Petr. 1.

Matth. 11.

2. Tim. 2.

Scripturas vulgo tradunt, et vulgus per illas perducunt.

populi applausu, magno pietatis prætextu, magna cum ouina mansuetudinis opinione amplificant.

Sed lupina rabies est, quod sub hoc prætextu primum occasionem populo dederunt, pro suo sensu vnumquemque Scripturas exponere, quo vno malo nihil est in Ecclesia Dei pestilentius, quia vnitatem fidei, & animorum illa licentia profus subuertit. Secundò effecerunt, vt Ecclesiæ interpretationem circa Scripturas populus contemneret: & sic omnem obedientiam fidei populo necessariam (oues enim sunt non pastores, & audire iubentur non docere) sustulerunt. Tertiò etiam contra ipsos ministros, & superintendentes nouos, populi linguas, & iudicia acuerunt, Scripturas enim promiscue legentes, & pro suo quisque arbitratu interpretantes nec suos Ministros audire dignantur, vnde sectarum, & schismatum, & hæresum quotidie semina iacta sunt. Est autem scriptura liber fidelium, sed non omnium, quasi ab omnibus intelligi possit, vnde sapientius S. Ambrosius vocat Scripturas, *librum sacerdotalem*. Est cibus animæ, sed per ora pastorum, & doctorum distribuendus. Illi enim sunt prudentes dispensatores, quos constituit Dominus super familiam suam, vt dent illis in tempore tritici mensuram. Scriptura non est materia falsi per se, sed per occasionem, sicut, *lex est causa peccati, & auget præuicationem, licet, mandatum per se sit sanctum, & bonum*. Plebs fidelis, non accusatur, vt procliuus ad hæreses sed multi in plebe accusantur, non à nobis, sed à S. Petro, in Scripturis factis, vt in docti. vt instabiles qui deprauant Scripturas ad suam perditionem. Denique, non est ipsa Scriptura clauis scientiæ (vt docet Origenes) sed donum Prophetiæ, & interpretatio quam accepit, Ecclesia in suis magistris (neque enim omnes Propheta, sed quosdam dedit Christus prophetas, pastores, doctores, &c.) est illa clauis: & hanc isti lupi sub specie ouina tollunt à populo, dantes illis Scripturam quæ est scientiæ clauis, & tollentes Ecclesiæ interpretationem, quæ est clauis spiritualis, & vna ex clauibus regni cælorum, quam Ecclesia in Petro accepit. Postremò nec suo honori, nec suis commendis hac in re Prælati consulunt, sed saluti ipsius populi.

populi, cui non magis expedit Scripturas promiscue in vulgari legere, quam puellis, & paruulis enses, ac cultros committere. Quibus displicet, quòd ab ore Pastorum populus fidelis pendeat, arguant, & illi Christum ipsum, qui hunc ordinem constituit, vt Pastores & Doctores essent, qui populum pascerent, docerent, regerent. Sed horum Magistri sunt Dathan & Abiron igne cælesti consumpti, quorum illa contra Moysen vox erat. *Omnis multitudo Sanctorum est, & in ipsis est Dominus.*

Num. 16.

28 VESTIMENTVM ouium est, quòd aiunt se Sacras Scripturas non solum nobiscum, sed; & magis, quam nos venerari. Rabiem tamen luporum intus alunt, quòd nõ totum corpus Scripturarum Catholicarum nobiscum agnoscunt, sed varias partes prout illis libitum fuerit è Canone Sacrarum Scripturarum resecat, vt libros Machabæorum, Ecclesiasticum, Epistolam Iacobi, secundam Petri, & alia quædam more veterum hæreticorum, vt plurimis exemplis alibi ostendimus. Sane teste Tertulliano in præscriptionibus, & D. Hieronymo in proœmio Comment. in Epist. ad Titum, *Omniũ hæreticorum iste mos est, quidquid contrarium suo dogmati videtur, vel credere, vel etiam integrũ repudiare. Quare nihil à suis maioribus alienum nostri hodie faciunt.*

In princip. fid. lib. 9. c. 5.

29 VESTIMENTVM ouium est, quòd aiunt se omnium Christianorum more Symbolum Apostolorum credere, tenere, & profiteri. At, rabies lupina est, quod varios huius Symboli articulos reipsa negant. Neque enim credunt Sanctam Ecclesiam Catholicam & Apostolicam. Non credunt per omnes ætates à Christo passo Christi Ecclesiam in Orbe terrarum extitisse, & visibiliter floruisse. Non tenent communionem omnium Gentium, nec illam Ecclesiam credunt, quæ per orbem terrarum, & hodie diffunditur, & per omnes ætates plüs minüs diffusa fuit. At, hæc duo significat vox 2 Catholica. Rursum non credunt illam Ecclesiam quæ origine sua Apostolica est, hoc est, quæ per continuas Pastorum, & populorum successiones ad aliquos 3 Apostolorum suam originem referre potest, Deinde,

Symbolum profiterentur, & Symboli varios articulos negant.

Ad 1.
De fid. ad Grat. 1. 3. c. 7.
Ad 2.
Ad 3.
Rom. 7.
Ad 4.
2. Petr. 3.
Ad 5.
De princip. lib. 4. c. 2.
1. Cor. 12.
Ephes. 4.
Ad 6.

non credunt remissionem peccatorum, nec illam, quæ in Ecclesia per claves Ecclesiæ fit (docet enim Apostolorum successores non verè solvere peccata, sed tantum declarare solutos per Euangelij prædicationem) nec illam, quæ ab ipso Deo fit. Docent enim imputatiue tantum non verè remitti peccata, idèoque omnia opera nostra esse semper peccata. Præterea non credunt Christum descendisse ad inferos, Exponunt enim hoc factum fuisse, quum in cruce pendens, pœnas damnatorum Christus sustineret, quod omnibus Christianis hætenus inauditum fuit. Vidè de hoc articulo elegantem, & doctissimum tractatum Henrici Vici. Postremò non credunt communionem Sanctorum, aut eorum, qui in terris sunt, à quorum communiōne recesserunt, & vniuersum ferè cultum in quo hæc communiō maximè relucet, violauerunt, nec eorum, qui in cælis sunt, quorum nec preces, nec caritatem, nec merita yllò modo nobis prodesse dogmatizant, atque adeò omne nostrum cum illis commercium impiè, & profanè tollunt.

Sacramenta verbo tenent, se tota negat.

VESTIMENTVM ouium est, quòd Sacramenta Christianorum retinere se fingunt, At, lupinara-bies est, quòd ex septem, duo tantum retinent, & illis duobus omnem efficaciam gratiæ demant, nec per Sacramentum, sed per fidem Sacramenti remitti peccata, & conferri gratiam dogmatizant, quod totum auribus Christianis nouum, & inauditum est. Tot modis, & multo pluribus heretici horum temporum sub vestimentis ouium lupi rapaces sunt, quod, vt omnes intelligant, opera precium est.

Hereticorum fructus proprii,

Ex fructibus eorum cognoscetis eos.
Locus proprius docendi populum, vnde heretici cognosci queant. Docet Saluator, ex fructibus eorum illos cognosci, quia ex mala arbore nemo colligit bonos fructus, nec ex bona arbore malos fructus. Videndum igitur diligenter, qui sunt proprii fructus hereticorum quatenus talium. Nam, vt ex mala arbore, quatenus mala est, numquam colligitur

igitur bonus fructus, verbì gratia, ex spinis vel radice spinarum non nascitur vua, nec ex bona arbore quatenus bona malus fructus colligitur, vt verbì gratia, vitis non producit baccas spinarum, attamen nulla est arbor tam mala, quin aliquid boni producat, & ad aliquid sit utilis, quia ipsa ligna spinarum ad multa conducunt, nec aliqua arbor tam bona est, quin per accidens aliquid mali coniunctum habeat: (nam, & ipsum triticum producit paleam) sic omnino, & eodem modo, nec vllus hereticus tam perfidus, aut improbus est, vt non aliqua doceat, & aliqua bona faciat (hæc enim sunt vestimenta ouium, quibus induuntur, vt melius fallant) nec vllus Catholicus Pastor, tam vel in doctrina vel in moribus purus ac sincerus est, quin aliquando vel halucinetur vel peccet: tamen hereticus in quantum hereticus numquam bonum doctrinæ fructum profert: nec Catholicus Pastor quatenus talis, i. Cathedræ, quam tenet doctrinam proferens: vniquam impiam doctrinam docet. Ob quam causam Christus, de malis, sed Catholicis Pastoribus dixit: *Super Cathedram Moysi sederunt, &c. Omnia ergo quaecumque dixerint vobis, seruate, & facite.* Hereticorum igitur hoc loco fructus ex quibus cognosci debent, nec sunt aliqua vera, quæ docent, (illa enim à nobis Catholicis acceperunt, non ex seipsis loquuntur) nec sunt semper ipsa opera, quæ faciunt seu bona seu mala (bona enim non ex radice hæresis procedunt, sed per accidens illi insunt, & sunt quasi botri inter densa spinarum pendentes: cautè mitte manum ne dum vnam boni operis colligere vis, spina hæresis te pungat, mala verò non semper ex ipsa hæresi, sed aliquando ex persona improbitate proueniunt) sed sunt partim dogmata ipsa hæretica, falsa, & impia, quæ singulis hereticis sunt propria, & à singulis archihæreticis (de quibus hic potissimum Saluator loquitur) propriè adinuenta, partim etiam quædam mala opera hæreticis propria, & ex ipsa heresis radice pullulantia. Talia enim sunt proprii eorum fructus, vt potè, quæ illos proprios auctores, & parètes habet. Quod ad prius attinet, Atij proprius fructus erat negare

Matth. 23

Proprij hereticorum fructus duplices.

1. Genus.

Christum Patri consubstantialem : Macedonij proprias fructus erat negare Spiritum Sanctum Patri & Filio coequalē. Hodie Lutheri, Caluini, & aliorum Archihæreticorum proprii fructus erunt, propriæ eorum hæreses, & propria dogmata nouiter introducta : vnde qui talia dogmata tenent, Lutherani, vel Caluini vocantur. Quare Theodoretus sic Christi verba exponit. *Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Impia enim, & execranda dogmata per se sufficiunt ad summi patrem ostendendum.* Attamen, quod ad dogmata attinet, diligenter hoc loco aduertendum, non quauis impia dogmata fructus illos hæreticorum esse, vnde à populo fideli cognoscantur, de qualibus hic Christus loquitur. Neq; enim populus fidelis de ipsis dogmatibus iudicare potest, qualia sint in seipsis, quibusve fundamentis, vel argumentis, aut euerti possint ab orthodoxis, aut stabiliri à suis. Hoc enim artis, & industriæ est, qua populus etiam fidelis caret. Sed duobus modis potest populus fidelis ex falsis dogmatibus, vt ex propriis fructibus hæreticos cognoscere. Primum, ex doctrina ipsa generaliter accepta, videlicet in quantum noua est, & inaudita, & præter notissimam fidei regulam, quam iam olim acceperunt. Sic enim hortatur Scriptura populum fidelem, quando de cauendis hæreticis agit. *Si quis Euangelizauerit vobis præterquam quod accepistis, Anathema sit.* Rursum. *Obseruare eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam quam vos didicistis faciunt, & declinate ab illis.* Iterum. *Doctrinis varijs, & peregrinis nolite abduci.* Deinde. *In eadem permanemus regula.* Et ad Timotheum. *Profanas vocum novitates deuota. Denique S. Ioannes, Quod audistis ab initio in vobis permaneat.* Hæc omnia docent fideles attendere à falsis Prophetis, & probare Spiritus, an ex Deo sint, non per examen, & discussionem particularem ipsorum dogmatum in se, & in causis suis (hæc enim Pastorum, & Doctorem est, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali,) sed per hoc quod noua est, & peregrina, quod præter id quod accepimus, & audimus ab initio, quod præter doctrinam quam didicimus, & contra regulam in qua permanemus. Hoc autem iudicium quiuis fidelis adhibere

habet potest, quia fidei iudicium est, quod omnibus commune est. Sic Apostolus assumens pro argumentato propositionem quandam fidei, ad ipsum Corinthiorum fidelium iudicium se refert. *Prudentibus loquor, vos ipsi iudicate quod dico. Calix benedictionis, cui benedicimus, nōnne participatio sanguinis Christi est?* De hoc etiā iudicio fidei sic scribit Augustinus: *Non de Gene. ad magnum est tunc discernere spiritum, quum ad aliqua peruenit, vel produxerit, que sunt contra bonos mores, vel contra Regulam Dei. Tunc enim à multis discernitur.* Hæc ille. Sic his nostris temporibus quum hæreticus negaret esse septem Sacramenta, Confessionem peccatorum Sacerdoti faciendam, Missæ Sacrificium, inuocationē Sanctorum, Orationes pro defunctis, & similia, facilis erat cuiuis è populo fideli, ex tali fructu falsum Prophetam cognoscere, ideoque ab illis diligenter cauere, & attendere. Quod quicumq; non fecerunt, contra Christi mandatum in hoc Euangelio peccauerunt. Alio modo ex falso dogmate tamquam proprio fructu hæreticus cognoscitur, quando ex ipso dogmate mala opera nascuntur, vel quando ipsum dogma ad vitæ morumque improbitatem homines perducit, vt hodie hæreticorum nostrorum valde multa, sicuti suprā ostendimus. Videlicet, dogma de sola fide iustificante, de imputatiua iustitia, de certitudine gratiæ, contra merita bonorum operum, de corruptione naturæ per peccatum Originale, & alia multa. Tale etiam illud Lutheri dogma erat. *Si non vult vxor, veniat ancilla. Item non magis à copula carnali quàm à spiritu eiciendo abstinere virum posse.* Item, *Dei mandata esse impossibilia. Omnia opera nostra esse immunda, & in omni bono opere hominem peccare. Deniq; omne peccatum esse mortale.* Ex his enim sceleratis dogmatibus tāquā expellens arborib⁹ variè impietatis pessimi fruct⁹ enati sūt. Tales autē fructus facillè cognoscuntur, quia contra bonos mores faciūt, sicut præcedentes cōtra regulam fidei, quæ duo statim discernuntur, vt s. dixit August. *Quod ad posterius attinet, mala opera hæreticis propria, & ex quibus propterea tāquam ex propriis eorū fructibus cognosci possunt, sunt superbia non vulgaris, sed specialis quædam contra Ecclesiam præsent*

Hæret. sub. lib. 3.

Ex fructu falsæ doctrine, dupliciter hæreticum cognoscere populus potest.

Gal. 1.

Rom. 16.

Hebr. 13.

Phil. 3.

1. Tim. 6.

1. Ioan. 2.

Hebr. 5.

Mala quædam opera proprii hæreticorum fructus.

presentes Prælatos, & antiquos omnes doctores. Itē odium huius aut illius, sed totius Ecclesie, aut certē Præpositorum eius, pertinacia, inuidencia, inobedientia, ambitio, avaritia, & hypocrisis quædam singularis. Denique, quæ ex his consequi solent, direptio & vastitas Ecclesiarum, subuersio Regnorū & Rerum-publ. totius populi dissolutio. Hos fructus hereticorum, tum Scriptura nos docet, tum tota antiquitas obseruauit. Sic Apostolus, *Erunt homines seipfos amantes, elati, superbi, &c. habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, id est, Euangelium in ore, caritatem in lingua, sed odium Ecclesie in corde, sacrilegia in opere, superbiam in pectore. Rursum, Non Domino, sed ventri suo seruietes, per dulces sermones seducunt corda innocentium. Et iterum. Eiusmodi Pseudoapostoli sum operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Sic ad Timotheum. Discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, in hypocrisis loquentium mendacium. Denique Petrus. In avaritia scilicet verbis de vobis negotiabuntur. Ac postremo ad Titum Paulus. Docentes quæ non oportet turpis lucri gratia. Ex huiusmodi fructibus cognoscuntur lupi sub vestimentis ouium, & hæretici sub titulo verbi Ministrorum. Quare sic hæreticum definit Augustinus, Hæreticus est, qui alicuius temporalis commodi, & maxime gloriæ principatusque sui gratia, scilicet ac nouas opiniones vel gignit, vel sequitur. Omnis enim hæreticus, vel propter temporale commodum, vel propter nominis sui gloriam cōparandam, Catholicæ Ecclesie vnitate ac fidem destruit. Exempla sunt hæc: Tatanus Encratarum auctor, tumere disciplina inflatus, tanquam alius scientia superior, pecularem cepit promulgare doctrinam. Thebutes vnus ē septem primis Hæresiarum, Ecclesiam antea virginem deprauiuit, eo quod in Episcopatus petitione repulsam fuisset. Montanus, Asia primatus inmodica cupiditate captus, nouam hæresim introduxit. Florinus, & Blastus similiter eo quod Romæ ad presbyterij ordinem admitti non poterant. Nouatus Romæ presbyter quia pontificatum Ecclesie Romanæ adipisci non potuit, ab Ecclesia se segregauit proprios cœtus colligere. Idem scribit de Valentino Tertul. in præscript. heretic. & de*

2. Tim. 3.

Rom. 16.

2. Cor. 11.

1. Timot. 4.

2. Petr. 2.

Tit. 1.

De util. credendi cap. 1.

Niceph. l. 4. c. 4. hist. Eccl.

Euseb. l. 5. c. 15.

Niceph. li. 4. cap. 7. c. 20.

& Ambros. libr. 1. c. 15.

de penit. Niceph. lib. 5. c. 13.

Libr. 8. c. 7.

lib. 14. c. 32.

de Aërio Epiphanius, hæres. 75. Arius contempto Episcopo suo Alexandro ad eam superbiam, prouectus est, ut nullus ex veteribus Ecclesie Pastoribus secum confendos existimaret. Nestorius expedita lingue volubilitate elatus, animum ad veterum scripta non intendit, sed seipsum omnium præstantiorem esse duxit. Aëtius Clementem, Africanum, Origenem, viros omni doctrinæ & sapientie genere excellentes prorsus reiecit. Eiusdem vox erat, se Deum non minus quam semetipsum cognoscere. Manichæus se, Apostolum Christi nominavit, & de creatione primorum parentum disputaturus, ut (inquit) veritas istius rei sese habet, ab vniuersis fore gentibus ignoratur, & ab omnibus qui etiam de hoc diu. multumque disputauerunt. Hæc ille apud Augustinum. Denique de omnibus hæreticis hoc notat Irenæus. Qui relinquunt præconium Ecclesie, imperitiam sanctorum presbyterorum arguunt. Et iterum, Vniuersisque fictionem quam a semetipso adinuenit, illam esse sapientiam dicit, seque indubitate & incontaminata, & sincere absconditum scire mysterium. Et rursum de cuiusdam Marci discipulis, ait, Perfectos semetipsos vocabant, quasi nemo posset ex æquari magnitudinem agnitionis ipsorum, nec si Paulum aut Petrum dicas, vel alterum quendam Apostolorum. Elchæxi librum quendam componebant, quem dicebant descendisse de cælo, teste Theodoro. Sic hodie Lutherus in libr. contra Regem Angliæ. certus sum me mea dogmata habere de cælo. Et ille passus repulsam in promulgatione indulgentiarum prælato illi Ioanni Terzelio Dominicano cœpit contra Ecclesiam insanire.

Socr. lib. 2. c. 28.

Theod. her. fab. lib. 4.

Contra epist. Fundam. c. 12. lib. 5.

Lib. 3. c. 2.

Lib. 1. c. 5.

Heret. Fab. lib. 1.

Nunquid colligunt ex spinis vnas, aut ex tribulis ficus?

QUO S fructus intelligat Christus, ex parte explicat subiungens. Nunquid colligunt ex spinis vnas, aut ex tribulis ficus: Si prædicator docet vnitatem & caritatem, argumentum veri prophetæ est. Vuarū enim racemus multa grana vni pediculo adharrentia cœret, Ficus grana multa vni pedamento coniuncta continet Hæretici non vnitatem, sed dispersionem,

Paulus à paulo in Matth. c. 7.

nec caritatem sed odium totius Ecclesiae docent. Rursum vna, & ficus fructus sunt dulcissimi & suavissimi. Hæreticorum opera, & fructus sunt odia, inimicitia, lites, bella, fraudes, luxuria, licentia. Tertio ficus, & vnae valent, vt Galenus auctor est, si prædicator teporem licentiãq; prædicet, falsus Propheta est, qualis olim erat Iouinianus, de quo sic S. Hieronymus scripsit. *Egregia sanè vox, quam audiat sponsa Christi. Rarò ieiunate, crebrius nubite. Qui semel in Christo baptizatus est, cadere non potest.* Hæc olim Iouinianus: hæc hodiè nostri hæretici prædicant. Quarto ficus & vnae pingues reddunt edentes, eodem auctore Galeno in libr. simplicium alimentorum. Bonus prædicator pinguiore reddat animas audientium. Hæreticorum hodiè doctrina & prædicatio quales suos effecerit auditores, tum experientia ostendit, tum ipse Lutherus falsus est, in Sermone Dominic. prim. Aduentus, alique post eum Ministri multis verbis conquesti sunt, vt Musculus in libr. de prophetia Christi, & maximè conciones de planetis excusæ Tubingæ an. 75. Aiunt suos decies sub Euangelio deteriores factos, quàm sub Papatu erant.

Lib. 2. contr. Iouinian.

Vide Mart. Eusebium in sua Embana.

Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.

Hæreticorum impia expositio refutatur.

Locvs idoneus defendendi à praua hæreticorum hodiè interpretatione, hunc textû, ex quo videlicet impiè colligunt omnes etiam in Christo renatos semper peccate, semper esse propter carnem immundos, semper facere fructus malos, quia semper sunt arbores malæ, propter naturam corruptam & sanitatem per Christum, inchoatam quidem per fidem, sed non ita perfectam per gratiam, vt possit veræ iustitiæ opera, & in Dei iudicio accepta proferre. Hæc illi ex hoc loco ratiocinantur. Quibus sic responderi potest. Arbor mala quæ non facit fructus bonos, nec est natura nostra quasi malum quoddam à malo princi-

1. lib. de heres. lib. 1. c. 3.

principio creatum (vt Manichæi dicebant teste Augustino) nec coniugium, vt volebant Pelagiani eodem referente Augustino, contra Iulianum) nec malus minister Sacramenti (vt Donatistæ, cauillabantur apud eundem Augustinum contra Petilianum li. 5. c. 44.) nec denique est ipsa caro aut vetustas corruptæ naturæ relicta, vt isti docent, Manichæis hac in parte valde affines, sed est ipsa hominis voluntas: quod Christus ipse aliis verbis in Euangelio clare docuit, quum diceret. *Aut facite arborem bonam & fructus eius bonos, aut facite arborem malam & fructus eius malos: siquidem ex fructu arbor cognoscitur.* Nemo certe facit naturam suam bonã vel malam, sed voluntatem suam quisque vel in bonum, vel in malum liberè stectit, indeque opera producit vel bona vel mala. Sic apud Ezechielem legimus. *Facite vobis cornu nouum. Quæ quidem verba non sunt contra gratiam Dei* (ait August.) *quam predicamus. In voluntate quippe hominis est mutare voluntatem in melius, sed ea potestas nulla est nisi à Deo detur.* Renatus ergo in Christo propter bonam voluntatem est arbor bona. *Gratia enim sanat voluntatem, vt sancta voluntas impleat legem,* ait August. in libr. de Spiritu & lit. Ob quam causam quum primum appareret in mundo medicus noster, cecinerunt Angeli, *Pax hominibus bona voluntatis.* Hæc bona voluntas proferit fructus bonos, de quibus Apostolus dicit. *Fructus spiritus* (habent autem renati Spiritum Dei) *est caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, &c.* Denique bona arbor & mala arbor, hoc loco est bona & mala voluntas propter bonam & malam in ea radicem. In bona voluntate radix bonorum operum est. *Caritas diffusa in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis.* In mala voluntate radix omnium malorum est cupiditas. Hæc duæ radices, hi duo amores fimiles sibi fructus proferunt, dissimiles proferre non possunt. Ostendunt ergo cuiusque opera qualis sit eius voluntas, quæ intentio, quis animus, sit ne hypocrita, an iustus, sicuti fructus ostendunt qualis sit arbor, si cuse an spinetum. Hoc Christus in isto Euangelio docere voluit, & voluntatis non naturæ vel prauitatem vel bonitatem ostendere.

Non natura, sed voluntas nostra praua est.

Matth. 12.

Cap. 18.

Retract. lib. 1. cap. 22.

Cap. 9. Luc. 2.

Gal. 5.

Rom. 5. 1. Tim. 6.

Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum celorum. sed qui facit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum celorum.

Necessitas bonorum operum.

Locus insignis, euidens, & manifestus, contra hæreticorum hodiè solam fidem, & pro bonorum operum necessitate ad salutem, in iis qui per gratiè operari possunt. Nemo enim dicit Christo, Domine Domine, nisi credat in Christum. Multi etiam infideles dicunt, Domine Domine, quia nulla natio est, quæ non aliquè Deum colat. Sed nemo dicit Christo, Domine Domine, nisi qui credit in Christum. *Quomodo enim invocabunt, in quem non crediderunt? & Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto.* Et notandum quod non dicit Christus, Non omnis qui dicit, Domine, Domine, sed *non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, id est, non omnis qui credit in me, & inuocat nomen meum, intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem Patris mei.* Non sola fides, vel sola inuocatio nominis mei, saluabit credentem vel inuocantem, sed *facere voluntatem Dei, facere bona opera quæ Deus vult, et faciamus, illud demum salutem adferet.* *Hæc est autem Dei voluntas sanctificatio vestra.* Et alibi post multa bona opera commemorata. *Hæc est, inquit, voluntas Dei in Christo Iesu.* Et rursum iuxta huius Euangelij verba ait. *Patientia vobis necessaria est, ut facientes voluntatem Dei reportetis reprobationes.* Vbi diligenter notandum contra hæreticos, quod promissiones Dei non sola fide nituntur, sed facièdo voluntatem Dei reportantur, & acquiruntur. Omnes hodie hæretici per suam fiduciam, & specialem fidem dicunt Christo, Domine Domine, & credunt firmiter se per hanc solam fidem saluandos: credunt se per Christum per propitiationem per illum factam, & per fidem qua promissiones Dei apprehendant, sine vilo dubio saluos fore. Sed hanc detestabilem præsumptionem, & falsam fidem Christus Dominus in hoc textu Euangelico prorsus

Rom. 10.

1. Cor. 12.

1. Thess. 4. & 5.

Heb. 10.

sus condemnat, & prorsus negat, quod hæretici pertinacissimè affirmant. Quare multum vgeri, & amplificari hic locus potest ac debet. Docet enim hic locus non solum præsentiam bonorum operum aut congruentiam, quam moderatiores hæretici admittere videntur pariter cum fide, sed docet quoque necessitatem bonorum operum: docet solam fidem & inuocationem nominis Christi non sufficere, Docet factorem & operatorem bonum saluari.

DOMINICA OCTA-

ua post Pentecosten.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut quum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Zuc. 16.



Locus insignis ad duo fidei nostræ capita contra horum temporum hæreticos ostendenda. Primum ad meritum Eleemosynæ, quod ut cæterorum omnium bonorum operum negant hæretici. Secundum ad patrocinia Sanctorum in altera vita, quod etiam odiosissimè negant. Docet enim Christus Dominus diuites omnes, ut exemplo prudentis villici, ex eleemosynis erga pauperes, eos sibi amicos faciat. *id est patronos,* (ait Gregorius Magnus) ut quum defecerint, id est, quum ab hac mortali vita recesserint (sic enim omnes interpretes exponunt, August. de Ciuit. Dei lib. 21. c. 14. Cyprianus in Sermon. De eleemosyna, Chrysostr. 33. ad pop. Anti. Hieron. q. 7. ad Algasia, Theopylactus, & Euthymius in hunc locum) partim sua intercessione, partim etiam operis merito eos invitam æternam perducant. *sic nobis amicos de terrestribus literis* (ait Cyprianus) *prouida operatione facimus, vbi supra, qui nos postmodum in æterna tabernacula suscipiant.* *Iusti enim & Sancti* (ait August.) *significantur hoc loco, qui eos introducunt in tabernacula æterna, qui necessitatibus suis terrena bona communicauerint.* *De quibus etiam dicit, quod si*

Eleemosynæ meritum & Sanctorum patrocinia.

Moral. li. 21. c. 14.

L. Euangel. lib. 2. q. 37.

quis alicui eorum calicem aqua frigida dederit tantum in nomine discipuli, non perdet mercedem suam. Hæc Augustinus. Est enim quedam fidelium vita non tam bona (ait alibi Augustinus.) ut ad beatitudinem celestem adipiscendam eis ipsa sufficiat, nisi eorum meritis quos amicos per eleemosynam fecerunt, misericordiam consequantur. Hæc ille. Vbi etiam hujc Dominicæ sententiæ illam aliam Domini sententiam simillimam esse dicit. Qui recipit prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Rursum huic sententiæ Dominicæ similis & illa Apostoli est (sicuti notavit S. Gregorius loco citato) quæ dicit. Ex equalitate in presenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia vestra inopia sit supplementum, id est, ut abundantia meritorum in sanctis pauperibus (nam de sanctis & bonis pauperibus loqui hoc loco Apostolum, docet, & probat S. Augustinus ex aliis Christi verbis. Quod vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis, vbi per minimos intelligit voluntarie pauperes) suppleat inopiam meritorum in diuitibus (quorum videlicet vita non est tam bona, ut ad salutem sola sibi sufficiat, sicut idem supra docuit Augustinus) sicut ipsorum diuitum abundantes diuitiæ suppleant presentem inopiã pauperum. Porro hæc eleemosynarum retributionem in hodierno Euangelio insinuatam apertius explicat in alio Euangelio Christus, vbi formam iudicii extremi describens futurum ait, ut bonis ac iustis dicatur. Possidete paratum vobis regnum, &c. Esuriri enim, & dedistis mihi manducare, &c. Vbi causa possidendi regni explicatur esse ipsum opus bonum Eleemosynæ, non quibusuis, sed Christi fidelibus & propter Christi amorem factæ. Porro eleemosynæ meritum, & vim maximam etiam ad placandum Deum, & ad redimendam peccata, id est, ad pœnas peccatorum mitigandas perspicue docuit Daniel propheta sic Regem Nabuchodonosor alloquens, Consilium meum o Rex placeat tibi: peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordias pauperum. Forsitan ignoscet delictis tuis. Quæ Scripturæ verba apertissima, & huius Euangelij verbis maxime consentanea hæretici horum temporum pœnitentia peruertere plurimum fat-

De ciuit. Dei lib. 21. c. 27. Matth. 10.

2. Cor. 10.

Serm. 34. de verbis Domini.

Matth. 25.

Dan. 4.

gerunt, idq; ex textu Hebraici, vel crassa ignorantia vel corruptione maleuola. Aiunt enim nec vocẽ *isda-cha* צדקה proprie eleemosynã significare, sed iustitiã, nec vocẽ *parach* פָּרַק proprie significare redimere, sed contere, ideòque sic verti debere. Peccata tua iustitia contere. Sed in vtroque vocabulo, vel turpissimè hallucinatur, vel impiè cauillantur. Quod ad prius enim attinet, in libro Hebraico vetusto qui inscribitur *sententiæ Ben Syra*, in trilingui dictionario Munsteri, in dictionario 7. linguarum, & in comm. Aben. Ezrae super decalogum צדקה significat proprie eleemosynam. Certè Sebastianus Munsterus in suis annotationibus in Euangelium Matth. 6. docet hanc vocem צדקה Hebraicis significare, & iustitiã & eleemosynã. Syrus paraphrastes noui Testamenti pro eleemosyna ponit Syriacè זָרְקָה *Eleemosyna tua*: quæ ab Hebræa נָן voce deducitur, mutata prima ז in ו: & vltimo ה in מ: quod hic propter affixũ deficit. Certè in Talmud in tractatu Sanhedrim collectores eleemosynarũ dicuntur passim גַּב או צדקה. Quid, quod in libro Tobia Hebraico nuper Constantinopoli inuento, & à Paulo Pagio in latinum verso, pro voce eleemosyna (cuius ibi frequens sit mentio) ponitur semper צדקה. Quod ad posterius vocabulum attinet, Chaldaei (quorum lingua scripsit Daniel) pro redimere nullum aliud verbũ habent præter קָרַפּ: ut apparet ex Chaldaeis Paraphrasibus quibus mos est Hebræorum: & ibidem pro *redemptio*, Syriacè legitur פָּרַדְנָא. Nec aliam ob causam impius Mahomet suas blasphemias nãnas appellat arabicè *ألفردنو*. i. ipsa redemptio. Postremo etiam Hebræi in hac significatione hoc vocabulo vsi sunt: ut patet euidenter ex Pl. 136. (iuxta computationem Hebræam, vel vt nos computamus, 135, ver. 24, vbi pro eo quod nos habemus, *Et redemit nos ab inimicis nostris*, textus Hebræus habet, &c. ויפְרַקנו à rad. פָּרַק. Ista hoc loco paulo curiosius exposuimus, quia hunc tam expressum, & disertum locum pro eleemosynæ virtute ac merito, omnes hodiè hæreticæ versiones flagitiosè peruertunt, &

Paris. 168. apud Ioan. Beuc-natum.

& ingentem verbo Dei iniuriam faciunt, lectorique imperito turpiter illudunt atque imponunt. Quorum hominum non minus crassa in hac parte ignorantia, quam superba & inanis iactantia, hoc vno exemplo illustri poterit (si ita videretur, & auditores idonei adfuerit) ex libro Evangelici textus iusta occasione hoc in loco aperiri, verbisque idoneis amplificari.

DOMINICA NONA

post Pentecosten.

Domus mea Domus orationis vocabitur.

Luc. 19.

De templis
Christiano-
rum & eorum
vlu.



L O C V S appositus differendi contra hæreticos horum temporum de templo- rum & necessitate & recto ac proprib vsu. Aliqui enim hodie hæretici templis omnino carere voluerunt, vt Anabaptistæ ac puriores Calviniani. Alij vero omnes circa tem- plorum rectum ac proprium vsum multa impie do- cuerunt, & populi Christiani pietatem ac deuotio- nem debitarè in multis labefecerunt. Primum enim templa in auditoria conuerterunt, & prædicationi ver- bi primas ac secundas Partes, orationi & precibus ter- tias dederunt. Sic aperte Confesso hæretica præ- scribit. *Cedit potiores partes in verbis sacris doctrina Euan- gelica, caueaturque ne nimis prolisxi precibus fatigetur in celo populus.* At Christus in hoc Euangelio *Domum suam*, id est, templum eius cultui consecratum, vocat *Domum orationis*, non domum prædicationis, id est magis primariò ad orationem quam ad doctrinam instituta. Sic Apostoli, orationem doctrinæ prætulerunt, quum dicerent. *Nos orationi & ministerio verbi instantes erimus.* Vnde Chryostomus gratissimè conqueritur de auditorum suorum in verbo quidem audiendo maxima diligentia, in orationis autem ac precum studio, summa negligentia, his verbis, *Ingentem & tante inauditam hanc populi multitudinem quæ modo afflucit, tantæque cum attentione sermonem audit meum, sepe numero tempore illo perhorrendo (tempus publici Sacrificij dixit) requisiti, & tamen nunquam videre potui, utque ita me rebe-*

Cap. 23.

Templa po-
tissimum ad
orandum
inlicita.

Act. 6.

De incompre-
hensib. Dei
nat. hom. 3.

mens cepit suspirium, quod cum ego disputo vester conscriuus, stu- dium adhibetis, & ingenium, contenditis animum, alter alte- rum impellit & iactat, vt ipse propius adsit, frequentes vsque ad suum dicendi patientissimè perseueratis. Cum autem ipse Christus communis Magister, & Dominus semet in sacris mys- terijs ostensus est, vacua desertaque Ecclesia redditur. Prob- fidem hominum Christianorum, quo pacto isthæc veniam conse- quentur? Hæc ille. Deinde ab ipso temporum exordio quæ in Dei cultum extructa sunt præcipue ac præcipue ac præci- pue eorum vsus erat, vt orationum, vt sacrificiorum, vt precum loca essent. Tabernaculum à Moysè in de- serto erectum, templum à Salomone Deo vero ex- adificatum manifestè hoc demonstrat, vbi sacrificare, orare, & Deum inuocare sacerdos cum populo, & po- pulus cum Sacerdote debebat. Quod quum non fieret, profanari suam domum Deus per prophetas conquestus est, vt apud Ieremiam. *Nunquid spe- lunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est no- men meum, &c.* Et iterum per Esaiam affirmat Domi- nus. *Domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis.* Quo in loco singulariter notandum est, quod quum Christus Dominus euentum oblationem quæ se- mel erat facienda sub dio faceret, sui corporis ob- lationem, quæ in alterius memoriam perpetuò re- nouanda erat, non nisi in domo constituit: cuius et- iam figura agni paschalis manducatio, non nisi in domibus, vel tabernaculis, vel demum in templo fie- bat.

Ierem. 7.
Esa. 56.

S E C V N D O persuaferunt populo horum tempo- rum hæretici æquè Deo gratam, æquè vtilem ac salu- tarem esse orationem domi, vel in agro factam, quam quæ in templis Deo sacratis, & in communi oratio- nis loco fit. *Cauendum est (ait Calvinus) ne secretam ne- scio quam templis affingamus sanctitatem, quæ sacratiorem apud Deum orationem reddat. Vera enim Dei templa quum si- mus ipsi, in nobis oremus oportet si in templo sancto suo Deum volumus inuocare. Illam verò crassitiam Iudæis aut Gentibus relinquamus, qui præceptum habemus de inuocando citra loci discretionem, in spiritu, & veritate Domino.* Hæc Calvinus. Sed hæc Massilianorum vetus etiam hæresis fuit, qui teste Lamaseno, ceteris suis hæresibus adijciebant tem- plor

Insti. lib. 3. c.
20. nu. 30.

plorum, & ararum contemptum, & quod spirituales viri contenti esse deberent precibus quas in sacellis, & oratoriis priuatis expleant. Similis quoque illius magni schismatici Ieroboam vox erat, quum peccata fecit Israël, vt commemorat Iosephus. Viri, inquit, populares notum vobis existimo quod nullus locus Deo est vacuus, & quod is nullo certo loco includitur, sed vbique voti exauditi, vbique cultores suos respicit. Hæc ille. At Christus in hoc Euangelio affirmat, domum suam esse domum orationis, id est, locum in quo proprie, & peculiariter magis Deus orandus est. Neque verò sacratiores in templo orationes aboleuit Christus quum doceret suos, in spiritu & veritate adorare. Primum quia in ipso templo non voce ac lingua tantum, sed & spiritu ac veritate, corde & affectu, pie ac sincerè Deus inuocandus est. Alioqui, vt acutè scripsit VValdensis, si quia in spiritu, & veritate, idè non in templo, ergo etiã nec in terra, nec in aere, nec in nemore, nec in domo, nec in cubiculo, nec in loco quouis corporeo Deum orare oportet, quia in spiritu, & veritate. Quod si adorare in spiritu, & veritate non repugnat nec non. non repugnat cubiculo, quomodo repugnat templo, quomodo repugnat Ecclesie? Deinde quia Apostoli ipsi qui Christi verba optimè intellexerunt, quum adhuc templa Christianorum propria non essent, ipsum Iudaicum templum orationis causa petierunt. Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Quare notat Augustinus, quod tam Apostoli quàm alij primi credentes, in templo veteri Deo seruebant. Et notum est D. Iacobum Apostolum, & Hierosolymorum Episcopum, multis annis post Christum in ipso templo Iudaico assiduis precibus Deum coluisse, vt pote cui soli concessum erat in ipsa sancta sanctorum ingredi, & cuius tanta fuit orandi in templo assiduitas, vt genua eius callum obducerim, teste tota antiquitate. D. quoque Ioannes Apostolus, ita deuotè & assidue in Ecclesia orabat, vt in vltima iâ senectute per discipulorum manus ad Ecclesia deferri sciret, teste Hieron. in catalogo. Isti sancti Apost. illud Christi præceptum de adorando Deo in spiritu, & veritate sic intellexerunt, vt loci tamè discretionem

contra Caluinum, & Templi frequentationem probarent: nec crassitiam Iudaicam, sed pietatem Christianam esse iudicabant Deum in Templis consecratis orare. Quis enim Christianus ad Ecclesiam non pergat sollicitè sanus, & robustus, quo tantus Apostolus Ioannes deferri voluit decreperis, & semimortuus? hunc pertinet, quod Anna prophetissa vario pietatis nomine in Euangelio laudata, hinc etiam commendatur, quod non discedebat de templo, &c. Terriò quia Spiritus illis verbis, non Templa toto orbe Deo sacrata, excludit, sed vnicum Templum Hierosolymitanum ad omnia Christianorum Templa extendit: quod his verbis aperte, & pulchrè docet S. Basilus. Quum enim ostendisset in veteri populo certa loca Diuino cultui dedicata fuisse, subiungit. Nobis serm. 2. c. 8. quoque periculum est malè obiti mandati, si loci rationem neglexerimus: maxime si sacerdotij mysteria in locis prophanis celebrauerimus: propterea quod ea res indicium haberet contemptus in celebrante: offendiculum quoque generaret pro varietate affectionum multifararum, propter variam multorum in rerum Diuinarum scientia infirmitatem. Si verò quisquam obijciat. Quid igitur est, quod Apostolus dixit, volo viros precari in omni loco, ob id quod Dominus ipse potestatem dedit adorandi Deum in omni loco, vbi dixit: Neque Hierosolymis posthac, neque in monte isto adorabitur Pater, &c. Hoc dicendum est, quod illud, in omni loco, non comprehendit eos locos qui humanis visibus, rebusque immundis, & prophanis deputati sunt, sed dilatat, ac deducit adorationem ab archæ Hierosolymæ ambitu in omnem totius orbis locum, eum videlicet, qui iuxta Sacrificij doctrinam, & rationem accuratè Deo consecratur ad sacerdotium gloriosi mysterij obendum. Hæc ille. Vbi nota, quod postrema verba, eum videlicet, &c. quæ iuxta Græcam veritatem sic nos vertimus, interpres hæreticus eum in modum peruertit; vt sensum Basilij Catholicum nobis eriperet, nec obiectioni propositæ satisfacere, & denique sensum planè confusum, & imperfectum lectori redderet. Vide locum, Deum porro in Templis facilius exaudire, & piorum preces cæteris paribus, magis in Ecclesia, quàm in domo cuiusque Deo placere, magis vtilis, ac salutaris esse, Sancti Patres, ac doctissima Ecclesie lumina cred.

Iosephus Antiq. Iudaicæ. l. 8. c. 3. In templo f. n. ctius quàm extrâ colitur Deus.

Ioan. 4.

Tom. 3. cap. 142.

Ast. 3.

Lib. de doct. Christiana lib. 3. c. 6.

Hieron. in Catalogo vitorum. 11.

Luc. 2.

De Bapt. loca Diuino cultui dedicata fuisse, subinfert. Nobis serm. 2. c. 8. hom. 3.

Deum in Templis facilius exaudire.

crediderunt, ac docuerunt. S. Chrysoftomus sic scribit, & nostri temporis hæreticos, vel etiam frigidos Catholicos doctissime coarguit. *O frigidum excusationem, quam à pluribus reddi audio! Orare vel domi possumus, dicunt: sed homiliam doctrinamque audire non nisi in Ecclesia possumus. Te homo decipit, & magno in errore versaris. Nā etsi & domi quoque orandi datur facultas, tamen fieri non potest, ut domi tam bene ores, quam in Ecclesia, ubi tot Patres, ubi clamor felicitatis exciuit ad Deum immortalem referatur. Non pariter exoras quum Dominum solus obsecras, atque tuus cum fratribus. Et paulò post. Tempore illo (tempus oblationis, & sacrificij dicit, quo Christi corpus, & sanguis consecratur) mi frater charissime, non solum homines clauorem illum horribilem reddunt, sed etiam Angeli Domino genua flectunt, & Archangeli rogant: habent sibi tempus idopeum, habent sacram oblationem in fauore. Hæc ille. Duas causas adfert, cur in Templo, Orationes factæ plus apud Deum valeant. Vna est, propter cōiunctas plurium fratrum Orationes, quòd paulò post confirmat exemplo primorum credentium, qui pro Petro in vinculis solliciti, communes preces faciebant: & exemplo Pauli, qui Corinthios rogat, ut pro eo simul, ac communiter orent. De hac primorum Christianorum deuotione sic Tertulianus *Cominus* (inquit) *in cœtum, & aggregationem, ut ad Deum quasi manu facta ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est. Hic est publicè orationis fructus. Cui subscribit S. Leo. Turb est efficacior sanctiorque deuotio quado in operibus pietatis totius Ecclesiæ vnus est animus, & vnus est sensus. Altera est propter sacrificij, & oblationis in Missa præsentiam. Multo enim vehementius (vt doctè Scripsit Petrus Cluniacensis Abbas doctissimus) ad admirandum atque amandum Christum accendit eius demonstrata præsentia, quam prædicata absentia. At, in communi sacrificio si Catholicus Christianus es, præsentem Christum habes, & ideò præsentem, vt tibi propitietur, vt te sursum corda eleuantem. (quod te facere proferitis respondens, habemus ad Dominum) vberiori sua gratia repleat. De quo sic iterum Chrysoftomus. Dum conspicias Dominum immolatum, sacerdotem sacrificio incumbentem, preces fundentem, totam verò turbam circumfusam p-**

Hom. 5.
De incōpreh.
Dei natura.

Act. 12.
2. Cor. 1

In Apolog.
cap. 29.

Serm. 4. de
ieiunio 7.
mensis.

Contra Henricianos.

Lib. 3. de Sa-
cerdot.

tioso illo sanguine, quasi intingi, etiã in terra versari atq; inter mortales consistere te censet? An non carnis cogitationes abijciens nudo animo, mente pura circūspicit, quæ in celo sunt? Hæc ille. Vnde nihil mirum si hæretici sacrificio hoc eliminato, nullum orationis publicæ gustum sentiãt, nec magis in Templo, quàm in sterquilinio moueantur.

TERTIAM adhuc causam affert Leo Magnus, cur plus valeant publicæ in Ecclesia orationes, quàm domi priuatæ. Nempè, quia ex obedientia, & præcepto Ecclesiæ fiunt. *Dominarum* (inquit) *reuerentia sanctionum inter qualibet spontaneæ obseruantia studia habet semper privilegium suum, vt sacratiùs sit, quod publica lege celebratur, quàm quòd priuata iustificatione tenetur. Hæc ille. De ieiunio quidem: sed in oratione quoque publica quæ ieiunio publico semper cōiuncta fuit, etiã hoc sensisse dubitari non potest. Porrò certo certius est, idcirco diaboli astu è Templis orandi causa adeundis multo auocari, ne opus publicæ cuiusdam obedientiæ faciant, loca, & horas orandi constitutas obseruando.*

TERTIO, circa hæc verba, *Domus mea, domus orationis est*: Duplici ratione populo Christiano hæretici huius temporis imposuerunt. Primum, persuadendo simplicioribus, Catholicorum opinionem, & doctrinam esse, quod Deus peculiariter sic habitet in Templis, quasi vel ibi includatur, & comprehendatur, vel alibi à piis non inueniatur. Sic Caluinus nos calumniatur, *Cauendum est (inquit) ne Tempia (quemadmodum seculis aliquot haberi cœperunt) propria esse Dei habitacula ducamus, vnde propius nobis aurem admoueatur. Hæc ille. Et in hunc finem citant illud Stephani dictum, Deus in Templis manu factis non habitat: & illud Isaia: Quam domum edificabitis mihi dicit Dominus? Calum & terram ego impleo. Sed abutuntur hæretici, tum simpliciorum ignorantia, tum sacris ipsis Scripturis. Simpliciorum ignorantia abutuntur, quum in tēplis Deum habitare illo sensu docere nos aiunt, quo illi sine-runt, quasi videlicet Templis includeretur. Quemadmodum qui in domo habitant, in ea comprehenduntur, hoc nullo vmq; seculo, vt mendax ait Cal-*

Serm. de ieiunio 7. mensis.

Hæreticorum duplex calumnia.

Instit. lib. 3. c. 29. nu. 30.

Act. 7. Esai. 66.

uinus.

uinus, à Christianis creditum fuit. Scripturis abuntur, quia sic illas citant, quasi nullo vero sensu Deus in Templis habitaret, & sic alias Scripturas mendaces faciunt, atque adeò hoc ipsum Euangeliũ, vbi Christus vocat Templum *Domum suam*, qui utique Deus erat, & alibi, *Domum Patris sui*, qui etiam Deus est. Domus autem eius est, qui eam inhabitat. Sed, & alibi Christus sic loquitur. *Qui iurat in Templo, iurat in illo, & in eo, qui habitat in illo.* Vbi Deum habitare in Templo Christus aperte docet. Vult enim dicere eum in Deo iurare, qui in Templo iurat. An verò Christus exactam notitiam non habuit eorũ, quæ Deo conueniunt? Aut mentitus est Salomon, vel blasphemauit quum diceret, *Aedificans aedificavi domũ in habitaculum tuum?* Aut præter veritatem dixit Deo Dauid. *Mons Sion in quo habitasti in eo?* Et iterum. *Et repulit tabernaculum silo, tabernaculum suum, vbi habitauit in hominibus?* In illis nẽpẽ duobus locis primum in Silo vsq; ad Samuelẽ, deinde in Sion per Dauidẽ arca testamenti collocata hæsit: per quam arcã (ait August.) *sacratior, & commodatior quædam presentia Domini accipi potest.* Est ergo aliquo sensu verum quod Deus habitet in Templis manu factis, & quod Tẽpla sunt propria Dei habitacula, vt de Siõ dicit Dauid, *Elegit eam in habitationem sibi.* Sed nõ est hoc verum in eo sensu, quo hoc negauit Stephanus, scilicet, vt in Templo tamquam in loco Deus cõprehendatur. Non est verum in eo sensu, quem etiam apud Athenienses negauit Paulus: videlicet quasi templo indigeret Deus, sicut homo indiget domo sua. Quare quum dixisset illis, *Non in manu factis Templis habitat.* subiicit: *indigens aliquo, quem etiam sensum repulit Esaias in loco citato.* Denique non est verum in eo sensu, quem præsumebant Iudæi: videlicet quod in Templo Deus exaudiet quoscumq; & quomolibet impios peccatores. Quem eorum sensum Ieremias grauius repellit his verbis, *Hæc dicit Dominus, Nolite considerare in verbis mendacũ dicentes, Templum Domini, Tẽplum Domini, Templum Domini est. Quoniam si bene direxeritis vias vestras & iudicia vestra, &c. Habitabo vobiscum in loco isto, &c.* Sed hoc sensu verum est Deum in Templis habitare, vt

Script

Scriptura loquitur, quia in Templis tamquam locis eius cultui consecratis, ideoq; ei magis acceptis, præces suorum facilius exaudit, quàm in alio quouis loco cæteris paribus, id est, si pari pietatẽ, studio, fide, (quas virtutes ipsa loci circumstantia, & ea, quæ in templis aguntur, plurimum excitant, atque confirmant) Deus illic immoretur. Hunc sensum hæretici hodie impiẽ negado, alio adhuc modo populo Christiano imposuerunt. Hunc sensum Spiritus Sanctus in Scripturis nobis reuelauit, quum primum in orbe Templum dedicaretur. Sic enim per Salomonem in ipsa Tẽpli dedicatione loquutus est. *Et sint oculi tui aperti super domum hanc aie ac nocte, super domum de qua dixisti. Erit nomen meum ibi, vt exaudias orationem, quam orat in loco isto ad te seruus tuus. Et exaudias deprecationem serui tui. & populi tui Israel, quodcumque orauerint in loco isto. & exaudies in loco habitaculi tui in celo. Quam orationem à Deo exanditam, & acceptam fuisse eadem Scriptura commemorat. Sic, & pater eius Dauid spiritu prophético de futuro Templo dixit. *Te decet hymnus Deus in Sion, tibi reddetur votum in Hierusalem. Hæc fuit insignis promissio, (ait Caluinus) & his verbis admonet propheta nõquam irritus esse Ecclesiæ preces. Et ne ad solos Iudæos hanc promissionem pertinere quis existimet, vide quid idem Caluinus eodem loco subiiciat. Nullum enim pulchrius veritatis testimonium contra hostes veritatis, quàm quod ab ipsismet proficiscitur. ait igitur. *Etsi cessarum legales vmbrae, quia tamen hæc ceremonia (Templorum scilicet, & publicorum conuentuum) inter nos quoque fidei vnitatem Deus fouere voluit, non dubit quin ad nos pertineat eadem promissio, quam, & Christus ore suo sancinit (in hoc videl. Euãgelio dicens, Domus mea, domus orationis, vel alibi, vbi ait, si dud, aut tres conuenerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum,) & Paulus perpetui rigoris esse docet. Hæc ille. Impius tamen, & vaffer hæreticus in proxima sectione, negat Tẽpla esse propria Dei habitacula, vnde propius nobis aurem admoueat. i. negat Deum procliuus in Tẽplis, & cõuẽtib; sacris suos audire, quã domi in cubiculo. Sed vt illud prius diceret, vel veritas illi extorist, vel species aliqua pietatis, qua lectorẽ more suo ludificaret,***

3. Reg. 8.

Instit. l. 3. c. 20. num. 29.

Ibidem.

Matth. 7.

incitavit. Vt hoc posterius diceret, hæretica libido cum impulit. Enimvero quemadmodum *spiritus sanctus habitat in cordibus fidelium*, nec ibi conclusus, nec illa habitatione indigens, nec ita illis alligatis vt ad impietatem relapsis cohabitaret (*neque enim habitat in corde subdito peccatis*) sed quia in illis suam gratiarum donorumque suppellectilem disponit, ita planè Deus in templis Christianorum habitat, nec conclusus, nec indigens, nec infallibiliter astrictus illis, sed in illis potissimum gratiarum suarum dona distribuens, quando fideliter & piè inuocatur. Sic templa sunt domus Dei, & cum Sancto Iacob dicere possumus, *Verè Dominus est in loco isto*. Vt ergo hunc locum concludamus, templa ad hoc instituta sunt, non vt Deum capiant quasi localiter inhabitantem, sed vt nomen Dei inhabitet ibi (vt Salomon loquitur) id est, vt notitià Dei ibi manifestetur, partim per ea, quæ ibi ex parte Dei fiunt, siue per Dei beneficia erga homines, partim per ea quæ ibi ab hominibus erga Deum fiunt, qui propter reuerentiam loci, id est, scientes locum talem diuino cultui esse consecratum, maiori reuerentia, illuc accedunt, maiorem ibi deuotionem exhibent, maiori cum religione illic versantur: Quæ propriè causa est cur diabolus hodie hæreticis horum temporum, ad templorum vel subuersionem, vel certè contemptum ac profanationem incitauerit, omnemque templorum sanctitatem ex animis fidelium eximere conatus fuerit. Præterea veluti si rex aliquis liberalis domum aliquam constitueret ad largiendum quo omnes confluerent, & quicquid vellent peterent, certè illa domus, domus largitionis regis merito vocari posset. Sic Deus volens in templis potissimum sua bona largiri, vocat domum suam domum orationis, in qua orantes & petentes omnia accipimus.

Domus orationis vocabitur.

Templum sacrificij locus.

L O C V S explicandi populo primarium & præcipuum templorum vsum. Oratio hoc loco vt omnem precandi rationem complectitur, ita maxi-

mè & propriè sacrificium significat. Sicuti in veteri lege tabernaculum ac postea templum maximè ac potissimum ad sacrificia varia illic offerenda erecta & consecrata sunt, ita templa Christianorum maximè ac potissimum ad illud vnum & singulare sacrificium, quod veteribus illis omnibus successit (ait Augustinus) celebrandum instituta sunt. Nam orare quidem licet, & apud Iudæos licuit, & apud Christianos licet, & vt Paulus ait, *In omni loco lenare manus puras*: at sacrificium offerre non nisi in tabernaculo, vel templo, Iudæis ordinariè fas erat, nec nisi in templo vel loco consecrato Christianis ordinariè fas est. Quare *Domus Dei domus orationis* propriè propter sacrificia vocatur, quæ non nisi in illa domo fieri licuit. Sic Tertullianus auctor vetustissimus librum quem *de Oratione* inscripsit, partim de Oratione Dominica vbiuis recitanda, partim de sacrificio Christianorum composuit, vt in posteriori eius parte manifestum legentibus est, maximè vbi sic scribit: *Quæ oratio cum diuortio sancti osculi integra? quem Domino officium facientem impedit pax? Quale sacrificium à quo sine pace receditur.* Hæc ille. Sic Augustinus, quas Apostolus vocat *Orationes, προσευχαι*, quam dicit: *Obscuro autem primum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, &c.* interpretatur pro ipso sacrificio altaris. *Orationes* (inquit) intelligimus quum id quod est in Domini mensa, benedicitur, sanctificatur, & ad distribuendum comminuitur. Et paulo post: *Si visitatus in scripturis votum appellatur vixi, excepto nomine generali orationis, ea propriè intelligenda est oratio, quum facimus ad votum: id est, προσευχη.* Votuntur autem omnia quæ offeruntur Deo, maximè sancti altaris oblatio. Hæc ille. Est autem προσευχη, verbum quo in hoc Euangelio Lucas vtitur. Hæretici ergo horum temporum domum Dei, non faciunt domum orationis, vt potè qui proprium illud Christianorum sacrificium profus execrantur, aliud verò exterum nullum in suis conuentibus habent: vt vel hoc potissimum nomine execranda sint eorum conuenticula, quia in illis, nec sacerdos est, nec sacrificium, nec altare.

De ciui. Dei lib. 10. c. 17.

1. Tim. 2.

De Oratio. cap. 14.

1. Tim. 2. epist. 59. q. 5.

Vos autem fecistis eam speluncam latronum.

Locus non importunus obiter explicandi populo fideli, quomodo hæretici horum temporum domos Dei, & domos orationum verè venter in speluncas latronum, quum Catholicorum templa & cathedras sicut latrones occupant. Non enim intraerunt per ostium, legitime vocati & ordinati, sed ascenderunt aliunde, à seipfis missi, tamquam fures & latrones. Sed & facta latronum faciunt, machant, ac perdunt: abducunt discipulos post se, post sua ipsorum primata & noua dogmata, Christi que ouile, quod Ecclesia Catholica est, in sectas innumeras dilacerarunt. Præterea tamquam robusti & strenui latrones maxima in Ecclesiis Dei latrocinia exercuerunt. Monasteria penitus diripuerunt. Templa omnia omnibus sacris monumentis & ornamentis spoliarunt. Altaria cum veteribus Arianis suffoderunt, cum Donatistis expoliauerunt. Vasa Ecclesiastica cum Iuliani Apostatæ affectis profanarunt. Imagines sacras cum veteribus Iconoclastis confregerunt. Ornamenta sacra cum Vandalis Arianis diripuerunt, & in profanos vsus conuerterunt: Ut profecto templa Christianorum quæ illi occuparunt, non iam speluncam latronum, sed caueam sacri-legorum effecerint. Rursum in ipsis Ecclesiis & domibus orationum immania parricidia exercuerunt, sacerdotes plurimos iugularunt, innoxium sanguinem fuderunt. Vide Claudium de Sainctes, de Ecclesiis in Gallia direptione.

DOM

DOMINICA DECIMA

ma post Pentecosten.

Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri homines, raptores, iniusti, adulteri, velut & hic Publicanus: Ieiuno bis in Sabbatho, decimas do omnium qua possideo.

Luc. 18.



Iocus necessarius defendendi contra hæreticos nostri temporis, iustitiam bonorum operum, quam illi per Christum hoc loco penitus reprobari, impie & ignoranter docent.

Iustitia bonorum operum defenditur.

Aiunt enim Pharisæum hoc loco reprobari, & quod in iustitia bonorum operum etiam quam Deo acceptam referebat, (gratias enim Deo illorum auctori agebat) gloriabatur. Etsi enim hic Pharisæus Pelagiano vel Iudæis tunc communi errore non laborauit, ut suis viribus bona opera tribueret, nec de illorum numero erat qui volentes suam iustitiam consistuere, iustitia Dei non sunt subiecti (quod Paulus Iudæis impingit) sed gratiam Dei humiliter agnouit: tamen (aiunt hodie hæretici) quia ex ipsis bonis operibus etiam in gratia factis iustificari volebat, ideo reprobatur, & miser Publicanus ab omni bono opere vacans, pro iustificato laudatur. Sed turpiter errat & alios in errorem mittunt. Non enim ideo reprobatur Pharisæus, quia de iustitia bonorum operum, quæ etiam per gratiam fieret gloriabatur. Alioqui & B. Virgo reprobari debuisset, quæ ab Elizabeth laudata & prædicata, eoque credidisset, statim Deum in donis suis magnifice glorificabat, dicens, Magnificat anima mea Dominum, &c. Quia respexit humilitatem ancille sue, &c. Paulus quoque reprobari debuerat, quæ diceret, Gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostræ, quod in simplicitate cordis & sinceritate Dei, &c. conuersi sumus in hoc mundo. Ezechias quoque Rex pius adhuc magis reprobandus erat, quum diceret, Memento Domine quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, &c. Quam tamen eius orationem à Deo statim exauditam fuisse, & sanitatem

Rom. 10.

Gloriari in bonis operibus laudabile interdum.

2. Cor. 1.

4. Reg. 12.

Iam. 10.

Act. 20.

Chrysost. epi.
1. ad Innocentium.
Optatus
lib. 6. contra
Parm. Theodor.
1. 3. c. 11.
Victor lib. 1.
persec. Vandal.
dal. de Proculo Mauro.

tatem ei redditam, S. Scriptura commemorat. Sed ex aliis tribus causis reprobatur fuisse, Phariseum S. Patres docuerunt. Primum quia sic in iustitia suorum operum confidebat, vt, quasi eius iam plenitudine saturatus (ait August.) nihil sibi addi ad iustitiam peteret. Et propter hoc vitium taxandum hanc parabolam intrulit Saluator, vt habet hodiernū Euāgeliū. *Dixit autem ad quosdam qui in se confidebant tāquam iusti, i. qui sibi iam satis iusti, & sancti videbantur. Nam & ideo (vt alibi notauit Aug.) quare in verbis eius quid rogauerit Deum, & nihil inuenies. Secundū quia sic de sua iustitia gloriabatur, vt alios cōtēneret, & aliis se praeferret, quod erat magnæ arrogatiæ vitii, & quæ sola cætera eius bona opera omnia corā Deo euacuaret. Non sum, inquit, sicut ceteri homines, & velut iste Publicanus. Hanc etiā causam locis citatis notauit August. Publicano iā esurienti ac sitienti iustitiā se velut insultās praeferre gestiebat. Propter hoc quoq; vitiiū taxandū hāc parabolā induxit Christus, vt habet hodiernū Euāgeliū. Dixit ad quosdam qui aspernabantur ceteros, parabolā hāc. Tertiā causam addit quoque alio in loco August. quia Deum tantum vsque ad se diuitem esse volebat, nec vt aliis esset misericors quicquam orabat. Nempe de sua tantum iustitia gloriabatur, de proximi iustitia nullā curā gerebat. Non ergo Christus hoc loco vel ipsam bonorū operū iustitiam condemnat, vel de operum iustitia sanctā gloriationem, & humilē, qualis in beata Virgine, in Apostolo Paulo, & in pio rege Ezechia, fuerat, à vera iustificatione remouet, sed illam iustitiam operum condemnat, quæ cū vana plenā iā iustitiæ acquisitā præsumptione, & cum impia, & superba aliorum contemp-tione coniuncta est, ac denique quæ pura caritate, & dilectione proximi vacua est. Egregiè Chrylосто-mus. *Duas bigas in stadio positas Euāgelium præsens proponit. In altera quidem iustitiam cum superbia, in altera peccatum cum humilitate: & vides bigam peccati superare iustitiam, non propriis viribus, sed humilitatis coniunctæ: illam verò deuetam non fragilitate iustitiæ (vt hæretici hodie colligunt) sed modo, & tumore superbiæ. Hæc ille. Quomodo autem et si bona opera valeant ad meritum, & verā iustitiæ præmium, nemo tamen in suis meritis confidere,**

Phariseus in suis operibus gloriosus cur reprobatur.

De pec. men. & rem. lib. 2. c. 5.

Serm. 36. de verb. Domini.

Homil. 2. ex hom. 50.

Homil. de public. & Pharisæo. tom. 1.

agt

aut illa iactare debeat. Vide opusculum nostrum de iustificatione lib. 10. cap. 14.

Ieiunio bis in Sabbato.

L O C V S aptatus notandi contra quosdam huius ætatis hæreticos, quòd ieiunare bis vel ter in hebdomada (hoc enim significat hoc loco Sabbathum) non reprehenditur hic à Christo, vt Pharisei cum aut superstitiosum. Sic enim etiam decimas dare omnium quæ quis possidet in elemofynas pauperum, esset quoque vitiosum, & superstitiosum, sed damnat Christus iactantiam Pharisaicam propter ieiunia, & elemofynas quas fecit. Quemadmodum enim si quis toto reliquo corpore nudus, & vno tantum brachio pulchra aliqua veste contextus, manicam illam suam semper præ oculis haberet, seque propterea egregiè vestitum putaret ac iactaret, merito omnibus ridiculum se præberet, non propter pulchrā manicam, sed propter reliquam nuditatem vanitatemque iactantiam, sic hoc loco Phariseus iste propter solum ieiunium & elemofynas se iactans, reliquis tamen virtutibus planè vacuus, caritate, humilitate, orationis officio, proficiendi (vt ex præcedentibus apparet) merito à Christo reprobatur: non propter ieiunia aut Elemofynas, sed propter reliquam animi nuditatem vanissimamque iactantiam. Vnde August. *Non ideo Phariseus damnatur, quia bis in sabbato ieiunabat, sed quia super publicanū se tumidus extollebat. Quare bis in sabbato ieiunare in homine qualis fuerat ille Phariseus infructuosum est, in homine autē humiliter fideli vel fideliter humili religiosum est, quamuis Euangelica scriptura nō dixerit damnatum Phariseū, sed magis iustificatū dicit Publicanū. Hæc ille.*

Ieiunia repetita defenduntur.

Epist. 86. ad Casul.

Descendit hic iustificatus ab illo.

L O C V S conueniens ostendendi contra hæreticos horum temporum (qui hoc loco abutuntur, vt persuadent in sola remissione peccatorum, dum humiliter peccata agnoscimus iustificationem nostram consistere) illam impiam sententiam, & ab Ecclesia damnatam ex hoc loco probari non posse. Publicanus enim hæctenus impius, sine præcedentibus operibus bonis, iustificatur accepta remissione peccatorum,

Iustificatio non est sola peccatorum remissio.

torum, non sola, sed etiam interna renouatione per fidem, sp̄s, & caritatē. Quarum omnium virtutum ante acceptā iustitiam seu antequā iustificaretur, manifesta iudicia ostendit, & actus exercuit. Neque enim absque fide Deū inuocasset, dicens, *Deum propitium esse mihi peccatori. Quomodo enim inuocabunt, in quem non crediderunt?* Nec sine spe misericordiae, sic orasset. Qui enim non sperat, non orat. Nec sine caritate, qui amantem Deum redamaret, sp̄s illam conceperet. Beneficiū enim nisi ab amico sperare non possumus. Has igitur tres virtutes initialiter, & inchoatiuē habuit. Publicanus iste, vt postea iustificatus haberet illas formaliter, & per modū habitus permanentis. Habuit etiam & p̄nitentiā seu dolorē peccati, ideō enim ab eo liberari petiit. Nec per solā remissionē peccatorū, sed etiam per harum virtutū dispositionē, & præparationem iustificatus fuit, & iustificatur quilibet impius: quod his verbis contra omnes hæreticos luculenter docuit D. August. *Neque ab illo quod originaliter contrahitur, neque ab eis quæ unusquisque in vita propria mala cōgregat, quisquam liberatur, & iustificatur, nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominū nostrum, non solum remissione peccatorū, sed primis inspiratione fidei, & timori Dei, impertito salubriter orationis affectu, & effectu donec sanet omnes languores nostros, &c.* Hæc ille. Cōcurrunt igitur ad impij iustificationem præter ipsam remissionē peccatorū, præparationes istæ debita fidei, timoris, spei, caritatis, & orandi affectus. Sic de hoc Publicano alibi scribit idē Augustinus. *Vt iustificaretur, Publicanus, peccator orabat, & peccator confitebatur, & exauditus est, vt iustificaretur, ac peccator esse desineret.* Hæc ille. Non ergo cum hæreticis horum temporum existimandum est, totā nostrā iustificationem esse perpetuā quandā remissionē peccatorum, & ex illa sola (quantū est ex parte nostra) nos coram Deo iustificari, vel haberi iustos, sicuti de hoc publicano falluntur & fallunt, sed docet hoc publicani exemplum, in iustificatione impij (quæ tantum est exordiū iustificationis nostræ seu prima iustificatio (vt Theologi loquuntur) præter ipsam gratuitam remissionem peccatorum, debere esse in nobis ad illam consequendam certas per Dei gratiā virtutes,

tutes, vel potius actiones bonas, vt actū fidei, timoris Dei, spei, veniæ, caritatis, p̄nitentiæ, confessionis, orationis, non quidem vt illarum merito, sed certē, vt per tales præparationes quasi per materiæ legitimam dispositionem, ad ipsam peccatorum remissionem comparandam perueniamus.

Percutiebat pectus suam.

L O C V S obiter obseruandi contra profanos horum temporum hæreticos, externam in oratione corporis compositionem, atque interni doloris significacionem quam illi quidem irrident, & si quos demisso vultu, genibus flexis, pectora tundentes in Ecclesiis conspiciant, affatim insultant atque subsannant, Christū in hodierno Euangelio inter cætera pietatis exercitia, quæ in p̄nitente Publicano laudauit, etiam enumerare, & ponere: vtique, *nos docendo* (ait Tertullianus) *qua disciplina sit orandum.* Fit autem hæc externa pectoris tunsiō, ad internam animi compunctionem significandam: qua quia hæretici moderni carēt perpetua fiducia pleni, & fide sua speciali omnia sibi semper salua, præsumentes, minimè mirum est, si nec externam vllam eius significacionem adhibent. *Publicanus verò pectus suam percutiebat* (ait Cyprianus) *peccata sua intus inclusa contestans.* Eiusmodi, omnium Christianorum morem his verbis testatur Augustinus, *Quomodo frangis, quomodo conteris cor tuum: consistendo, puniendo peccata tua. Quid aliud significat pectorum tunsiō, nisi forte putamus ossa nostra aliquid peccasse cum cadimus & tundimus pectus: Sed significamus nos cor conterere, vt à Domino dirigatur. Sanarum contritos corde.* Hæc ille. Sed, & ex eodem antiquissimo Patre alibi apparet morem Christianorum fuisse (qualis, & hodie est) quum fieret confessio peccatorum, vel recitaretur ad altare à Sacerdote, *Confiteor, &c.* vt pectora tunderent. Semel enim hoc per errorem fecit populus eius, quum è superiori loco recitarentur verba Euangelij, *Confiteor tibi Pater, &c.* sic enim scribit. *Hinc admonenda fuit. Caritas vestra confessionem non esse semper vocem peccatoris, quia mox vt hoc ver-*

Externa corporis deuotio defenditur.

Lib. 4. contra Marc.

Inexplicatione Orat. Dominicæ.

Enarr. in Ps. 146.

De verbis Domini. Serm. 8. & 36.

bram

Rom. 10.

Epist. 105.

Contra Paganos. lib. 2. c. 8.

bum sonuit lectoris, secutus est etiam sonus tinnionis pectoris vestri, audito, scilicet quod Dominus ait, Confiteor tibi Pater. In hoc ipso quod sonuit confiteor, pectora vestra tunderis. Tunderet autem pectus quid est, nisi arguere quod latet in pectore, & evidenti pulsu occultum castigare peccatum? Quare hoc fecistis, nisi quia audistis, Confiteor tibi Pater. Confiteor, audistis: quis est qui confitetur non attendistis, Nunc ergo advertite, Moxque ostendit, confiteri, hoc loco pro laudare, accipi; & sic Christum qui sine peccato erat confiteri. Ideoque non tunc opus fuisse ut pectora tunderent. Interim consuetudo pietatis Catholicæ luculenter ex hoc loco demonstratur.

DOMINICA VNDE-

cima post Pentecosten.

Mar. 7.

Apprehendens eum (mutum & surdum) de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius, & suspiciens in caelum ingemuit, & ait illi Epheta, id est, adaperire.

Cæremoniæ
Sacramentalis.



L O C V S insignis contra hæreticos nostri temporis pro cæremoniis externis, quæ in Sacramentorum administratione, variisque cultu Ecclesiastico adhibentur. Quemamodum enim Christus hoc loco hunc mutum ac surdum non simplici voluntate (ut aliàs fecit leproso dicens, *Volo mundare*) nec solo adiuncto verbo (ut quum clamavit, *Lazarè veni foras*;) sed variis adhibitis cæremoniis sanavit: primum apprehendendo seorsum; secundo; *misit digitos in auriculas*, tertio *expuens*: quarto *sputo tangens linguam eius*; *suspiciens in caelum*: *8. ingemis. ens*: *7. dicens Epheta*, quasi forma præscripta vtrès, vnde Evangelista Græcè sribens verbum Hebraicum retinuit, sic omnino Ecclesia Catholica spiritu Dei edocta, & ad capitis sui imitationem, quæ hac in spirituali fidelium sanatione facit, quod Christus in corporali ac spirituali pariter faciebat, non solo verbo

Luc. 8.

Ioan. 11.

verbo aut inuocatione per fidem, sed plurimis & variis cæremoniis externis vtitur. Verbi gratia, in baptismo paruulorum, apprehendit eos seorsum à turba solis fideiussoribus assistantibus, & post varias preces ac orationes mittit digitos in auriculas eius, sputo tangit os eius, suspicit in caelum, orat, ingemiscit, ac denique ipsum Christi verbum, Epheta, vsurpat circa baptismum, idque iuxta ritum, qui à perpetuis Ecclesiæ temporibus in baptismo adhiberi est solitus. Hæreticorum autem scõmata, quibus has baptismicæ cæremonias subsannant, ideoque & in suis baptismis illas prætermittunt, planè & in hoc Christi factum quadrare possunt. Sed diabolus primum docet eos contemnere, & deridere Ecclesiam, docturus eos postea, Christum quoque deridere, & contemnere, quod nunc in Transyluania noui quidam Ariani ex Lutheranis, & Calvinistis ad illum perfectionis gradum euecti (perfectionis inquam, qua profecerunt in peius) aperte faciunt. Porro cæremonias prædictas in baptismo vsurpari ab Ecclesia solitas fuisse ex antiquissimo & doctissimo patre S. Ambrosio manifestè patet, cuius hæc sunt verba. Ideo sacerdos tibi aures tetigit dicens, Epheta, ut aperirentur aures tuæ ad sermonem sacerdotis. Similiter exsufflari & exorcizari diabolum, ut ab eius potestate baptizandus liberetur his verbis attestatur Augustinus. In Ecclesia toto orbe diffusa, ubique omnes baptizandi infanuli non ob aliud exsufflantur & exorcizantur, quam vt ab eis princeps mundi eiciatur foras. Eundem ritum eiusque finem testatur Cyrillus Hierosolymitanus Catech. mystagog. 2. Denique has omnes cæremonias in vetustissima Ecclesia agnoscit Calvinus & irridet, ut supra ex eo citatum est.

Expuens tetigit linguam eius.

L O C V S commodus ostendendi contra hæreticos, per creaturas à Deo sanctificatas Deum interdum operari salutem, & non solo eius verbo, aut sola nostra fide interueniente: Christus enim hoc loco ostendere voluit etiam tactum carnis suæ benedictæ vim habere sanctificandi, atque adeo excrementum corporis

Sanctificatio
per creaturas.

De sacramen-
tis, lib. 1. c. 1.

De nupt.
& concup. li.
1. cap. 18. &
li. 1. cap. 20.
Dom. 7. post.
2. Pentec.

In comment.
ad c. 7. Marc.

Tract. 80.
in Ioan.

In lib. de re-
surrectione
carnis.

De docty.
Christ. lib. 3.
cap. 6.

cap. 5. & 7.
& cont. Fau-
stum lib. 20.
c. 19.
cap. 9.
cap. 17.

corporis sui, quale sputum erat, posse sanare, loquelam reddere, & auditum: sicuti in hunc locum notauit Theophylactus. Hoc enim Christi factum nos docet credere quod etiam per externas creaturas tamquam instrumenta voluntatis suae salutem nostram operatur. Quod aqua baptismi corpus tangit, & cor abluit, ut ait August. Quod caro oleo ungitur, ut anima consecretur: quod caro cruce signatur, ut anima muniat; quod carum manuum impositione adumbratur, ut anima Spiritu illuminetur: quae omnia scribit Antiquissimus Tertullianus. Christus nempe per creaturas, & mediante vsu atque applicatione creaturarum gratiae suae beneficia nobis conferre voluit, tam in sacramentis quam in Sanctorum suorum reliquiis, non sanè, ut relicto Deo creatore ex creaturis salutem quereremus, sed multas alias ob causas. In populo quidè Iudaico, magnum huius superstitiosis periculum fuit, quia seruilis adhuc & sub signis seruiens, altius mentem, & cogitationem extollere non potuit, ut etiam ipsorum signorum intelligentiam assequerentur. Signa enim rerum spiritualium (ait S. Augustinus) pro rebus ipsis obseruabant nescientes quo referrentur, hoc tamen insitum habentes, quod tali seruitute vni Deo placebant. Hoc ergo maioris lucis causa, & ut populus fidelis intelligat nos Catholicos in vsu creaturarum non solum à crassa idololatria, sed etiam ab omni superstitutione Iudaica (quorum vtrumque propter ceremonias Ecclesiasticas barbari haeretici nobis impingunt) longissime abesse, tres isti gradus in cultu, & vsu creaturarum obseruandi sunt. Pagani sic signa colebant, ut in illis interpretandis non haberent exitum nisi in creatura quam eodidit Deus, ut docet August. lib. citato, & alibi. Iudaei signis quidem non intellectis seruiabant, non tamen premebantur seruitute, ut Pagani; quia non nisi signa esse intelligebant, Deumque in illis colebant. August. ibidem. At nunc (ait in lib. citato August.) signa rerum externarum in vsu religionis à Christianis assumpta, nec seruiliter alligant, & exercent liberaliter animum. videl. sic fide nostram confirmant, & beneficiorum Dei quasi sigilla sunt, & exercitatur animus in spirituali rerum intelligentia, ait August. lib. citato cap. 8, atque etiam ad euitanda super

superstitiosa exercitia, ut latè demonstrat Eusebius in demonstrationibus suis Euangelicis. Nempè, (vt scribit Chryostomus) si tu è homo incorporeus esses, nullo ipsa dona incorporea tibi tradidisset. Quoniam vero corpori coniuncta est anima tua, in rebus sensibilibus tibi tradenda proponuntur. Hæc ille. Hoc est, quod Cyrillus scripsit, sanctificationem spiritus, quam Christus attulit immixtam esse creaturis, Christi: quæ efficere, ut creatura ipsa, & sit, & duret in spiritu sancto. Hinc videlicet tot in Sacramento baptismi ceremoniæ (quas hodiè impiè contemnant, & omittunt haeretici) exorcismus, exufflatio, vnctio, sal. sputum, ad exemplum Christi in hoc Euangelio: quæ omnia in antiquissima Ecclesia obseruata sunt, teste Augustino fidelissimo antiquitatis interprete, ut eum ipsemet vocat Caluinus. Nec hæc aut alia in aliis Sacramentis ceremoniæ effectum Sacramenti ipsius principalem magis obscurant (vt cauilantur haeretici) quam personam regiam satellites ipsius conspicuo habitu circumstantes, ut de baptismi figuris eleganter disputat S. Chryostomus.

Hom. 83. in
Matth.

Lib. II. c. 25.
in Ioan.

De nupt. &
concup. lib. 2.
c. 18 & libr.
I. cap. 20.

Hom. 35.
in Ioan.

DOMINICA DVO-

decima, post Pentecosten.

Magister quid faciendo vitam æternam possidebo?
At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum
est, & c. Fac hoc, & uiues.

Luc. II.



OCVS euidentis ostendendi contra haeticos, doctrinam de sola fide iustificante, & opera salutis necessaria negantem, expressè contradicere Christi doctrinæ. Hic enim rogatus de modo acquirendi vitam æternam, remittit eum ad Præcepta legis, quæ quum se tenere diceret, iubet etiam facere. Respondet ad quæstionem de vita æterna, Fac hoc, & uiues, id est, fac legem, & uiues, serua mandata, & habebis vitam æternam. Sic

Contra solam
fidem iustifi-
cantem.

Matth. 9. 1

apud Matthæum similem quæstionem roganti, nec per modum tentandi, vt hoc loco (vnde videri. ali- cui potest fuisse Christi responso potius ad homi- nem, quàm ad rem,) sed per modum discendi inter- roganti (rogauit enim genu flexo, & intuitus eum Iesus di- lexit eum, ait Marcus) eodem modo responderet Chris- tus, *si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Certò igitur, imò certissimè cõstat, necessarium esse ad vitam æternam consequendã, vt seruentur mandata. Quòd autem in aliis Scripturis, fidei salus tribuitur, dicen- te Christo, *Fides tua saluum te fecit,* hoc non magis de- rogat bonorum operum necessitati, quàm illud Euã- gelium derogat fidei. Nam quemadmodum ex eo, quòd hoc loco tribuitur bonis operibus vita æterna, non excluditur necessitas fidei, quia *sine fide impossibile est placere Deo,* sic nec aliis in locis vbi fidei salus, & iustificatio, excluditur obseruatio mädatorum; quia *Fides sine operibus mortua est.* Nempè non omnia in omni loco Scriptura dicit, sed quum sint varia ad salu- tem requisita, modò hoc modò illud pro re nata Scri- ptura profert, non cætera excludendo quæ tacet, sed hoc asserendo quod dicit. Docet hoc perspicuè Aug- ustinus. Tractans illa verba Christi, *Si vis ad vitam ingre- di serua mandata, Nec tamen* (inquit) *quia hic de fide vi- detur tacuisse, morum tantummodo præcepta saluandis præscri- bimus. Vtraque enim connexa sunt, seruare mandata, & habere fidem. Idèd autem aliquando alterum sine altero pro plena doctrina inuenitur Scriptura commemorare, vt hoc modo in- telligatur alterum sine altero esse non posse: quia, & qui credit Deo, debet facere quod præcepit Deus, & qui propterea facit quia præcepit Deus, necesse est, vt credat Deo. Rursum alibi ait Christus, *Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui autem mala egerunt, in resurrectionem iudicij.* Hoc enim non est dictum, qui crediderunt, & qui non crediderunt. Idem tamen intelligitur, quia inseparabilis est bona vita à fide qua per dilectionem operatur. Hæc ille. Alia exempla vi- de eodem lib. c. 25. & de nat. & gratia c. 68. Frequens est in Scripturis ista Sinecdoche, vt parti tribuatur quod propriè ac præcisè loquendo non nisi toti tri- buendum esset. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? &c. Qui loquitur veritatè in corde suo, &c. Vbi pauca bona opera**

Marc. 10.

Heb. 11.

Iacob. 2.

De fide, & operibus, cap. 13. & 23.

opera nõ omnia, & paucorum peccatorum fuga, non opatiu commemoratur, & tamen postea subiici- tur. *Qui facit hæc, non commouebitur in æternum.*

Curam illius habe, & quodcumque supererogaueris, ego quum rediero, reddam tibi.

L O C U S perspicuus ostendendi contra hæreti- cos opera quædam esse consilij, & supereroga- tionis. i. quæ præter ea quæ Deus præcepit, piè, & religiose ei exhibentur: itemq; talia seu consilia, seu etiam præcepta præter, & extra expressum Dei verbu in Scripturis comprehensum, posse Ecclesiæ præla- tos, ac Magistros fidelibus sibi subditis præscribere. Quum enim certo certius sit hæc Christi verba pa- rabolam esse non historiã, vel si verè res gesta fue- rit, parabolicè tantum non historicè hic à Christo illa referri: parabola hæc autem, vt in persona inci- dentis in latrones, totum humanu genus fraude Dia- boli grauius per peccatum originale sauciatur, & in persona Samaritani Christum significat, cuius gra- tia id facit, quod nec natura, nec lex facere potuit. (*Sanat enim gratia voluntatem, vt sanata voluntas impleat legem,* ait Aug.) sic non minus certum est per stabula- riu intelligi Ecclesiæ Pastores, quibus Christus Do- minus semiuuium genus humanum. i. naturæ quidè & rationis vsu adhuc valentè, sed gratiæ virib. spo- liatum, sanandum & viuificandum commisit, vt eius curã ageret. His autem Pastoribus non solum dedit duos denarios. i. duo testamta, seu potius instrumta vetus ac nouum verbi scripti, sed etiam addidit su- pererogandi potestatem, eisq; suam debitam mercedem (quu ad iudicium redibit, reddidurus vnicuiq; prout gessit in corpore bonum vel malum) repromisit. Sic hanc para- bolã sancti Patres intellexerunt, & contra hereticos horum tæporum grauißima sua auctoritate præocu- pauerunt. Augustinus sic rem exponit, *si quid* (inquit) *super Euangelium meum tamquam misericordiam consecutus, vt esses fidelis ad eius vtilitatem sapueris, dum rediero iudica- turus mundum, &c. reddam tibi. Quid est autem, quòd super legem & Euangelium plus Paulus erogauit? Illud puòd quod*

Opera super- erogationis.

2. Cor. 5.

Hypognost. lib. 3.

Lib. 2. c. 19.

Lib. 6. cont.
Parm.

ipse ad Corinthios ait, De virginibus preceptum Domini non habeo: consilium autem do. Hæc ille. Quod & repetit in questionibus super Euangelia. Optatus adhuc apertius his verbis, Stabularius ille Paulus Apostolus, cui confessis peccatorum vulneribus populus commendatus duos denarios, quos erogaret acceperat, duo scilicet testamenta, hæc per doctrinam quasi sumptus impendit: docuit quomodo cõingales Christiani debeant vivere. A quo quam quaereretur, quid de virginibus praeceperet, respõdit sibi de virginibus nihil esse mādatum. Confessus est se duo testamenta, hoc est, duos denarios erogasse. Explicati erant quodammodo sumptus. Sed quia qui saucium commendauerat, promiserat se redditurum quicquid in curam amplius erogasset, post impensos duos denarios, non præcepta, sed consilium erogat Paulus ad virginitatem. Hæc ille. Sic hoc Euangelium explicant alij Patres. Ambrosius li. 7. in Lucam, Chryostomus in homilia de eo qui incidit in latrones tom. 1. Origenes in Lucã hom. 34. Beda lib. 3. in Lucam c. 43.

DOMINICA DECI-

matertia, post Pentecosten.

Ite, ostendite vos Sacerdotibus.

Luc. 17.

Sacerdotalis
auctoritas.



O c v s utilis ostendendi contra hereticos nostri temporis Sacerdotum in Ecclesia Dei potestatem. Christus enim his verbis duo nos docet. Primũ, quicquid extra ordinẽ Deus in aliquo operetur, ad eius salutem, non tamen velle Deum ordinem in Ecclesia sua positum perturbari, & violari, sed eum nihilominus diligenter agnosci. Christus hic extra ordinem per modum miraculi voluit sanare istos leprosos: qui hæud dubiẽ sic sanati ab eo erant, sic perfecte, sic putẽ, vt nullõ testimonio aut approbatione Sacerdotis iuxta legem Moyse opus esset. Voluit tamen ordinem iuxta legem, cuius vsus adhuc vigebar, exactẽ seruari: Sic in Ecclesia noui populi, quomodocumq; Deus, vel aliquem à lepra peccati per internam gratiam, & contritionis vehementiam iam profus sanauit: vcl aliquem sic dono sapientia

sapientia illuminet, vt per se Scripturas legendo intelligat, vel etiam extra ordinem ad verbi prædicationem mittat: tamẽ in his omnibus, & aliis quibuscumque, auctoritatem quam Ecclesia dedit, violari non vult, sed vt ostendant se omnes Sacerdotibus. Quod ad primũ attinet, sanatus à lepra peccati ostẽdere se debet Sacerdoti, vt per cõfessionem eiusdem absolutionem accipiat, iuxta illa Christi verba, *Quocumq; solueritis super terram, erunt soluta & in celo.* Per hæc enim verba, nostris Sacerdotibus: (ait Chryostomus) non corporis lepram, verum anima sordes, non dico purgatas probare, vt Indes Sacerdotibus, sed purgare prorsus concessum est. Si ergo in illa tantummodo legali declaratione, & approbatione voluit tamen Christus, vt ab ipso met mundati approbarentur, quanto magis in Euangelica peccatorum absolutione, etiam quibus Deus antea forsasle peccatum remisserit, vult tamen, vt ab Ecclesia absoluantur? Sic Cornelius accepto Spiritu Sancto debuit tamen baptizari. Quod ad secundum attinet, quum Honoratus Manichæus Catholicos Pastores audire recusaret, dicens se scriptur. u. s, quum ipsomet legeret satis intelligere. & Diuina secreta certa ratione capere facillimẽ posse, Respondet ei Augustinus, Est factõ tibi nihil nocebis, nocebis tamen exemplo ceteris. Itaque ordo ille, & ratio seruand. i, quæ sine cuiusq; periculo seruari potest. Quod quidem facile fit, si etiam hi, qui volare possunt, ne cui sit periculo exemplum, paulisper cogantur incedere, quod etiam ceteris tutum est. Hæc est prouidentia vera religionis, hoc inssum Diuinitus: hæc à beatis maioribus traditum: hoc ad nos: vsque seruatum: hoc perturbare velle, atque peruertere, nihil est aliud. quam ad veram religionem, sacrilegam viam quaerere. Quod ad tertium attinet, Paulus, neque ab homine, neque per hominem, sed à Christo de celo vocatus, tamen ordinatur ab Ecclesia per impositionem manuum. Nam vsque Gal. 1. ad illud tẽpus inerat in Arabiã, quia nondũ doctor, sed discipulus erat. ait Chryost. Sed, & præterea, vt ostenderet se Sacerdotibus, post annos 14. suę prædicationis ascẽdit Hierosolymam, & consulit cum Apostolis Euangelium, ne forte in vanum curreret, aut cucurrisset. De quo factõ Hom. 21. Apostoli sic scribit Augustinus. Si non inuenisset Paulus in carne Apostolos, quibus communicando, & cum Gal. 2. quibus

Ioan. 20.

Lib. 3. de Sa-
cerdotio.

Act. 10.

De utilitate
credẽdi. c. 10.

Gal. 1.

Act. 8.

& 13.

Gal. 3.

Hom. 21.

Act. 2.

Gal. 2.

quibus conferendo Evangelium, eiusdem Societatis esse ap-
 pareret, Ecclesia illi omnino non crederet. Idem etiam doc-
 cet D. Hieronymus. Secundò reperit Christus hoc
 loco, & in sua Ecclesia futurum ostendit, quod lex
 iussit. Videlicet omnes leprosos à Sacerdotibus ap-
 probari debere, verè ne sint à sua lepra mundati, an
 non. Lepra autem vt alia peccata, ita maximè hære-
 sim & falsam doctrinam significat: ideòque vera &
 falsa doctrina maximè ab Ecclesiæ Præpositis discer-
 nenda est. Vnde Beda in hæc Euangelij verba, *Nul-
 lum Dominus eorum quibus hæc corporalia beneficia præstitit,
 inuenitur misisse ad sacerdotis, nisi leprosos, quia videlicet, sa-
 cerdotium Iudæorum figura erat sacerdotij regalis quod est in
 Ecclesia. Et quisquis, vel hæretica prauitate, vel superstitione
 Gentili, vel Iudaica perfidia, vel etià schismate fraterno quasi
 vario colore perfusus, Domini gratia caruerit, necesse est ad
 Ecclesiam veniat, colorèque fidei verum quem acceperit
 ostendat. Cætera vitia tamquam valeudinis & quasi mem-
 brorum anima atque sensuum per semetipsum interius in con-
 scientia in intellectu Dominus sanat & corrigit. Sic etiam
 hunc locum S. August. exponit, à quo sua Beda acce-
 pit. Nulla (inquit) falsa doctrina est, quæ non aliqua vera
 intermisceat. Vera ergo falsis inordinate permixta in vna di-
 sputatione vel narratione hominis, tamquam in vnius corporis
 colore apparentia, significant lepram. Hi tam vitandi sunt Ec-
 clesiæ, vt, si fieri potest, longius remoti Christum interpellent.
 Hæc ille. Sic & Origenes. Sicut autem leprosi extra
 castra semper esse debebant, nec in vlla ciuitate ma-
 nere, sic hæretici extra Ecclesiam & Societatem fide-
 lium eiici debent per excommunicationem & per om-
 ne ciuile commercium interdicti. Sic docent Scri-
 pturæ. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus &
 Publicanus. Rursum, si quis aliã doctrinã adfert, in domum
 ne recipiatur, nec aue ei dicatur. S. Ioãnes ingredi balneum
 noluit, in quo erat Cerynthus hæreticus. Polycarpus
 alium cum Marcione sermonẽ habere noluit, quã-
 m istum, Agnosco te primogenitum Sathanae. Paulus ait, Hæ-
 reticum hominem post vnam aut alteram correptionem deuita.
 Quantum autem Deo displiceat leprosum hæretic-
 um in ciuitatem admittere, non expellere, &c.
 docere nos debet exemplum Osis regis leprosi.*

Quia

Quia enim Sacerdotes hunc regem lepra percussum
 templo quidẽ eiecerunt, tamen in domo libera seor-
 sum intra ciuitatẽ manere permiserunt, nullus toto
 tẽpore regni sui (qui tamen 52. annis regnauit) pro-
 pheta apud Iudæos fuit, vt notarunt diligenter S. Pa-
 tres: Chrysofomus in sextum caput Esaię: Origenes
 homil. sexta in Esaiam, explicans illud, in anno quo
 mortuus est Oxiã, vidi Dominum, &c. S. Hieronymus in
 epistola ad Damasum. Præterea vt est in Leuitico, le-
 profus debuit semper os clauum habere, quum sa-
 cerdos eum examinaret, totũque reliquum corpus
 discissa veste nudum scrutaretur: ne videlicet halitu
 oris (si adhuc mundus non esset) inficeret. Sic hære-
 cis permitti non debet, vt disputent vel altercentur,
 quando ab Ecclesiæ magistris examinantur vel in-
 struuntur.

Leuit. 14.

Nota.

DOMINICA DE-

cimaquarta post Pentecosten.

Primum querite regnum Dei, & iustitiam eius.

Math. 6.



OCVS acriter taxandi nostri temporis
 hæreticos, qui docent suos non querere re-
 gnum Dei, sed per solam fidem præsume-
 re: nec querere iustitiam regni Dei, sed solum
 regnum. Querit regnum Dei, qui magno studio &
 conatu amissam per peccatum hæreditatem regni
 cælestis inuenire contendit. Querere enim laboris
 est, non solius fiduciæ. Querimus amissa, expecta-
 mus promissa. Hæretici hodie solas Christi promis-
 siones in sua speciali fide attendunt: Statuunt enim
 fidei iustificantis hoc solum esse propriũ obiectum,
 credere verbo promissionis. Non ergo queritur ali-
 quid sua culpa deperditũ vt inueniant, sed quasi rem
 certissimè illis repositam (hinc enim ponunt certitu-
 dinem gratiæ, solius fidei prolem pessimã) expectant
 & præsumunt. At iubet nos Christus querere regnũ Dei.
 Quomodo autem & quanto studio bonorũ operum
 querendum sit, alibi docet quum ait, Regnum celorum

Cõtra solam
 fidẽ saluãtem.

Math. 11.

vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et rursus. *Conduxit operarios in vineam suam. Operarios non fiduciariorum aut solitudinarios. Et per Apostolum suum dicit: Vniquisque accipiet propriam mercedem secundum laborem suum. Et rursus, Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Hoc est querere regnum Dei.*

DEINDE sicut in hoc Euangelio prohibet, ne solliciti simus quid manducemus, aut quid induamur, & à rebus corpori necessariis sollicitudinē & anxietatē aufert, sic eandem sollicitudinem regno Dei tribuit dicens, *Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius, id est, de regno Dei, de salute vestra, de iustitia & sanctitate vitæ (qua ad hoc regnū peruenitur) sollicitos & anxios vos esse volo. At in hæreticorum sola fide & certitudine gratiæ, nulla sollicitudo, nulla cura, nullum salutis studium locum habet. Satis est fortiter credere, & sibi iam persuadent se de salute certos esse, etiam certitudine fidei: ideòq; ab ea excidere nō posse, quia scilicet, electi sunt, prædestinati sunt, semel gustauerunt se fuisse in gratia, & receptos in numerum filiorum Dei, vnde postea cadere non possunt: quia quos semel Christus in gratiam recipit, & donum fidei iustificantis tempus, sed in perpetuum recipit, & donum fidei iustificantis dei c. 4. n. 20. (ait Beza) nunquam potest à dono perseverantiæ dinelli, ideòque quando signa & effecta electionis, id est, bona opera in nobis non sunt, sed potius contraria, confugiendum est ad firmitatem æternæ nostræ electionis quæ nititur immutabili Dei proposito. Sed hoc totum contradicit Christo dicenti, *Querite regnum Dei & iustitiam eius. Nec enim querere opus est, de quo iam ex immutabili Dei proposito certi sumus. Neque iustitiā regni, id est, vitæ sanctitatem querere opus est, quando illa absente manemus tamen certi de regno.**

R V R S V M. notandum est quod iubemur querere, *Iustitiam regni Dei*: & diligenter contra hæreticos explicandum quæ sit hæc *iustitia Dei*, quam in hoc Euangelio querere iubemur. Illa autem est iustitia fidei quoad radicem, & iustitia bonorum operum quoad fructus, & veram eius formam: De qua Zacharias, *Te seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus vitæ nostræ. Vocatur autem à Paulo hæc sancti-*

tas & iustitia coram Deo, in qua vt seruiremus, filium Dei daturum se nobis, Zacharias iam nato præcursoꝝ dicebat, *Iustitia Dei non nostra, & Iustitia ex fide, non ex operibus, non quia vel folius Dei est nobis impetrata, vel ex sola fide absque bonis operibus, vt peruersissimè fallunt & falluntur hæretici: sed vocatur, iustitia Dei, quia ex Deo est, non ex nostris viribus tantum: vocatur iustitia ex fide: quia eius radix & fundamentum fides est, non legis nuda doctrina aut sola voluntas humana sine adiutorio. Vtrumque expressissimè docet ex ipso Apostolo S. Augustinus. Dei (inquit) Iustitia est qua nos ex eius gratia iusti sumus, vt ipsa Dei iustitia nos simus quum iuste vivimus. Hanc autem expositionem probat ex ipsis Apostoli verbis, vbi dicit, *Ignorantes Dei iustitiam & suam volentes constituere, iustitiam Dei non sumus subiecti. Hoc in loco Paulus Dei iustitiam vocat quæ ex Deo erat, & ex Dei gratia per fidem Christi profecta. Suam vocat quæ ipsorum erat vel ex seipsis, ex solis videlicet naturæ propriæ viribus, audita tantum doctrina legis. Hic enim erat Iudæorum turpis error, quo putabant audita & cognita lege se sibi ipsis sufficere ad benè operandum absque gratia Dei, quum per Christum datur, & per fidem in Christum impetratur. Sic Augustinus. Dei iustitiam Apostolus vocat, non qua iustitia Deus iustus est, sed qua iustitia est homini ex Deo. Mox ex aliis Apostoli verbis hunc sensum probat. Et vt sciamus (inquit) hanc illum dixisse Dei iustitiam qua homini est ex Deo, alibi seipsum Apostolus explicuit dicens, *Non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed eam quæ est per fidem Christi, quæ ex Deo est. Quæ verba Apostoli mox explicans Augustinus ait. Quid est quod Apostolus dicit, non habens meam iustitiam quæ ex lege est, quum sua non esset lex ipsa sed Dei, nisi quia suam iustitiam dixit, quamvis ex lege esset, quia sua voluntate legem se posse putabat implere, sine adiutorio gratiæ quæ est per fidem Christi. Hæc ille. Sic de Iudæis eodem in loco dicit ideò Apostolus dixisse, quod suam iustitiam volebant constituere, quia eandem legem sui viribus se posse implere credebant. Item quod iustitia Dei non sumus subiecti, hoc est gratia Dei non sumus subiecti. Eandem explicatio-***

Epist. 120.

Rim. 9.

De gratia & lib. arb. c. 12.

Philip. 3.

Tract. 26. in Ioan. l. 3 c. 4. Epist. 100.

Matth. 20. 1. Cor. 2.

2. Tim. 2.

Instit. libr. 3. cap. 2.

In confes. fidei c. 4. n. 20.

Iustitia Dei quæ.

Luc. 2.

nem tradit multis aliis in locis. *Iustitia Dei per fidē est, quam dat homini Deus, vt sit iustus.* Rursum. *Apparuit in Christo iustitia Dei, id est vt hominibus ex Deo est.* contra 2. Epistolas Pelag. Item alibi. *Ignorans Dei iustitiam, id est, eam que datur ex Deo.* Idem repetit de Spiritu, & lit. c. 18. & 26. de gratia Christi c. 47. *Quære ergo iustitiam regni Dei, est quære illam iustitiā, quam nobis Deus largitur per gratiam Christi, vt ad regnum Dei perueniamus.* Hæc autem iustitia non est folius fidēi iustitia, qua credimus in Christum, & promissiones eius, (vt hodie hæretici perniciosissimē docēt) sed est iustitia bonorum operū in fide Christi, quæ Christus ipse per gratiam suam operatur in nobis, vt simus in eo noua creatura. Dicit Apostolus. *Gratia Dei saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est: non ex operibus, ne quis gloriatur.* Quo in loco ne Apostolus videretur bona opera à salutis nostræ medio planè excludere (vt ex hoc loco firmissimē se probare iactitant hæretici) doceatur populus duo, primū hæc ipsa Pauli verba benè intelligere, deinde quæ in Apostolo sequuntur benè expendere. Hæretici enim quia neutrum horum faciunt, seipfos, & alios pestilenter fallunt. Sed vtrumque S. Augustinus præclare fecit his verbis. *Audi, & intellige, non ex operibus ab Apostolo dictum, tamquam tuis ex teipso tibi existentibus, sed tamquam in his in quibus te Deus finxit, formauit, & creauit. Nam ne homines putarent hoc ita dictum quasi necessaria non sint bona opera credentibus: sed eis fides sola sufficiat (vt re vera hodie nostri dicunt) & quia poterant homines de bonis operibus extolli, velut ad ea faciēda sibi sufficiant, adiecit Apostolus, ipsius enim sumus creatura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ preparauit Deus, vt in illis ambulemus.* Hæc cum Apostolo Augustinus. *Habemus ergo iustitiam operum, non ex lege aut doctrina eius sola, non ex propriis viribus, sed ex gratia Christi renouātis nos, vt simus noua creatura.* Hac de causa idem Apostolus alibi docens, in quo demum vera salus, & iustitia consisteret, sic scribit. *In Christo Iesu.* (id est, ad salutem in Christo habendam) *neque circumcisione neque præputium aliquid valet, sed fides que per dilectionem operatur.* Et paulo

Ephes. 2.

De gratia & lib. arb. c. 8.

Gal. 5. & 6.

paulo post. *In Christo Iesu neque circumcisio neque præputium aliquid valet, sed noua creatura.* Hanc nouam creaturam alibi exponit ipse, vt in nouitate vitæ ambulemus, vt peccatum amplius nobis non dominetur. Hæc est enim Christi gratia nos iustificans, & saluans, hic effectus redemptionis per eum non solum, vt credamus in eum (quod solum semper pestilenter vrgent hæretici) sed, vt emundaret conscientias nostras ab operibus mortuis: vt mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Denique, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Hæc est iustitia Dei, iustitia fidei, iustitia Christiana, iustitia quam in hoc Euangelio Christus nos iubet primū, & ante omnia quære. Huius iustitiæ partes sunt oratio, elemosyna, ieiunium, vt Christus ipse nos docuit, instruens nos quomodo iustitiam nostram faceremus, non coram hominibus sed coram Deo. Pater, inquit, qui videt in abscondito, reddet vobis. Docet in illis tribus bonis operibus, & veri nominis iustitiam esse, & veram iustitiæ mercedem retribuui. Ad hanc iustitiam Christus nos instruit, quum docet nos, oleum semper habere in lampadibus nostris, vt luceat lux nostra coram hominibus: quum iubet fructum ferre cum patientia, tricesimum, sexagesimum, centesimum: quum nos palmitem esse docet à Patre purgandos, vt magis ac magis fructum afferamus: quum talenta data benè expendere, vigilare, & orem suam quotidie tollere, monet, hortatur, iubet. Hanc iustitiam bonorum operum in Christo docent omnes epistolæ Apostolicæ, Paulus vbique excepta priore parte epist. ad Rom. vsque ad cap. 12. & ad Galatas, Petrus, Iacobus, Ioannes, toti sunt in huius iustitiæ argumento. Quo magis detestandi hoc loco hæretici, qui solum fidei iustitiam malè intellectam inculant.

Rom. 6. & 8.

Hebr. 9.

Tit. 2.

Rom. 7.

Matth. 6.

Matth. 25.

6. & 11.

Ioan. 15.

Luc. 15. &

17.

DOMINI-

DOMINICA DECI-

ma quinta post Pentecosten.

Cum appropinquaret porta, ecce defunctus
efferebatur, & turba multa civi-
tatis cum illa.

De solenni &
religiosa se-
pultura.



DO C S per occasionem tractandi, de solenni, & honorifica atque etiam religiosa fidelium sepultura, iuxta Ecclesiæ Catholicæ ritum cum Clero, luminaribus, & hymnis, quem morem hæretici hodie subfannât ac derident. Christus hoc loco morem speliendi Iudæorum, ubi turba multa funus sequebatur, & mater defuncti vidua flens comitabatur, suo occursum honorabat, & luctum matris populique confluum celebri miraculo illustrabat. Iudæorum sepeliendi ritus quis fuerit, non multum atinet hoc loco differere. *planctum magnum* eos semper adhibuisse, & magis luctum quam laudes Dei, prosequi eos solitos fuisse, sepultura Iacob in terra Chanāan, Abner præsentem David, ac denique ipsius S. Stephani in recentibus adhuc Ecclesiæ Christianæ cunabulis (quum necdum certi ritus constituti aut politix Ecclesiasticæ certa forma posita esset) satis clarè testantur. At Catholicis Christianorum sepeliendi ritus quis fuerit, talis videlicet qualem hodie obseruat Ecclesia. Antiquitatis testimonia nos docebunt. Quam celebre fuerit B. Virginis Mariæ Deiparæ funus, cum luminibus, cum hymnis, & canticis (de quibus etiam antiquissimus Dionysius Areopagita scribit) cum floribus, & palmis copiosè describit Nicephorus in hist. Ecclesiastica lib. 2. cap. 22. Centurio quem D. Petrus conuertit in ciuitate Scepsi (quam totam à Gentilitatis errore liberavit) moriens, congregatis omnibus Christianis cum Eunomio presbytero, cum cereis accensis, & vario hymnorum cantu sepelitur, vt narrat in eius vita Simeon Metaphrastes, apud Surium die 13. Septembris. Gregorius Nyssenus in epist. ad Olympium, de morte

Gen. 50.
2. Reg. 3.
Act. 7.

Lib. de diuini
nominibus.

mortè sororis suæ Macrine, de sacerdotum cum psalmis, & canticis ad eius sepulchrum processu seorsim à reliqua turba (vt hodie fit) perspicuè narrat. Nec dissimiliter de Cæsarij fratris sui sepultura scribens Gregorius Nazianzenus. *Cum pompa*, inquit, *elatus est*, *sacris parentum manibus honoratus, cum mater luminaribus prelatione calamitati pietatem opponeret. Vocat, sacras parentum manus, sacerdotale officium, quod tam ipse Gregorius sacerdos, quam Pater ipsius tunc Episcopus, in funere exequiebantur. De hac Ecclesiæ notissima solennitate sic in D. Chryostomo legimus, qui ante annos 1200. scripsit. Dic mihi, inquit, quid sibi uolunt in funere lampades istæ festiue? Quid etiam hymni? Nonne, vt Deum glorificemus? Pro qua re, dic, presbyteros uocas & psallentes? nonne, vt consolationem recipias? Nonne, vt honores defunctum; Hæc ille. Vides hic omnes, & singulas sepulturæ Catholicæ ceremonias: Vides lampades seu cereos: Vides hymnos, seu psalmos: Vides presbyteros seu sacerdotes: Vides deniq; psallentes seu clerum cantantem: sacerdotique succinentem: Vides postremò causas grauissimas, Vt Deus glorificetur, vt defunctus honoretur, vt uiui consolentur. De sepultura Paulæ sanctissimæ fœminæ sic S. Hieronym. *Paula transtata Episcoporum manibus, & ceruicem feretro subiicientibus, cum alijs pontifices lampades, cereosque præferrent, alij choros psallentium ducerent, in media Ecclesia Saluatoris est posita. Tota ad funus eius Palestinarum urbium turba conuenit. Sic in funere Pauli eremita scribit Antoniù solùm, hymnos, & Psalmos ex Christiana traditione decantasse. In sepultura S. Bauonis ante annos 1000. & cereis, & psallentium choris funus eius curatum fuisse scribit in eius vita Theodoricus. In sepultura Danielis Styliæ (quem Zeno Imperator sui imperij miraculum, uocare solebat) etsi in ipsa basi & pede colunæ suæ sepeliretur, nec vlsquâ funus efferretur, tamè, præsentem Euphemio Episcopo stabat ex utraque parte tumuli clericis q; faces ferret, & lâpades teneret manibus, & ea caneret que cani solent in decessu. Hęc in eius vita Simeon Metaphrastes. Hæc maximè Antiquitatis testimonia sufficere possunt ad superbas hæreticorum hodie uoces reuincendas, qui has omnes ceremonias despectui habent, & rident.**

Orat. 7.

Homil. 4. in
epist. ad
Hebr.

Tom. 1.
epist. 22. c. 13.
ad Eustochiû.

DOMINICA DECI-

masexta post pentecosten.

Luc. 14.

Cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis
Pharisaorum, Sabbatho manducare panem, &
ipsi obseruabant eum, &c.

Hæretici obser-
uatores Phari-
saici.



L O C V S per occasionem aperiendi popu-
lo, improbum, malitiosum, planèque
Pharisaicum hæreticorum huius temporis
morem, ac studium obseruandi Sacer-
dorum ac Monachorum, totiusque cleri
Catholici vitam, actiones, & doctrinam, non vt dis-
cant aut meliores fiant, sed vt carpenti ac calumniandi
materiam accipiant, sicuti hoc loco Pharisæi obser-
uabant Christum an vellet sabbato curare, vt inde eum
tamquam legis transgressorem accusandi ac tradu-
cendi occasionem caperent. Solent enim hæretici
quicquid, vel in doctrina, vel in moribus Catholicorum
deficere videtur, in calumniam audissimè rapere,
odiosè agitare, & mirificè exaggerare, aut laude di-
gna, sapienter dicta vel facta penitus dissimulare, sicut
Pharisæi tot Christi miracula, tanta in populum bene-
ficia, tam variam caelestis doctrinæ copiam videre
& advertere nolunt, sed si quid præter legis Mosaicæ
præscriptum fortè commiserit, illud vnum studiosè
obseruant & odiosè exagitant. Sic in hodierno Evan-
gelio sanatum à Christo hydropicum (quod erat non
tantum insigne miraculum, verumetiam illustre &
singularis misericordiæ beneficium) prorsus negli-
gunt. Id vnum obseruant, quod sabbatho curauerit. Sed
nec rogati à Christo, an liceret sabbatho curare, respondere
dignantur homines maleuoli, verù tacentes, planequè
cupidè desiderante, s vt aliquid contra sabbathi reli-
gionem committeret, expectare malunt vt per igno-
rantiam violet, quàm ne violet ignorantem docere.
Dissimulare malunt suum de obseruatione mandati
iudicium, quasi que tacendo Christo consentire (què
Sabbatho curare solitum antea audierant) vt sic ille
confidentius errorem quem putabant, suum manife-
staret,

staret, quàm (quod tales Magistros imprimis de-
cebat) suam sententiam manifestado ab errore illum
reuocare: Idquè eam ob causam, vt aliquid in Christo
iusta reprehensione dignum homines fastu & malitia
pleni explorarent. Hæc tã varia & multiplex Pha-
risæorum erga Christum inuidia, maleuolètia, dissi-
mulatio, astutia, in nostris quoque hodie hæreticis qui
nouit totius orbis Magistri esse volùt, supercilio ob-
ducto plusquàm Pharisaico manifestè conspicitur. Pri-
mum obseruant Catholicorum actiones, vitã & mo-
res. Romam proficiscuntur, non vt prisecam illam &
à Patribus laudatam Romanæ vrbs pietatè in mar-
tyrum frequentissimis memoriis visitandis inspi-
ciant; non vt opera illic caritatis Christianæ innumera
obseruent, in tam variis tamque opulentis Xeno-
dochiiis, Nosocomiis & Ptochotrophiis erectis
non vt societates & confraternitates notent ad Dei
cultum exactiorem piè institutas: non vt frequentissi-
mas ac ardentissimas diuini verbi explanationes audi-
ant, non vt grauiissimum DD. Cardinalium Senat-
um, & sapientissimum illud Collegium, virorum in
omni scientiarum genere, prudentia, pietate, nobilitate
præstantissimorum venerentur: non vt cum doctis-
simis omnium gentium qui illic versantur, familiaritate
contracta, aliquem vel eruditionis, vel pietatis
fructum referant: sed tolerata illic in vno vrbs
angulo lupanaria, tamquam foetida sues, simum ali-
quem in amplissimi & excultissimi cuiusquam hori-
angulum coniectum obseruant, scrutantur, ventilant.
Monachorum instituta, totamque vitam monasticam
perlustrant, & perquirunt diligenter, non vt
sanctissima illa paupertatis voluntariæ, obedientiæ
& castitatis vota intelligant: non vt diuini numinis
assiduum cultum, victus ac vestitus præscriptam sobrietatem,
studia, lectiones, & exercitationes piæ videant atque
cognoscant, sed in externa tantum oculos conici-
entes, & minutiora quæque constantes habitum non
visitant, gestus corporis non politicos, sed religio-
sus, sed proprias quasdam vacatio-
que instituti ceremonias ac ritus, otium ac vacatio-
nem à publicis muneribus, homines carnales &

Hieron. in
præf. l. 1. in
epist. ad Gal.

animales (quorum tota ratio intelligendi est consuetudo cer-
nendi, ait Augustinus) obseruant, irrident, lacerant,
ad populo irridenda propinant. Nostri monachi (ait
Caluinus) precipuam sanctimonie sue partem in otio collo-
cant. Ita homo improbus, & verus Phariseus otium
taxat, sed hoc otium quam sanctis negotiis, non
quidem mundanis, sed caelestibus impeditur, aduer-
tere non vult. Episcoporum, pastorum, aliorumque; Sacer-
dotum pios pro Ecclesia Dei labores, ut verbi prae-
dicationem, sacramentorum administrationem, orationes,
& sacrificia quotidiana, (ex quibus omnibus incre-
dibilis ad totum populum fidelem fructus accrescit, imò
tota fidelium salus aeterna dependet) non vident, non
obseruant hodierni haeretici. Sed si quis Episcopus,
pastor, sacerdos, aliquo forte crimine maculetur, ut
auaritia, luxuria, ebrietatis, &c. haec paucorum cri-
mina obseruant diligentissime, odiosissime exagitant,
& mendacissime exaggerant, ut totum ordinem, or-
dinisque statum apud imperitum, & rude vulgus tra-
ducant, More sane veterum haeticorum, de quibus ita
August. Ad quid aliud sedent isti, quid aliud captant, nisi, ut
quisquis Episcopus vel clericus, vel monachus, vel sanctimo-
nialis ceciderit, omnes tales esse credant, sed non omnes posse
manifestari: Et tamen etiam ipsi quum aliqua inuita-
uentur adultera, nec proiciunt uxores suas, nec accusant ma-
tres suas. Quum autem de aliquibus qui sanctum nomen pro-
ferunt, aliquid criminis vel falsi supererit, vel veri patuerit,
instanti fatagunt, ambiumque de omnibus hoc credatur. Et
paulo post. Haeretici non habendo quod in causa sua diuisio-
nis defendant, non nisi hominum crimina colligere affectant,
& ea ipse plura falsissime iactant, quia ipsam diuinam scriptu-
rae veritatem qua ubique diffusa Christi Ecclesia commenda-
ta, criminant, & obscurant. Ita possunt, homines per quos pra-
dicatur adducant in odium, de quibus & fingere quicquid in-
uentem venient, possunt. Haec Augustinus de sui tempo-
ris Donatistis haeticis. Sic videlicet obseruant ho-
die haeretici Catholicos Pastores, sicut Pharisei
Christum obseruabant, in cuius doctrina quia ni-
hil reprehendere poterant, in moribus, & vitae actio-
ne reprehendere studebant, obseruantes cum in Sabba-
tho cur, res.

Inst. l. 4. cap.
13.

Epist. 137.

DOMINICA DECI-

masseptima, post Pentecosten.

In his duobus mandatis vniuersa lex pendet,
& Propheta.

Matth. 22.



Luculentem pestilentem ha-
reticorum hodie de sola fide saluate,
ac iustificante doctrinam acriter ta-
xandi, & perspicue refutandi. Docet
enim Saluator disertis verbis vniuer-
sam legem, & Prophetas in duobus
illis mandatis de duplici caritate Dei & proximi, pen-
dere, id est, compleri, & consummari. Idem vero al-
io in loco disertissime quoque dixit. Nolite putare qua-
niam veni soluere legem, & Prophetas: non veni soluere, sed
adimplere. Et quo sensu venit, legem adimplere, eodem
in loco multis verbis expressit, ubi multa legis mora-
lia praecepta commemorans, tantum abest, ut illa per
doctrinam fidei atque Euangelij cessare doceat, quasi
ad salutem amplius non necessaria, ut contra eorumdem
praeceptorum exactiorem, & perfectiorem ob-
seruationem doceat. Nempe in lege homicidium
prohiberi, a se vero omnem iram, omne conuiuium
atque maledictum. In lege moechiam, seu adulterium
prohiberi, a se etiam aspectum cum concupiscentia
mala coniunctum vetari; denique in lege periurium
prohiberi, a se omne temerarium iuramentum e me-
dio tolli. Quum ergo tota lex, & Propheta, id est,
omnia moralia mandata: (nam de istis in hoc Eu-
angelio agebatur,) & omnia virtutum praecepta,
ac documenta, quae passim in lege, & prophetis ha-
bentur, in duplici illo caritatis praecepto pendeant,
& compleantur, Christus autem venit, ut legem, &
prophetas adimpleret, euidetissime contra impios
huius temporis haeticos sequitur, duplicis huius
caritatis praecepta in suo pristino vigore permanere,
& ad salutem aeternam non minus esse necessaria,
quam antea fuerunt, ideoque tererrimanam, & abomi-
nandam

Bona opera
necessaria ad
salutem.

nandam hæresim esse, quod sola fides iustificet, & saluum faciat: quasi in sola fide vniuersa lex penderet, & prophetæ: quod Christus hic apertissime negat, aut quasi lex, & prophetæ in suis moralibus præceptis amplius non obligarent: quod Christus alio apud Matthæum loco non minus aperte pernegat dicens, *Nolite putare, &c.*, vt supra. Docet ergo hoc loco Saluator non solum alia morum præcepta in his duobus mandatis pendere, iuxta illud Apostoli, *Qui diligit proximum, legem impleuit, & plenitudo legis est dilectio*, quia in hoc verbo, *diliges proximum tuum sicut teipsum* (quod alicui mandato de diligendo Deo simile est, ait in hoc Euangelio Saluator) *si quod est aliud mādatum, instauratur*, id est, sufficienter, & plenè obseruatur: quia videlicet qui diligit proximum, nec mœchabitur, nec occidet, nec furabitur, &c. nec denique non poterit non Deum pariter diligere, quia non diligit proximū verè, & vt oportet, nisi in ordine ad Deum diligit: ideoque necessariò diligendo proximum diligit Deum: nec possunt illa duo ab iniuicem separari, vt ex Christi verbis docet Patres. August. Chrysost. Prosper, & alij omnes, verum etiam ipsam quoque fidem in his duobus mandatis pendere Christus hoc loco docet. Fidem enim in Christum de semine Abraham, ac David, lex & prophetæ passim prædicant ac docent. Sed hanc fidem caritas perficit, & ideo gratam facit. *Fides enim sine operibus mortua est. Etsi omnem fidem habuerō, itaq; vt montes transferam* (ait Apostolus) *caritatem autem non habuerō, nihil sum*. Multo minus iustificatus sum, saluus sum, vt hodie blasphemant hæretici: solam fidem iustificantem docentes. Et rursum, *Qui non diligit, manet in morte*. Quid ergo prodest fides non diligenti Deum, id est, non operanti, & seruanti mandata? *Qui enim diligit me, sermones meos seruat; ait Christus*. Docendus ergo diligenter populus Christianus, quod tota lex & prophetæ, id est, tota que tunc erat Scriptura, in duobus caritatis præceptis pendet, in illis completur, in illis sic, vt oportet creditur, & obseruantur. Vnde S. August. ad hæc duo mandata tamquam ad suum finem referri docet non solum

solum omnia alia præcepta, sed etiam totam legem & prophetas; imò totum corpus Scripturæ. *Summa, De doctr. (inquit) eorum quæ diximus hæc est; vt intelligatur legis, & Christi. lib. 1. omnium Diuinarum Scripturarum plenitudo, & finis esse dilectio rei, qua fruendum est, id est, Dei; & rei quæ nobiscum ea re frui potest, id est, proximi. Quisquis igitur Scripturas Diuinas, vel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita vt eo intellectu non adificet istam geminam caritatem Dei, & proximi, nondum Scripturas intellexit. Hæc ille. Viderint ergo hodie hæretici quomodo Scripturas intellexerunt (qui se solos eas intelligere venditant) quum hanc geminam caritatem adeò non ædificet, vt eam destruant penitus, docentes eam ad salutem æternam non esse necessariam. At Christus in hoc Euangelio docuit in istis duobus mandatis totam legem, & prophetas pendere, id est, totam reliquam Scripturam nihil nos iuuare, nisi hæc duo mandata obseruentur: ad hæc duo cætera omnia destinari: ideo nos credere quicquid de Christo, lex & prophetæ prædixerunt, vt Deum diligamus, & in Deo proximum, diligentes autem salui fiamus, iuxta illud Christi: *Qui diligit me, diligitur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum, id est, diligendo saluabitur, & visione mea in æternum fruetur. Hic est finis legis, & prophetarum totiusque Euangelicæ doctrinæ, quæ legem nõ soluit, sed adimplet. Si quis diligit Deum, hic cognitus est ab eo, ait Paulus. Insaniunt hæretici qui per solam fidem se cognosci à Deo putant. Cognosci enim à Deo est ei gratum & acceptum esse. Nouit Dominus qui sunt eius. Et in die iudicij dicetur. Discidite à me operarij iniquitatis, Nescio vos. Ergo nec Deum in Scripturis nouit, nec à Deo cognoscitur, nec legem & prophetas tenet, qui hæc duo caritatis mandata non tenet.**

Rom. 13.

a De Trin.

lib. 8. c. 8.

b Ad pop.

Antioch. ho.

34.

c De vita

censimpl. l. 3.

c. 15.

Luc. 2.

1. Cor. 13.

1. Ioan. 3.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

1. Cor. 8.

1. Tim. 2.

Matth. 25.

Promptuarium Catholicum
DOMINICA DECI-

maoctava, post Pentecosten.

Et videns Iesus fidem illorum, dixit Pa-
ralytico, Confide filii.

Matth. 9.

Fides in Euan-
gelio à Chri-
sto laudata,
qualis fides.



Locvs idoneus, & opportunus decla-
randi cōtra hæreticos nostri temporis,
quam fidem Euangelium intelligit,
quando varias sanationes, ipsamque
remissionem peccatorum, vt hoc loco,
à Christo collaram, fidei tribuit. Non enim intelli-
git specialē fiduciam ab hæreticis hodiè cōfictam, &
inuentam, sed intelligit fidem Catholicam, & gene-
ralem, id est, firmum assensum mentis Diuinitus
datum circa Christi potentiam, quo videlicet crede-
bant Christum posse eos sanare. Talem enim fidem
Christus apud Marcum à Patre Iunatici flagitabat.
Dicente enim ei Patre, *si quid potes, adiua nos miser-
tus nostri, Iesus ait illi, si potes credere (me scilicet te posse
adiuuare) omnia possibilia sunt credenti. Et continuo excla-
mans pater pueri cum lachrymis aiebat. Credo Domine, adiu-
ua incredulitatem meam: quam videlicet prius expresse-
rat, dicens: si quid potes, adiua nos: quæ vox erat in-
credula. Crede ergo hoc loco quod Christus pos-
tulat, non est habere fiduciam aut benè sperare, sed
id, quod propriè sonat, assentiri veritati de potentia
Christi, cui opponitur incredulitas non timiditas,
aut differentia. Sed, & hoc eodem capite apud Mat-
thæum, clamantibus duobus cæcis, *Miserere nostri Fi-
li David, dicit eis Iesus, Creditis quia hoc possum facere vo-
bis? dicunt ei, Miq̃ue Domine. Tunc tetigit oculos eorum, di-
cens, Secundum fidem vestram fiat vobis. Illam nempe fi-
dem dicit qua credebant Christum posse illis mise-
reri, & lumen oculorum dare. Talis erat fides Hæ-
morrhoiis: hoc eodem capite: quã expressit, quum
diceret intra se, *si tetigero tantum vestimenta eius, salua
ero. Hæc enim firma erat animi conceptio de virtu-
te, & potentia Christi: de qua Christus dixit, confi-
de filia,***

Marc. 9.

Matth. 9.

de filia: id est, sis bono animo de beneficio iam acce-
pto: *Fides tua te saluam fecit.* Qua videlicet credidisti
te ex tactu vestimentorum meorum saluam seu sana-
tam iri. Sanata enim iam es, & *sensi virtutum exisse de
me.* Sed, & hanc fidem ac credulitatem de Christi po-
tentia leprosus ille sanari cupiens expressit, dicens, *Domine si vis, potes me mundare.* Potentiam Christi diser-
tè asserit, de voluntate trepidanter, & dubitanter lo-
quitur, sed Christus contentus fide, quã adhuc care-
bat fiducia, promptè, & benignè respondit, *Volo mun-
dare, id est, esto mundus.* Denique fides Centurionis
tantopere à Christo laudata, erat fides, & assensus
mentis circa potentiam Christi. Dixit enim, *Dic ver-
bo, & sanabitur puer meus.* Postremò profitetur se in pa-
tria sua nullas virtutes facere potuisse propter incre-
dulitatem suorū, id est quia non credebant eum esse
Prophetam, &c. Huic ergo fidei de potētia ac boni-
tate Christi, qua credebant illum posse Diuinas vir-
tutes facere, tribuebat Christus ea, quæ ab ipso pe-
tebantur beneficia, visum cæcis, gressum claudis, san-
nitatem ægris. Hanc fidem videns Christus, tum in
paralytico, tum in amicis eius, dixit paralytico, *Re-
mittuntur tibi peccata tua: & paulò post, Tolle grabatum
tuum, & propter hanc fidem vtramque, & internam,
& externam sanitatem dedit. At fides specialis ab
hæreticis hodiè inuenta, quæ videlicet solas prom-
issiones amplectitur, & illas sibi specialiter appli-
cat, nec in hoc, nec in aliis Christi miraculis vltim
locum habuit. Neque enim aliquid Christi prom-
issiones præcesserunt de sanandis omnibus, qui ad
eum accederent, quas isti cæci, claudi, paralytici,
& alij, seu Iudæorum, seu Gætiū ægroti, fide speci-
ali conciperent. Quod est contra hæreticos hodiè
diligēter notandum. Quomodo enim tot illi à Chri-
sto sanati, & peccatorum remissionem consecuti per
fidem specialem, quæ iuxta doctrinam Protestan-
tium promissionibus nititur, & promissiones gra-
tiæ apprehendit, illa consequi potuerunt, quum ta-
les promissiones nullæ antea præcesserint, aut vul-
go Iudæorū vlllo modo inuouerint? Docendus igitur
populus fidelis Christum sua beneficia, tam quo-*

Luc. 8.

Matth. 8.

ibidem.

Matth. 13.

Marc. 6.

Specialis fides
nullos saluos
fecit in Euan-
gelio.

ad animam quam quoad corpus contulisse propter fidem in sensu Catholico, id est, propter humilem assensum huic veritati præstitit, quod Christus erat magister propheta Dei. & qui posset magnas virtutes facere, non propter fidem in sensu heretico, siue speciale quoad solas promissiones, siue etiam fiducialem, quasi fides in toto Evangelio nihil nisi fiduciam significaret.

Fides nec est fiducia nec semper coniunctam habet fiduciam.

Locvs igitur alius est notandi hoc loco contra hereticos, fidem illorum quos in Euangelio Christus sanauit, non fuisse quidem semper absque fiducia, imò aliquando cum certa, & magna fiducia fuisse coniunctam, vt in muliere Chananæa, in Hæmorrhøissa, in Magdalena & in Centurione, tamen nec semper tali fiducia ornatam fuisse, vt in leproso, qui dixit, *Domine si vis, &c.* & in Patre lunatico, qui dixit, *si quid potes, adiuua nos*, nec ipsam fiduciam fuisse, sed virtutem ab ea planè distinctam, & ex qua sequebatur fiducia. Nam ex fide nascitur fiducia, qui Deum credit esse, & potentia maximum, & bonitate optimum, facile de hac summa bonitate cū summa potentia coniuncta fiduciam concipit. Sic fides in Christum quem & Deum esse credimus, & humani generis amantissimum redemptorem parit fiduciam erga eundem. Vnde Apostolus. *In Christo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.* Distinguit fiduciam à fide, & ostendit per fidem haberi fiduciam. Rursum. *Iustificati ex fide, pacem habeamus apud Deum.* Pacem dicit bonæ cordis confidentiam. Quod apertius ad Hebræos scripsit. *Habentes fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi* (quem videlicet credimus oblatum semel esse pro remissione omnium peccatorum) accedamus cū vero corde in plenitudine fidei: *teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem.* Et rationem subiungit, *fidelis enim qui repromisit.* Apertè ex fide deducit fiduciam, tamquam ex causa effectum. Nam quia credimus Deum esse in suis promissionibus fidelem, ideo fiduciam assumimus, ideo bonam spem concipimus. Fiducia enim propriè loquendo, nec ipsa fides, nec ipsa spes est, sed vtriusque certus quidam gradus, & modus: nempe spes bona & valida, vel vt loquitur Apostolus, *gloria spei*, id est, spes gloriosa ex opinione seu persua

Ephes. 3.

Rom. 5.

Hebr. 10.

persuasiōe firma ac certa. Sicut ergo fides non est ipsa spes, sed spei fundamentum, iuxta illud Apostoli, *fides est rerum sperandarum hypostasis. i. basis. & fundamentum*, sic non est ipsa fiducia, sed fiducia magna causa, & parens certa. Sequitur enim semper fiducia fidem, atque adeo gratiam & beneficium ipsum iam per fidem acceptum. Nam in præsentī Euangelio, in sanando paralytico, *Videns Iesus fidem illorum* (portantium, scilicet, atque eius qui portabatur) *dixit paralytico, Confide fili, Remittuntur tibi peccata tua.* Hic enim iubetur paralyticus confidere, & habere fiduciam gratiæ Dei, propter remissionem præcedentem per fidem, non vt per illam fiduciam remissionem consequeretur. Non enim dicitur illi, *Remittentur*, sed *Remittuntur*, id est, remissa sunt. Sic Hæmorrhøissa iam sanata dixit Dominus, *Confide filia, fides tua te saluam fecit*, manifestè docens, post salutem ex fide comparatam, fiduciam esse concipiendam. Atque hac de causa Apostolus sæpius ad fiduciam hortatur iam credentes, & iam per fidem iustificatos: Ephesios dicens, *In quo* (Christo) *habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius: propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis, &c.* Hebræos, dicens, *Acedamus cum fiducia ad thronum gratiæ, &c.* Et iterum, *Nolite amittere confidentiam vestram.* Non ergo est ipsa fides fiducia, neque qui ex fide iustificatur, ex fiducia iustificatur, sed qui iam iustificatus per fidem est, ad fiduciam exhortandus est. Parit enim fides fiduciam, & sine fide præsumptio est. Hæc ideo notanda sunt, & populo explicanda, vt intelligent fidem iustificantem, fidem in Euangelio toties circa Christi miracula commendatam (vt in præsentī Euangelio) non esse fiduciam hereticorum, qua sibi certò promittunt vel gratiam Dei, vel vitam æternam, sed esse fidem propriè dictam, id est, piū & humilem assensum veritati, quo credebant Christum esse prophetam magnum, & posse eos sanare. Quo intellecto cauebunt multa falsa hereticorum argumenta, multas fraudes & imposturas, quibus ex itis miraculis imperitos decipiunt, astruentes & dicentes per solam fidem sic nos hodiè Christum iustificare, sicut olim per solam fidem tam multos sanabat.

Hebr. 3.

Hebr. 12.

ἀπεορτάσθαι

Ephes. 3.

Hebr. 4.

Hebr. 10.

Fides quæ saluos fecit non fuit sola.

Luc. 7. & 8. Locv's adhuc alius hinc erit docendi populum contra hæreticos horum temporum, fidem huius paralytici, vel illorum qui eum per regulas in grabato demiserunt, vel aliorum quorumcumque quos à Christo sanatos legimus, fidem, inquam, quam toties Christus laudauit, & de qua aliquando dixit, *fides tua te saluum fecit*, non fuisse solam, vt hæretici hodiè simplicibus persuadent, volentes suam solam fidem ex huiusmodi Scripturis stabilire, sed fuisse cum aliis virtutibus coniunctam, vt cum spe, cum fiducia, cum dilectione, cum obedientia, cū precibus, cum lacrymis, aliisq; piis & Deo gratis operibus. Nam in præfenti Euangelio amici huius paralytici præter fidem, magnam & ingentem ostenderunt spem atque fiduciam, qui cum alia via non pateret, ascendentes in tectum per regulasuum agrum demiserunt. Aderat etiam in hoc facto magna proximi dilectio: adfuit labor & industria. Adfuit ardens desiderium iuuandi, vt per aliena tecta, & cum damno alterius suum infirmum ad Christi pedes adducerent. In muliere Chananæa præter ingentem fiduciam aderat preces feruentes, humilitas maxima, quum se castellis assimilaret: perseverantia egregia, quum semel atque iterum reiecta persisteret. In Hæmorrhoiſta præter fidem & fiduciam magna humilitas, *ad simbriam se demittens*: multa verecundia factum abscondens: ingens tremor se deprehensam videns, profunda pietas *ad pedes Christi procidens*: ingenua confessio acceptam sanitatem agnoscens. In Centurione similiter præter fidem erat maxima humilitas. *Domine non sum dignus, &c.* Erat singularis spes ac fiducia. *Dic verbo & sanabitur puer meus.* In Magdalena porrò, cui etiam Christus dixit, *Fides tua te saluam fecit*: ardentissima dilectio, de qua Christus dixit, *dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum*, Amarissima pœnitentia, quia lacrymis rigauit pedes eius: profundissima humilitas & sui abiectio, quum capillis suis (quibus antea meretriciam artem exercens nihil pretiosius habuit) pedes eius abstergebat. Sic in cæcis & in leprosis sanatis præter fidem erat instans oratio, fortis fiducia, & firma perseverantia. Nusquam erat sola fides. Quæ

te & Christus nunquam dixit simpliciter, fides te saluum fecit, vel sola fides. sed dixit. *Fides tua te saluum fecit*, id est, talis fides, qualis tua est, tot aliis virtutibus ornata. Quod autem Archifynagogo dixit. *Noli timere, tantummodo crede*: non sic dixit quasi propter solam fidem patris sananda esset filia (quanquam si solam fidem patris ad sanandam filiam Christus requireret, iustificationem internam per solam fidem fieri hoc non probaret) sed sicut medicus ægro dicere solet. *Sis tantum bono animo & conualeces*: quum tamen præterea dietam seruare, & medicamenta accipere ex præscripto medici oporteat. Sed cur ergo Christus non nisi fidem laudat in omnibus à se sanatis: cur non nisi fidem Euangelium difertis verbis in singulis istis miraculis commendat?

Locv's igitur alius erit docendi hic populum à Christo & ab Evangelistis fidem laudari, non alias virtutes (etsi dilectionem Magdalena difertè & accuratè Christus laudauerit) propter duas causas. Primum quia fides est radix & origo omnium virtutum quæ Deo placent. Sic solet laudari arbor, cuius fructus est bonus. Sanè fructus per se bonus est, & per se placet. Laudamus tamen sæpe arborem vel hortum in quo crescit arbor, vel etiam hortulanum ipsum aut dominum horti prætermissa laude fructus ipsius. Nempe superioribus causis meritò amplius tribuitur. Sic Iacobus laudat obedientiam Abraham in immolando filio, quia huic eius operi fides cooperabatur. *Vides quomò fides cooperabatur operibus illius, id est, radix & principium operum eius erat fides.* Vnde Augustin. *Magnum opus, sed ex fide. Laudo superedificationem operis, sed video fidem fundamentum. Laudo fructum boni operis, sed in fide agnosco radicem. si enim hoc præter fidem certam faceret Abraham, nihil illi prodesset qualecumque illud opus esset.* Laudatur ergo fides, & fidei tribuuntur etiam aliarum virtutum opera, quia radix omnium virtutum est, recta fides. Nulla opera placent adeò nisi in fide facta. Alia causa fidei à Christo, & Evangelistis commendatæ est, quia fidei efficacia, dignitas, & virtus tum à Christo tum ab Evangelistis, & Apostolis in illa prima Iudæo-

Luc. 18.
Matth. 9.

Mat. 5.

Cur fidei salus tribuitur.

Iac. 2.

In præfat. enar. in Psal. 31.

rum & gentium conuersione præcipue prædicanda erat. In omni disciplina, via, & ratione tradenda, à principiis tutius ordiendum est. Sic Christus, sic Euangelistæ facere volentes, fidem à qua ordiendum erat, ante omnia laudant, inculcant, prædicant. Prius fundamentum ponunt, vt postea bonorum operum structuram egregiam superædificent. Sic August. *Si volumus, inquit, amicos ad rectè viuendum frigidos, & pigros Christianis exhortationibus excitare, & accendere, primitus exhortemur ad fidem qua Christiani fiant, & eius nomini subiiciantur, sine qua salui esse non possunt. Si autem iam Christiani sunt, & rectè viuere negligunt, verberemur terroribus, & præmiorum laudibus erigantur. Laudatur ergo fides in Euangelio, ac si Grammatica laudaretur in puero.*

Videns fidem illorum.

L O C V S appositus docendi populum contra hæreticos horum temporum, fidem & deuotionem aliorum nobis plurimum prodesse, quod directè militat contra illorum solam fidem saluantem, & iustificantem. Centurionis fides profuit puero eius paralytico ad eum sanandum. Chananæ fides sanauit filiam suã. Archifynagogi fides requiritur, vt filia eius curetur. Et hic aliorum fides sanauit paralyticum, adeoque peccatorum remissionem obtinuit, nõ quidè per formam meriti aut causã necessariã, sed per modum suffragij. Egrejiè de hac aliorum fide Cyrillus Hierosolymitanus. *Tantam habet virtutem fides, vt non solum ille qui credit saluetur, sed etiã aliis credentibus alij saluentur. Non erat fidelis ille paralyticus in Capernaum, sed qui ferebat illum, & per lectum funibus demittebant, illi credebant. Et ne me putes illum accusare, Euangelium ipsum dicit. Videns Iesus fidem non illius, sed illorum, &c. Illi qui ferebant, credebant, & paralyticus potitus est salute. Hæc ille. Sic D. Hieronymus, & Ioannes Episcopus à Duo Thoma in catena scitatus, hunc Matthæi locum explanant. Sic per fidem sororis resuscitatus est Lazarus. Quum enim Martha non nihil dubitare, & diffidere cœpit, dicens, Domine iam fiet: quatriduauus est, respondet ei Christus, Nonne dixi tibi quoniam si crederis, videbis gloriam Dei. Ioannis Episcopi verba sunt.*

De nat. & gratia. c. 68.

Aliena fides prodest ad salutem.

Math. 8.

Math. 13. Mar. 5.

Catech. 5.

Thomas in Catena.

Ioan. 11.

sunt. *Quantum apud Deum valet fides propria apud quem sic valuit aliena, vt intus, & extra sanaret hominem: Idem censeret circa hoc factum Ambrosius. Magnus, inquit, Dominus, qui aliorum merito ignoscit aliis, & dum alios probat, aliis relaxat errata. Quæ tamen omnia non ita sunt intelligenda, vt absque propria fide adultus aliquis saluetur, sed quòd aliena fide, & deuotione alius interdum saluatur, quia aliena fides impetrat ei fidem qua saluetur, (quòd Paulo impetrasse Stephanum aliqui doctores putant) & aliena deuotio atque oratio impetrat alteri gratiam qua credit, & diligit Deum, impetrat inquam non meretur. Nam vt mereri vel sibi vel alteri primam gratiam nemo potest, ita eundem alteri impetrare nulla Scriptura contradicit.*

Lib. 5. in Lucam,

Vi sciatis quia filius hominis, &c.

L O C V S ostendendi cõtra hæreticos nostri temporis potestatem remittendi peccata in Ecclesia esse relictam, eõsq; hanc potestatem negantes his Pharisæis esse persimiles. Quam enim Christus, vt homo potestatem à Patre habuit remittendi peccata in terris, eandem prorsus Apostolis suis eorundem in Ecclesia successoribus dedit, dicens eis, *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos: Accipite Spiritum S. Quorum remiseritis peccata, remissa sunt, &c.* Iudæi autem dicunt Christum blasphemare, quia dixerat paralytico, *Remittuntur tibi peccata tua.* Hæretici tantumdem de Ecclesia dicunt, quòd & ipsa blasphemet dicens in sacramento pœnitentiæ, *Ego te absoluo, &c.* Non propter formam verborum diuersam (quum nec ad certam formam Christus alligari debuerit, nec re vera aliud significet formã verborum quam Ecclesia tenet, quã verba Christi significabant, nempe quòd ipse remitteret peccata, vt satis intellexerunt Pharisei, nec illum eorum intellectum Christus reprehendit), sed quia solam declarationem factæ remissionis, non autem veram aliquam remissionem ab Ecclesia fieri pernegant. Sed de vera ac efficaci peccatorum remissione

Remissio peccatorum in Ecclesia.

Ioan. 20.

DOMINICA DE-

cimanona post Pentecosten.

Amice quomodo huc intraſti non habens
veſtem nuptialem?

Matth. 22.

Dominica in Albis. sione per Ecclesiam facta, vide supra in alia Domini-
ca. Mendaces solum hæreticorū calumniæ sunt hoc
loco repellendæ. Aiunt Ecclesiam quod folius Dei
est sibi arrogare. Dicente propheta. *Ego sum qui deleo
iniquitates tuas.* Ad hoc responde quod Patres, Cyril-
lus, Ambrosius, Augustinus, respondēt verbis supra
citatis. Aiunt nos vrgere quod est impossibile, om-
nium peccatorum recitationem. Mentiuntur. Reci-
tatio requiritur eorum quorum meminisse possumus
debita adhibita diligentia. Aiunt hanc debitam di-
ligentiam infinitos scrupos conscientia iniiicere
semper dubitanti an debitam adhibuerit. Responde.
Christus iubet vigilare, iubet orare. Sed quis nouit
quando debite hoc fecit, & vt oportuit: Cæterum
nec Christus propterea, nec Ecclesia scrupos, & la-
queos conscientia iniiicit, sed homines ratione
præditos, & pietate imbutos monet, vt pie ac ratio-
nabiliter vtrumque præstent: reliquos defectus, tum
hic, tum in aliis officiis Dei misericordia per Chri-
stum relinquendo. Aiunt nos negare cæli ingressum,
si quis conuiteri negligat, vt à sacerdote soluatur.
Resp. Si neglectus ille merus contemptus fiat, ve-
rissimum est, quia clauēs à Christo datas contemnit.
Si negligentiam intelligunt ex necessitate indictam,
mentiuntur. Obiiciunt scire sacerdotem non posse
an verè eum pœniteat qui constitetur, ideòque ne-
scire an absoluat: & per consequens rem incertam
facere. Responde primum si hoc argumentum valet,
ergo neque Ministri hæretici possunt declarare ab-
solutos, sicut illi docēt. Nesciunt enim an verè Deus
illos absoluerit. Deinde resp. sensum horum verbo-
rum, Ego te absoluo, hunc esse, Benefi-
cium absolutionis tibi impendo, si
ca indiges, necdum satis con-
tritus, vt in illis, *Ego te
baptizo, adultum
scilicet si fictè
non ac-
cedis.*
* * *

Caluini calum-
nia mendaces. Inſtitut.
lib. 3. cap. 4.



O c v s evidens demonstrandi contra hæ-
reticos nostri temporis necessitatem bo-
norum operum ad salutem æternam con-
sequendâ. Hæc enim vestis nuptialis, qua
qui caruit mittitur in tenebras exteriores, idest, ab
æterna salute excidit, est ipsa caritas, bonorum ope-
rum mater. & altera radix, vel est ipsorum bonorum
operum aggregatio, & mandatorum obseruatio. Hoc
ita se habere, & euidenti demonstratione ex contex-
tu præsentis Euangelij perita, & ex aliis Scripturis, ac
demum ex authoritate veterum interpretum proba-
tur. Ex contextu hoc patet, quia quatuor hominum
genera hæc parabola proponit. Primum genus eor-
um est, qui vocati, & inuitati ad nuptias cælestes,
Nolebāt venire. Hi sunt Iudæi, per primos seruos, idest,
prophetas, ad Christi Mediatoris fidem vocati, inui-
tati, edocti. Secundum genus eorum est, qui per alios
seruos, idest Apostolos, & eorum successores voca-
ti ad nuptias, idest, ad Ecclesiam & fidem Christi, partim
neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam,
alius verò ad negotiationem suam, idest, prædicanti-
bus Apostolis propter mundi amorem Christianam
religionem, que mundi contemptum docet, amplecti
noluerunt, vt plurimæ gentes, vel ex gentilibus plu-
rimi fecerunt, partim tenuerūt seruos eius, & contu-
meliis affectos occiderunt, &c. quales erant per mul-
tas ætates persecutores religionis Christianæ. Ter-
tium genus eorū est qui venerunt ad nuptias, & discub-
uerunt, idest, per fidē & sacramenta Ecclesiæ Chri-
stianæ membra se profitebantur, Quartum genus in
isto designatur, qui etsi discumberet, & amicus esset,
etsi

Bonorum o-
perum neces-
sitas.

Vestis nuptia-
lis est caritas.

et si fidem amplexus, & Ecclesie incorporatus ad Christi corpus mysticum pertineret, tamen carebat veste nuptiali, id est, ornamento aliquo præter fidem necessario. Fide enim ipsa, & professione Christiana si caruisset, ad nuptias agni nõquam ingressus fuisset, & multò minus discubuisset, id est, sacramentorum particeps effectus non esset. Docet ergo ipse contextus euidenter vestem nuptialem hoc loco, non ipsam fidem ut hæretici voluit, sed hominis iam per fidem in Ecclesiam recepti aliquod ornamentum, & indumentum necessarium significare. Iam verò quale hoc sit indumentum necessarium, quæ sit hæc vestis nuptialis necessariò requisita, (quippe sine qua in tenebras proicitur exteriores) aperte & disertè aliæ Scripturæ nos docent. Sic enim in Apocalypsi legitur. *Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quia uenerunt nuptie agni, & uxor eius preparauit se. Et datum est illi (id est, uxori Agni quæ est Ecclesia) ut cooperiat se bysino splendenti & candido.* Hæc est vestis sponsæ, vestis nuptialis totius Ecclesie militantis. Sed vide quid per hanc vestem significetur. Sequitur, *Bysinum enim iustificationes sunt sanctorum.* Hæc iustificationes sunt bona opera Sanctorum, & mandata Dei à Sanctis. i. à fidelibus obseruata, iuxta phrasim Scripturæ.

cap. 19.

Psal. 118.

Luc. 1.

In lib. de ca. Babyl.

Apocal. 3.

Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem. De Zacharia & Elisabêth dicitur. *Erant iusti ambo ante Deum, credentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela.* De hac veste nuptiali dixit Apostolus. *In hoc ingemiscimus super indui cupientes, si tamen vestiti & non nudi inueniamur.* De credentibus loquitur, quos nudos bonis operibus esse non vult. Alioqui qui de sola fide iactitat, ut hodie hæretici, dicentes solam fidem esse amplissimas diuitias, edocet, videlicet à Luthero, cuius hæc sunt verba: *Tam diues est homo baptizatus, ut etiam volens non possit perdere salutem suam quantifsumque peccatis, nisi nolit credere, audiatur illud Ioannis in Apocalypsi. Dicit quod diues sum & locupletatus, & nullius ego, & nescis quia in es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum (id est, feruentem caritatem) ut locuples fias, & vestimentis albis induaris, ut non appareat confusio*

confusio nuditatis tua. Est ergo vestis nuptialis, vestis fidei Christiane propria, vestis ad salutem necessaria, ipsa caritas seu bonorum operum aggregatio. Est autem nuditas & confusio solius fidei hæretica hodie prædicatio. Sic huic Euangelio cæteræ Scripturæ conformes sunt. Sic autè & S. S. Patres hunc locum semper intellexerunt. Gregorius sic scribit. *Quid debemus intelligere per vestem nuptialem nisi caritatem, quia hanc in se Dominus habuit, quum ad sociandam sibi Ecclesiam nuptias veniret.* Hilarius sic exponit. *Vestis nuptialis est gratia spiritus sancti & candor habitus celestis, qui bona interrogationis confessionem (in baptismo) susceptus integer est referuandus.* Alludit ad candidam innocentie vestem in baptismo susceptam, & abrenunciationem eodem tempore factam. Hieronymus sic hunc locum interpretatur. *Vestis nuptialis præcepta sunt Domini, & opera que complentur ex lege & Euangelio, utriusque hæretici effugimur vestimentum, quod qui in die iudicii auentus fuerit sub nomine christiano non habere, statim corrumpitur, &c.* Origenes eodem modo intelligit. *Non solum reiectus est à nuptiis, sed ligatur, &c. Quia nullum opus bonum adimplet, et condamnatus in loco ab omni lumine alieno.* Monendus diligenter populus, ut horum Patrum antiquissimorum & doctissimorum expositiones potius audiat, quam nouas horum temporum corruptelas, contra & ipsius Euangelij euidentem contextum, & aliarum Scripturarum sensum conformem.

Homil. 38. in Euang.

Can. 22. in Matth.

In comm. ad hunc locum.

Tract. 26. in Matth.

DOMINICA VICESIMA post Pentecosten.

Ioan. 4.

Credidit homo sermone quem dixit ei Iesus, & ibat, &c. Et paulo post, Et credidit ipse & domus eius tota.



D O C T R I N A idoneus ostendens contra Galvanum eiusque sectatores, qui nisi unicam electorum fidem agnoscunt, eamque perfectam, atque indelebilem fidem

Contrarietatem electorum fidem.

suā habere initia, progressus, & incrementa, ideō que
 nec vnica esse sed augeri posse, nec semper perfe-
 ctam, sed aliquādo infirmam esse, nec denique sic inde-
 lebilē esse. Caluinus de sua vnica, & indelebili
 fide sic scribit. *Vnicā priorum fidem agnosimus. Solus
 Deus semine incorruptibili in perpetuum generat, & so-
 lū illis obsequat ad adoptionē suę gratiam. Et quia Spiritus
 Dei certa in illis arrhā est ac sigillum suę adoptionis, min-
 quam ex eorum cordibus deleri potest eius sculptura. Et pau-
 lo post. Vbi primū: vlt̄ minima fides graua mentibus no-
 stris infillatur, iam faciem Dei placidam & serenam no-
 bis ipse propitiā contemplari incipimus, procul quidem, & e-
 tiam, sed ita certō intuitu, vt sciamus nos minime halluci-
 nari. Hęc tota nouella, & hæretica doctrina in præ-
 fecti Euangelio subuertitur. Regulus enim iste qui
 pro filio suo apud Christum intercessit, in primo
 suo congressu cum Christo, rogatum, descendere
 prius quam motu dicitur filium suū: ex quibus eius verbis,
 aperte cogitamus. (ait S. Gregorius) quod in fide dubita-
 uit. Minus enim in illam credidit quam par erat, quem non
 potuit posse saluam dare nisi presens esset, & corpore. Sic &
 Chrysostomus: *Iste adhuc imperfectus erat, & nondum
 nouerat manifeste, quidā Christus absens curare poterat. Postea
 dicente ei Christo, Pater, filius tuus nūc, credidit homo ser-
 uū, & ibi. Hic auctior facta est eius fides, vt etiam
 aduentum sancti posse crederet. Non tamen integrē ve-
 que sanē, ait Chrysost. Quare rursū occurritibus
 ei seruis, rogat horam ab eis in qua melius haberit. Valebat
 enim scire, ait Chrysost.) mirum casu, vel ex præcepto Chris-
 ti hoc factum esset. Vnde sequitur. Cognouit ergo Pa-
 ter quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus, filius tuus vi-
 uit. Et credidit ipse, & domus eius tota. Si ergo propterea
 credidit (ait in hunc locum Augustinus) quia nuncia-
 tum est ei quod filius eius esset sanus, quando rogabat, nondum
 credebat. Vnde dicit Beda. (ait Beda.) in fide gradus esse
 sicut in aliis virtutibus quibus est initium, incrementum, atque
 perfectio. Huius ergo fides initium habuit quum filij salu-
 tē petiit: incrementum autē credidit sermoni Domini:
 perfectionem nuncijs sanis seruis. Hęc Beda. Si ergo
 fides etiam Christo non ingrata (si enim displicuit
 set, aut nulla, aut mala fuisset, qualis erat suorum) vi-**

natus erat incredulitas, hoc miraculum non fecisset,
 sicut in patria sua propter incredulitatem facere no-
 luit) augetur, & perficitur, certe nec vnica electorū
 nec semper perfecta est fides, vt Caluinus dogmatiz-
 zat, ad suam certitudinem gratiā ponendam, sed infir-
 ma, & modica, & auctior subinde est: vt ex hoc Re-
 guli exemplo SS. Patres citati diligenter docuerunt.

DOMINICA VICE-

simaprima, post Pentecosten.

Sic, & Pater meus cælestis faciet vobis, si non
 remisistis vnusquisque fratri suo
 de cordibus vestris. Matth. 18.



OCVS inuictus, & euentissimus Contra solam
 ad confutandam pestilentem hæreti- fidem.
 corum hodie doctrinam, qua susti-
 nent bona opera non esse ad salutem
 æternam necessaria, qua item asserūt,
 & defendunt, tūm principem iustifi-
 cationem, quam vocant, (id est, primam reconcilia-
 tionem nostram cum Deo, qua ex impio fit iustus,) tūm etiam ipsam beatitudinem æternam, sic ex sola
 fide nobis à Deo conferri, vt illa sola sit ad hæc duo
 necessaria, caritas autem reliquæque bona opera, nec
 ad prius, nec ad posterius sit absolute necessaria. Nā
 hic docet Christus Dominus verbis clarissimis, nul-
 lam peccatorum remissionem consequi, id est, nec
 iustos, nec beatos nos esse posse, absque fraterna di-
 lectione. Docet fore, vt Pater noster cælestis omne
 à nobis vetus debitum reposcat, id est, peccata, vel
 non remittat, vel remissa reuocet, & gratiam semel
 factam rescindat, si nos confratribus nostris ex toto
 corde non remittimus, si veram, & synceram dile-
 ctionem fraternam non retinemus. Est ergo frater-
 na dilectio prorsus necessaria ad peccatorum remis-
 sionem consequendam. Nec Christi sanguis pro
 nobis effusus, nec fides in mediatorum, & propitiato-
 rem

Instr. l. 3. c. 2.

Homil. 28. in
 Euang.

Hom. 34. in
 Ioan.

Tract. 10.
 in Ioan.
 In comment.
 in hunc locū.

morem Christum, quicquam nobis ad salutem proderit, si fraterno odio laboramus. Nulla erit remissio peccatorum, utcumque fide promissiones Christi apprehendamus, nisi ex cordibus nostris vnusquisque fratri suo remittat. Sicut in Deum credere, & Christum propitiatorem pro peccatis nostris fide complecti debemus, sic omnino, & Deum, & proximum diligere oportet. Vtrumque est æque ad salutem necessarium. Sicut de fide dictum est. *Sine fide est impossibile placere Deo*, sic de caritate dictum est. *Qui non diligit, manet in morte*. Vtrumque Spiritus Sanctus dixit. Vtrumque æque a nobis credendum est. Nec hæretici solam fidem, nec nos solam caritatem, aut sola bona opera virgere debemus. Nec fides meretur remissionem peccatorum, nec caritas, sed vtraque est necessaria dispositio ipsius peccatoris. Beatitudinem æternam, nec fides sine operibus meretur, nec opera sine fide. Nam, ut de fide dictum est, *Invis ex de vniuersis sic de bonis operibus dictum est*, Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Sicut de fide dictum est, *Qui non crediderit, condemnabitur*. sic de carnis mortificatione dictum est. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini*. Tota Scriptura æque elatò bonorum operum necessitate pronunciat, & proclamata atque ipsius fidei. Fingunt hoc loco hæretici ad hanc dilectionem fraternam ignoscantiam, & condonationem offensionum proximi, gratitudinis ergò tantum obstricti nos esse, non autem alia necessitate. Sed ineprii cauillatores non vident, eadem ratione dici posse, fidem quoque sine qua peccatorum remissionem non consequimur, gratitudinis tantum ergò Deum a nobis requirere. Sic videlicet Deum per Christum nobis omnia remittere, ut per modum tantæ gratitudinis credere in eum debeamus, eiusque promissiones fiducialiter amplecti. Quòd si verò absurdissimum hoc illis videret, ut & reuera est; quare eandem absurditatem non videt in dilectione fraterna? De fide, & dilectione eodem modo Scriptura loquitur. Vtramque eadem verborum forma commendat, exigit, iubet. Quare ergò, non eandem vtriusque necessitatem, & vim agnoscunt? Sola est peruersitas, & prauitas hæretica, sola

Heb. 11.
1. Ioan. 3.

Rom. 1.

Matth. 19.
Marc. 14.
Rom. 8.

pertinacia, & animositas, quæ volunt suam solùm fidem semel à Luthero temere assertam, perpetuò sustinere, & defendere, quæ ad hanc eos dementiam impellit. Instruendus ergo populus fidelis est, contra fraudes, & cauillationes hæreticorum, quibus hanc bonorum operum ad salutem necessitatem sic euidenter in Scripturis prædicatam impiè eludere conantur. Dicit Hlæcus Illyricus, & cum eo cæteri Protestantes, coniungi quidem in Scripturis bona quadam opera, cum conversione, & reconciliatione sequente, ut illud, *Dimittite, & dimittentur vobis*, (quod huius parabola presentis Euangelij conformis est) sed non ita coniungi, ut illud huius propria ac vera causa sit, nec propter illud opus, puta fraterne dilectionis, sed propter Christum, reconciliationem cum Deo consequi. Alioqui nihil esse hoc, aliud, quam Christum cum sua passione sepelire. Quare cum bonis operibus nimij quidam effectus ac laudes, (sic enim loquitur iste hæreticus) atque adeo ipsi saltem in Scripturis tribuuntur, indicandum est, hoc illis ascribi quod illis nequaquam conuenit, nec ascribendum est, si exactè, verè ac propriè loquendum est. Hæc ille, non minus impiè, quam impudenter. Docendum igitur hoc loco, quædam bona opera conuersionem nostram, & reconciliationem cum Deo præcedentia, ut (verbi gratia) dilectionem fraternam in hoc Euangelio positam, esse verè, & proptiè causas nostræ cum Deo reconciliationis, sicut ipsa fides est, nempe dispositiuas, seu preparatorias, adeoque ex hac parte necessarias, ut discretissime Christus hic docet. Et blasphemum est dicere Scripturas sacras quando de bonorum operum necessitate, efficacia, dignitate loquuntur, *Nimius illis laudes tribuere, nec exactè, nec verè, ac propriè loqui*. Hæc est, scilicet hæreticorum hodie erga sacrum Dei verbum reuerentia. Nempe, vbi illorum placitis repugnat, falsa est, & imperita, & indocta, quia nec verè, non propriè, nec exactè loquitur. Exaggeranda est diligenter apud populum hæc tā aperta improbitas, maxime, quia videri vult hæc verbi strenui esse assertores. Quod ad sem ipsam attinet, bona opera, ut fides, dilectio Dei, ac proximi, spes veniæ, pœnitentia, & c. sunt veræ, ac propriè causæ reconciliationis nostræ cum Deo, quia dispo-

In clauæ
Script. par. 2.
nacl. 6. ii. de
varia bonorū
operum præ-
dicatione.

Hæretici Scri-
pturis illud.

entes causa sunt, non tamen sola sunt causa quasi
 Christi excludatur, nec principales, ac perfectæ
 causa, quasi Christi passio euacuetur. Christi passio
 est causa efficiens, & meritoria nostræ reconcilia-
 tionis. Christi passio est etiam causa meritoria, cur no-
 stræ prædictæ operationes sint dispositiua, vel dis-
 ponendi vim habeant ad reconciliationem, iuxta
 illud Apostoli. *Christus per passionem consummatus fa-
 ctus est causa salutis omnibus obtemperantibus sibi.* Id est,
 apud Deum meruit Christi passio, vt bona opera
 obedienter à fidelibus facta, & iuxta præcepta atque
 doctrinam Christi, valeret ad salutem. Nulla ethni-
 corum opera quantumcumque laudabilia ad salu-
 rem valent, non quidem disponendo ad gratiam
 primam, quia etsi ex seipsis hoc habent, vt sint
 ordinabilia ad Deum, & referri ad eum possunt,
 ideoque peccata non sint, sed veræ virtutes, licet
 imperfectæ, tamen non habent immediatum ordi-
 nem ad primam gratiam, seu reconciliationem cum
 Deo, sed intercedit inter habituales gratiam, &
 opus purè morale, opus speciæ gratiæ Dei, vt
 fides, dilectio, pœnitentia, seu dolor peccati aliæque
 virtutes, quibus ad Deum conuertimur. Hæ igitur
 virtutes, quæ ex speciali Dei gratia, & ex fide in
 Christum sunt, disponunt ad iustitiam, cooperan-
 tur ad primam gratiam, seu reconciliationem, præ-
 parant amicitiam Dei, & salutem, non per seorsim,
 sed virtute, & merito passionis Christi: quæ in illo-
 rum bonis operibus operatur, qui, vel per fidem
 ad illum accedunt, vel etiam per sacramentum
 Baptismi illi iam incorporati sunt, eiusque membra
 facti. Sic dilectio fraterna, & ignoscencia mutua ad
 remissionem peccatorum (vt Christus in hoc Evan-
 gelio docet) est causa necessaria, seu dispositio ne-
 cessaria, sine qua nulla erit remissio quantumcumque
 in Christum credas, eiusque passionem fide apprehen-
 das: quia videlicet ignoscendo fratri, obtem-
 peras Christo hoc tibi iubenti, & ille factus est
 causa salutis omnibus obtemperantibus sibi. Hoc perspicue,
 & planè doceri populum conuenit, ne imposturis
 hæreticis

Hebr. 5.

Hebr. 5.

hæreticorum deipiantur, vel sub specie, & præ-
 textu amplificanda passionis Christi, à bonorum
 operum necessitate fidelium animos satis per se ad
 peccatum proclives, penitus auellant: & à pietatis
 studio auulsi in omnem impietatem adeoque cer-
 tæ perditionis aratharum præcipitem. Plura de hæc
 bonorum operum ad salutem necessitate, maximè
 quo ad primam conversionem, & remissionem pec-
 catorum consequentiam, vide in opusculo nostro
 de iustificatione in Pœlegomenis lib. 5. prolegom.
 1. & lib. 6. c. 9. & lib. 8. c. p. 34.

DOMINICA VICE-

simasecunda, post Pentecosten.

*Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, &
 quæ sunt Dei Deo.*

Matth. 22.



Locus necessarius explicandi con-
 tra hæreticos nobis temporis, maxi-
 mè Anglocaluinians, Brentianos, &
 Helueticos quosdam dogmatistas, Ca-
 tholicam doctrinam de distincta po-
 testate Ecclesiasticæ & politice, quam
 Christus hoc loco difertè docet, & ledicti hæretici
 nefariè, ac turpiter confundunt. Phari-
 sæi sanè quum Christum viderent ea cum auctoritate
 docentem, vt à suis discipulis, & auditoribus fidem & obedi-
 entiam exigeret, tentare eum voluerunt, sic aucto-
 ritatem illam in rebus fidei, ac religionis vendi-
 daret, vt etiam politicis se rebus im-
 miscere, ac politica potestati derogare veller: *Quit,* ille
 sic respondet, vt non solum præsentem Phari-
 saeorum insidias eluderet, & regiam auctoritatem in
 ijs, quæ ad Regem pertinent difertè agnosceret, &
 cens: *Reddite quæ sunt Cæsari Cæsari,* sed etiam contr.
 futuros hæreticos nos præmuniret, & spiritualem
 potestatem

Potestas Eccle-
 siastica ad Re-
 ges non per-
 tinet.

potestatem tam suam quam coram oros missurus
 esset, à Regia ac politica distinctam stabiliret, ad-
 dēns. *Et quæ sunt Dei Deo. Id est, Cesar tributum con-
 cedere, mihi qui ex Deo vni vs testungimur perhibeam vo-
 untatē aures & fidem præbere. Redactis enim quæ sunt
 Dei Deo, est Dei vocem in iis quæ docet, quæ iubet,
 quæ præscribit, audire, siue per se, siue per Ecclesiam
 doceat, iubeat, præscribat. Dixit enim Apostolis suis,
 & per eos perperuis Ecclesiæ pastoribus, Qui vos au-
 dit, me audit. Sicut iussit in Pale. & ego iussit vos. Ut ho-
 die hæretici prædicti, Casari, id est, Regibus & Ma-
 gistratibus non solum ea iux eorum sunt, sed etiam
 ea quæ Dei sunt, reddere olunt. Sustinent enim Re-
 gum esse iudicare de fide, cognoscere de doctrina,
 discernere veros præbites à falsis, instituire pasto-
 res & ministros verbiq; toto cultu & politia Eccle-
 siastica leges ferre, deique (vt Anglocaluinistarum
 habet barbarum iuramentum) Regem seu Reginam in
 omnibus causis Ecclesiasticis supremam esse caput, Gubernato-
 rem seu Gubernatricem non solum seors in politicis & tempo-
 raliibus. In vtramque enim potestatem sub eadem ver-
 borum generalitate iuratur.*

DO C E N D V ERGO hoc loco populus, hanc insa-
 nam, & parasiticam heresim ex hoc Christi verbo se-
 culenter confutat: sicuti etiam ante aliquot sæcula
 eadem Christi verba doctissimi & sanctissimi Patres
 intellexerunt, contra hæreticos quosdam Impera-
 tores, in rebr diuinis plus q̄ par erat sibi arrogan-
 tes, protulerunt. Quo tempore Constantius Imperator
 Arianus Athanasium episcopum, & doctorem
 maxime Catholicum, communibus aliorum episco-
 porum suffragiis deponi vellent, & ad hanc animi sui
 libidine exptendam, episcopos vehementer verge-
 ret, ac inter cæteros Hosium Cordubensem Epi-
 scopum, virum maximè tunc auctoritatis, per litteras
 ad se tentaret, respondit ei in hæc verba Hosius: *Ne
 te fecerit imperator rebis Ecclesiasticis: neque nobis in hoc ge-
 ne præcipe, sed potius eâ à nobis discere. Tibi Deua imperium
 misit, nobis quæ sunt Ecclesiæ concredidit: & quem admo-
 dum qui imperium malignis oculis carpit, contradidit ordina-
 tionem diuinam, ita & tu caue ne quæ sunt Ecclesiæ ad te trahens
 magno crimini obnoxius sis. Date (scriptum est) quæ sunt Cæsa-*

*ris, Casari, & quæ Dei Deo. Neque igitur sua est nobis in terris
 imperium tenere, neque tu ihmiamatum & sacrorum potestatem
 habes Imperator. Hæc quidem ob curam tuæ salutis scribo.*
 Hæc Hosius, quem patrem Episcoporum vocat Athanasius, propter aetatem & confessionē illustre sub
 Maximiano huius Constantij auo: hæc eadē Christi
 verba contra Valentinianum Iuniorē & propterea in ciui-
 tate Modiolanensī Ecclesiæ Arianis concedere vo-
 lontem, profert doctissimus & sanctissimus Ambrosius:
 Sic enim ei respondit: *Noli te granare, Imperator,
 vs putes te in ea quæ diuina sunt Imperiale aliquod ius habere:
 Noli te exaltare. Scriptum est. Date quæ sunt Dei Deo, quæ
 Casari sunt, Casari. Ad Imperatorem palatia pertinet, ad
 sacerdotem Ecclesiæ. Hæc ille. Certè Athanasius maxi-
 mus ille Arianorum antagonista, tam indigne rulit
 Constantij Ariani Imperatoris arrogantiam de cau-
 sis Episcoporum cognoscere volentis, vt eum hoc
 nomine Antichristum vocet. Quæ hic (ait) quod Anti-
 christi sit, misit? si quidem iux illam in locum Ecclesiasticam
 cognominis suam Palatium tribunal eorum causarum constitu-
 it, si quæ eorum litium summum principem & auctorem faci-
 cit. Et paulo post. *Quis videns eum in discernende Principem
 se facere Episcoporum, & præferre iudicis Ecclesiasticis,
 non merito dicebat illum eam ipsam abominacionem desolatōnis
 esse, quæ à Danuela prædicta est? Nam quam circumamictus sit
 Christi iussu, & in loca sancta penetrat, & inibi consistens de-
 uastat Ecclesiæ, abrogans Canones, vi eogens vt sua obliuiscant:
 quis inquam, audebit dicere, hoc tempus Christianis pacatum
 esse, & non potius persecutionem esse à Danuela prædictam? Si
 hæc tunc tēporis Athanasius, quanto hodie plura &
 acerbiora diceret, si Angliæ persecutionē & gubernan-
 tem in Ecclesiā feminā per suos variorum, hoc est,
 exploratores & vltatores, potius quā Episcopos vi-
 dente? Unde Constantium huius arrogantiam nomine
 (quæ hodie sic defendunt Anglocaluinista, vt in eam
 iurare omnes cogant) Hilaricus Gallicanus decus, in lib.
 contra eundē, & Leo tianus Tripolitanus episcopus ac
 martyr apud Iudæam acriter hunc perstringunt. Vide eorū
 verba multaq; alia huc pertinentia in opere no-
 stro de princip. fidei doctrinalib. lib. 1. cap. 18.**

Epist. 33. ad Sororem.

In epist. 26. supra.

Ioan. 19.

Luc. 10.

Anglocaluinistarū fœdum iuramentum.

Apud Athanasium in Epi. ad sol. vitam agentes.

DOMINICA VICESI-

simatertia, post Pentecosten.

Mat. 9.

Ecce Princeps vnus accessit, & adorauit eum.

De verbis adorandi.



L O C V S commodus obseruandi contra hæreticos, si verbum adorandi propriè hoc loco accipiatur pro cultu patriæ soli Deo debita, hunc principem rectè adorasse Christum & diuinum ei honorem exhibuisse, etsi non ideò Christus in mundum venerit, vt adoraretur à mortalibus, sed potius, vt humiliaretur, iuxta id quod dicit ipsemet, *Non veni ministrari, sed ministrare.* Vnde & sequitur venerabilem Eucharistiam, in qua Christum præsentem credit fides Catholica, rectissimè à Catholicis adorati, etsi non erat illa instituta vt adoraretur, sed, vt manducaretur. Atque ita contra præcipuum ferè hæreticorum argumentum, quo venerabilis Eucharistie adoratione, etiam posita corporis & sanguinis Christi veritate, solent impugnare, hoc vno loco fidelis populus facillè armabitur. Nam & sic cæcus restitutus credens Christum esse filium Dei, procidens adorauit eum: Ioan. 9. & D. Thomas Apostolus agnoscens Christum Dominum & Deum suum, adorauit eum. Quod si verbum adorandi non propriè, sed largo modo accipiatur, pro veneratione quadam ciuili, aut etiam religiosa, tamquam viro sancto & magno Prophetæ Dei exhibitâ, quæ quoad externum gestum nihil à vera patriâ differret, alius locus erit obseruandi contra hæreticos, extra culpâ & reprehensionem esse Catholicos: si Sanctos, & eorum imagines adorandas esse doceant, atque adorent sensu, & modo consimili: videlicet non cultu patriæ soli Deo delatæ, non sic vt Sanctos vel eorum imagines pro Deo colamus, aut tamquam summum bonum nostrum veneremur, etsi quoad externum corporis gestum veneratio illa interdum nihil à diuina differat, sicut princeps

Mat. 10.

Princeps iste Christum adorauit procidens in terram, ad pedes eius: sic enim habet Marcus. Sic etiam Hæmorrhœissa coram Christo fecit. Sic Abraham cucurrit in occursum Angelorum, & adorauit in terra. Sic Lot eodem adorauit pronus in terram. Sic Iacob adorauit Esau fratrem suum pronus in terram septies. Sic fratres adorauerunt Ioseph proni in terram. Sic Dauid adorauit Ionatham pronus in terram tertio. Sic filij prophetarum adorauerunt Elix eum indutum iam spiritu Helie proni in terram. Et omnibus his in locis vox Hebraica illa est, quæ patriam & adorationem Deo debitam significet. Quoties verò in Scripturis adoratio prohibetur, intelligitur illa, quæ non solum externa, sed & interna est, cum intentione supremæ excellentiæ, vt iam dictum est. Sic petiit diabolus à Christo adorari. Sic Angelus à Ioanne, qui eum Deum putabat, noluit adorari. Sic Petrus Cornelium nec dum in fide instructum adorare prohibuit. Sic Aman impius à Mardochæo voluit adorari. Ait enim Mardochæus. *Videns eius superbiam timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem. Alioquin libenter pro salute Israel etiam vestigia pedum eius desolularer.* Docendus ergo populus, ne propter hæreticorum ludibria & cauillationes à debita & religiosa Sanctorum atque imaginum veneratione abstineat, neque vllam externam ab Ecclesia approbatam adorationem vereatur, dummodo ab interna soli Deo propria abstineat, quando Sanctos aut imagines vel reliquias eorum veneratur.

Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero.

L O C V S opoortunus docendi populum, nec superstitiosum nec inanem esse S. reliquiarum cultum atque contactum, sed Deo gratum & fructuosum, contra profanos & insensatos horum temporum hæreticos. Hæc enim Hæmorrhœissa non vt superstitiosa à Christo repellitur, quòd cogitauerit se, vel tactu vestimenti eius saluam fore: sed contra hæc eius fides, deuotio, & pia cogitatio præsentis sanitatis remuneratur. Docet nos ergo Christus, piam & Deo gratam illam esse deuotionem, qua non tantum Deum ipsum, sed, & Prophetas ab eo missos ac Sanctos eius, (qualem esse Christum credidit

Mat. 5.
Ibidem.

Gen. 18. 19.
33. & 43.

2. Reg. 20.
4. Reg. 2.

Matth. 4.
Apoc. 9. &
22.

Act 10.
Esther. 3.

De cultu & contactu S. reliquiarum.

didit hæc hæmorrhœissa) nec tantum personas ipsas sanctas, sed & quicquid ipsorum est atque ad eos pertinet, cum fide, & pietate ordinata, complectimur, veneramur, atque ad beneficia consequenda assumimus. Nempe ad hominem pertinet non solum quod est, sed etiam quod circa illum est, vel quod ipsius est. Et sic ad reliquias alicuius Sancti pertinet, non solum quælibet sui corporis particula, sed etiam vestes ipsæ aut aliquid aliud quo usus fuerat. Talia ut per se considerata & in natura sua specifica, nullam venerationem merentur, nec vllam beneficiendi virtutem habent, (qua sola consideratione circa reliquias Sanctorum virtutur hodie hæretici, dum illas vel vilipendunt, vel nullo honore dignas, omni virtute vacuas, esse declamitant;) sic considerata, ut talium personarum sunt, primum sanè ut reuerenter tractentur, & custodiatur veneratione quadam vulgari, ex sola erga eos dilectione, & pio affectu merentur, sicut paternam vestem, aut annulum pius erga patrem filius libenter gestat. A qua reliquiarum veneratione, quæ adhuc civilis magis est quam religiosa, non abhorrent quidam molliores hodie & moderatiores Lutherani. At verò easdem reliquias altius considerando relatiuè videlicet, & per earum contactum aut visum, intentionem nostram ad ipsos Sanctos referendo, eodem sanè cultu, eadem veneratione ipsas reliquias prosequimur, qua ipsos Sanctos: idem beneficium, eandem virtutem mediantibus reliquiis assequimur, quam per ipsos Sanctos assequeremur. Petri, non solum corpus, sed & umbra infirmos sanauit. Pauli non solum vox aut fides aut oratio, sed ipsa eius sudarit, & semicinçtia de corpore eius sublata virtutes fecerunt. Sic in Euangelio Christus non solum voce, ut quum diceret leprosis, *Ite, ostendite vos sacerdotibus*, aut contactu, ut quum cæci oculos tangeret, nec solum voluntate, & imperio, ut quum diceret, *Adolescens surge, laxare veni foras*, sed solo simbriæ contactu mulierem sanauit fide præsupposita. *Qua in re* (ait Hilarius) magna virtutis Dominice admiratio est, cum potest. intra corpus manens, rebus caducis efficaciam adderet sanitatis, & vsque in vestium simbriæ operatio procederet. Hæc ille. Hanc relatiuam

Act. 5.
Act. 19.
Luc. 17.
Matth. 8.

Luc. 7.
Ioan. 11.
Cano. 9.
in Matth.

latiuam considerationem non solum hoc illustri factu, sed etiam verbis disertis Christus in Euangelio nos docuit. *Quisquis, inquit, potum dederit vobis aquam* *in nomine meo, quis Christi estis, non perdet mercedem suam.* Datur merces non propter aquam, non propter prophetam, aut Apostolum, sed propter Christum. *Quia Christi estis*, ait Marcus, idest, quia ad Sanctos pertinetis. Sic reliquias Sanctorum, quæ sunt, veneramus, & ipsos Sanctos, quia Christi sunt, veneratione deauramus. Ex tali affectu, & relatiua consideratione deaurauit ardentem Chrysostrum Constantinopolitanus Episcopus Romæ esse, *Pauli reliquias veneraretur. Quis, inquit, mihi non dabit circumfundi corpori puluerem eius sepulchro, videlicet a hanc* (Romam dicit) *mutabo post. Hoc corpus vult a hanc* (Romam dicit) *mutabo, quod quavis turri inuenis, et cum isto corpore est unum, et cum isto corpore est am Petri.* Ex tali affectu, & consideratione sic scripsit Augustinus. *Nonne quando martyres commemoramus, mardelescimus amore: Quid in illis amamus fratres; membra laniata a feris? Quid fædus si oculos carnis interrogas, quid pulchrius si oculos cordis interrogas? Denique tali affectu, & consideratione dixit Ioannes Baptista de Christo. Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius.* Vel ut Matthæus ait, *portare calceamenta eius.* Videlicet propter venerationem personæ Christi, que etiam ad ipsam corrigiam calceamenti, & ad ipsam terræ puluerem quem calcabat, se extendebat; dicente propheta. *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius.* Postremo ex hoc affectu & consideratione relatiua, ipsas S. S. reliquias Ecclesia Catholica eodè cultu genere quo ipsos Sanctos prosequitur, quum eas in altari collocat, quum reuerenter circumgestat, quum externa veneratione, ut genu flexione, honorat, quum denique deuotè contingit, & oscularur. Totus hic cultus ex fide, & caritate erga Deum semper profisciscitur, propter quem sanctos & ea quæ illorum sunt honoramus. Quanto hæc fides & dilectio erga Deum maior est, tanto est etiam erga sanctos eius, qui pro fide illa vel in fide illa mortui sunt, deuotio maior: & quanto erga sanctos ipsos affectio maior,

Mar. 9.
dem
m
Christum.
Christum
Sanctos
Christi sunt, vene-
ramur.
consideratione de-
auramus.
Constantinopoli-
tanicus Episcopus Romæ esse,
Pauli reliquias vene-
raretur. Quis, inquit, mihi non
dabit circumfundi corpori
puluerem eius sepulchro, videlicet
a hanc (Romam dicit) mutabo
post. Hoc corpus vult a hanc
(Romam dicit) mutabo, quod
quavis turri inuenis, et cum isto
corpore est unum, et cum isto
corpore est am Petri. Ex tali
affectu, & consideratione sic
scripsit Augustinus. Nonne
quando martyres commemoramus,
mardelescimus amore: Quid in
illis amamus fratres; membra
laniata a feris? Quid fædus si
oculos carnis interrogas, quid
pulchrius si oculos cordis
interrogas? Denique tali
affectu, & consideratione dixit
Ioannes Baptista de Christo.
Non sum dignus soluere
corrigiam calceamenti eius.
Vel ut Matthæus ait, portare
calceamenta eius. Videlicet
propter venerationem personæ
Christi, que etiam ad ipsam
corrigiam calceamenti, & ad
ipsam terræ puluerem quem
calcabat, se extendebat;
dicente propheta. Adorabimus
in loco ubi steterunt pedes
eius. Postremo ex hoc affectu
& consideratione relatiua,
ipsas S. S. reliquias Ecclesia
Catholica eodè cultu genere
quo ipsos Sanctos prosequitur,
quum eas in altari collocat,
quum reuerenter circumgestat,
quum externa veneratione, ut
genu flexione, honorat, quum
denique deuotè contingit, &
oscularur. Totus hic cultus
ex fide, & caritate erga Deum
semper profisciscitur, propter
quem sanctos & ea quæ illorum
sunt honoramus. Quanto hæc
fides & dilectio erga Deum
maior est, tanto est etiam
erga sanctos eius, qui pro fide
illa vel in fide illa mortui
sunt, deuotio maior: & quanto
erga sanctos ipsos affectio
maior,

Hom. vlt. in
epist. ad Rom.

Tract. 3. in
Ioan.

Luc. 3.
Matth. 3.

Psal. 131.

quanto & circa eorum reliquias maior veneratio,
 in retici hodie quia nec Deum purè diligunt, nec
 int ram in eum fidem tenent, ideo nec sanctos eius
 venentur, nec aliquid quod illorum est veneratio-
 ne dignum ducunt. Sed reliquiarum veneratione ex
 pura fide Christum proficisci, antiqua & perpetua
 fidelium de pro docet. Narrat S. August. quum in
 sua Ecclesia eo presente, duo fratres tremore hor-
 ribili membris laborantes, ad cancellos memo-
 riæ S. Stephani, v. tæ eius reliquias afferuabatur,
 sanati essent, popu-
 lum fuisse. Tantis, in vit, ab utroque sexu admiratio-
 nis clamor exortus est, ut continuo cum lacrymis non
 rideatur posse finire. Exultat ut in Dei laudem voces sine
 verbis tanto sonitu quantum auri, nostra ferre vix possent. Sed
 vide quid addat. Quid, inquit, at in cordibus exultantium
 nisi fides Christi, pro qua Stephani san-
 ctus: Pro hac fide precesit martyrum magna patientia, ut
 in his miraculis tanta ista potentia sequeretur. Hæc ille.
 Deus ergo sanctorum reliquias frequentibus mi-
 raculis illustrans, nostram erga illum fidem excitat
 atque corroborat. Fideles quoque sanctas reliquias
 visitantes, ac venerantes, suam in Deum fidem exer-
 cent, eiusque testimonium bonum aliis præbent,
 non solum ab omni superstitione alieni, sed etiam
 pia, & egregia deuotione conspicui. Non superstitio,
 sed religiosa fides præcorum fidelium, adeoque Epil-
 coporum erat, qua S. Iacobi apostoli cathedram per aliquot
 secula conseruauerunt, eandemque in magna veneratione habue-
 runt: quod vsque ad sua tempora factum fuisse me-
 morat Eusebius Pamphili in histor. Ecclesiasticæ.
 Non superstitiosus, sed pius ac religiosus erat doctus-
 simus ille Athanasius, qui sancti Antonij pallium sibi
 in morte eius donatum magno cum honore seruaauit, ut ipse
 met. in vita huius Sancti commemorat. D. Basilius
 exactans illa verba, Preciosa in conspectu Domini mori
 sanctorum eius, multis verbis docet, quanto in honore
 re aunt sint sanctorum martyrum reliquie. olim
 inquit, pro legis Iudaicæ ritu, si qui moriebantur, horum mor-
 tificia

tificia habebantur ab imitatori, contra nunc mors si cui-
 piam irrogatur Christi nomine, preciose censentur reliquie san-
 ctorum eius. In priori lege dicebatur sacerdotibus, & Naz-
 reis illud, Non contaminabitur super illo mortuo. Et si qui-
 s tingerit cadauer, immundus erit. Nunc edinverso, Marty-
 ris: Ita quisquis attingerit, ob gratiam corpori insicentem sit
 quoddammodo sanctificationis particeps. Hæc ille. Huius
 discriminis causa est, quia Sanctorum animæ Dei
 clara visione post Christum glorificatum fruuntur.
 Docendus ergo hoc loco populus quæ fuerit primæ
 & antiquissimæ Ecclesiæ fides, quæ etiam Sancto-
 rum Patrum concors hæc de re sententia. Præter iam
 citatos Patres de hac reliquiarum veneratione sic
 scribit Ambrosius. si dicis mihi quid honoras in carne
 iam resoluta, atque consumpta: respondeo, Honoro in carne
 martyris exceptis pro Christi nomine cicatrices: honoro per
 confessionem Domini sacros cineres: honoro in cineribus
 semina eternitatis: honoro corpus quod mihi Dominum
 meum ostendit diligere, quod demones reuerentur, quod
 Christus honorauit in gladio, quod cum Christo regna-
 bit in celo. Hæc ille. Gregorius Nyssenus Episco-
 pus, frater Sancti Basilij, in oratione in Theodo-
 rum Martyrem, prolixè admodum describit Chri-
 stianorum sui temporis deuotionem circa res-
 quas martyrum vilitandas, & contrectandas. Gre-
 gorius Nazianzenus Theologus dictus, sola, in-
 quit, corpora sanctorum idem nunc possunt quod animæ
 sanctæ, siue manibus contrectentur, siue honorentur: quo-
 rum vel sola sanguinis gutta atque exigua passionis signum
 id possunt quod corpora. Theodoretus narrat prolixè
 morem Christianorum veterum, quod sanctorum
 corpora, non singula singulis monumentis conde-
 rentur, sed per ciuitates, oppida, & pagos in par-
 tes diuisa seruaentur. Tenues enim ac tantilla par-
 ticula toti corpori parem virtutem habent. Vide
 plura apud Euseb. Emissenum in homilia de S.
 Blandina, Cyrillum Catech. 8. Paulinum natali 3. S.
 Felicis, & D. Hieronymum toto libro contra
 Vigilantium, & in Epist. ad Marcellam. Omitti hoc
 loco

De ciuit. Dei
 lib. 22. c. 8.
 & 9.

serm. 93.

Op. 1. in
 Iulianum
 De curat.
 Greg. affect.
 lib. 3.

Lib. 7. c. 15.

In vita S.
 Antonij

Super
 Psalm. 115.

Euseb. l. 7. c. 24.
Sozomenus
lib. 5. c. 20.
Niceph. li. 6.
cap. 15.

Histor. trip. li. 6. c. 41.

loco non debet, quod hæc ipsa Hæmorrhœissa à Christo per simbriz contactum sanata, ad perpetuam rei memoriam in ciuitate Phœnicia: statuam Christi æneam crexit, iuxta quam & ipsa genu flexo effingebatur: quum autem iuxta statuam Christi, herba quædam crescere permitteretur, vbi primum hæc hæmorrhœia staturæ attingebat, varias & ipsa euasiones fecit. Hanc statuam postea Lulianus apostata deiecit. Etenimpe hoc Hæmorrhœissæ factum, luculentum eius doctrinæ documentum, quam ex altero eius facti Evangelico ad S. reliquiarum cultum merito collegimus.

DOMINICA VICE-

Quarta post Pentecosten.

Matth. 24.

Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere.

Catholica Ecclesia tenenda.



QUOD S proprius monendi & docendi diligenter populum Catholicum, vt à sectis hæreticorum & priuatis conuenticulis sibi caueat, vtque illam solam Ecclesiam teneat, quæ non hic aut illic Christum profiteretur, sed quæ vbiq; & per omnes gentes Christi fidem docet. Nam de futuris hæreticis Christum hic loqui, & de priuatæ hæreticorum sectis ac Patribus Christum nos hic præmonere, verba Euangelij proximè subsequente luculenter docent, vbi ait, *Surgens enim Pseudochristi & Pseudoprophete, & dabit signa magna & prodigia, ita vt in ardem inducantur, si fieri potest, electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus nolite credere.* Prædicat ergo disertissimè Christus, ne adueniente aliqua persecutione Ecclesie, & surgentibus Pseudoprophetis, magni illius Antichristi præcursoribus, siue circa finem sæculi iam aduentate extremo iudicio, (de quo tempore propriè hoc Euangelium loquitur) siue in aliqua alia nouorū dogma-

stitarum colluie sunt enim omnes hæreses dispositiones & preparationes ad maximam illam sub Antichristo futuram à fide Apostasiam, ideòq; vt eiusdem generis, sic & cõsimilis rationis censei debent, particulam aliquam occultam, aut priuatam sectam teneamus, relicta generali, vniuersali, & Catholica ac nominatissima Christianorum Ecclesia. Idcirco reperit rem eandem Christus serioque prædicat, *Ne hic aut illic, ne in deserto, vel in penetralibus illum quæramus.* Hæreses autem omnes sunt hic, aut illic, sunt in deserto, sunt in penetralibus. Sola Catholica Ecclesia nec hic aut illic, sed vbiq; & per omnes gentes, vbi nominatus est Christus: nec in deserto, sed in ciuitate

Matth. 6.

super montem posita, nec in penetralibus vel occultis traditionibus, & opinionibus inauditis, sed in publica, & notissima fidei doctrina cognoscitur, tenetur, & creditur. Sic hunc locum contra veteres Donatistas Ecclesiam Catholicam negantes, vt hodiè nostri negant hæretici, & particularem sibi Ecclesiam constituentes, vt hodiè nostri constituunt hæretici, (Lutherani in certa Germaniæ parte, Caluyniani in certa Sabaudia parte, & aliquod Helueticiorum pagis, & in certis Gallia: ciuitatibus, aliisque quibusdam in locis, aliisque hæretici alibi) sic diligenter exponit & tractat Augustinus. *Quod Christus dixit, Ecce in deserto, significat, quasi vbi non est frequentia multitudinis: quod ait, Ecce in penetralibus, significat quasi in secretis traditionibus atque doctrinis.* Hæc ille in libr. de vnitæ Ecclesie. Et in eodem libro alibi. *Præuenire voluit Christus aures nostras aduersus eos quos præcedentibus temporibus exsurrecturos esse prædixerat, & dicturos, Ecce hic est Christus, ecce illic. Quibus ne crederemus, admonuit. Nec vlla nobis excusatio esset si crediderimus contra vocem pastores nostri tam elaram, tam apertam, tam manifestam, vt nemo vel obusus vel tardus corde possit dicere, non intellexi.* Quis enim non intelligit. *Sic oportebat Christum pati, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem?*

cap. 10.

cap. 10.



Quis non intelligit: Eritis mihi testes in Ierusalem, & in Iudaea, & in Samaria, & usque ad vltimum terræ. His dictis eleuatus est, & cæc. Quomodo ergo effrigemus iram Dei si vel non credentes vel contemnentes reperuerimus verba nouissima Domini nostri ac Saluatoris, & cæc. Habeo manifestissimam vocem pastoris mei commendantis mihi & sine ulla ambagibus experimentis Ecclesiam per omnes gentes diffundendam: mihi imputabo si per verba hominum seduci atque ab illa aberrare voluero. Hæc Augustinus. Rursum alibi, quum Donatistæ sibi solis veram Ecclesiam venditantes, Episcopos Catholicos vocarent lupos rapaces sub vestimentis ouium, vt hodie faciunt hæretici horum temporum, respondet illis Augustinus ex his Christi verbis in hoc Euangelio positis, docens & nos idem respondere. Sic enim apud illum legimus: Petilianus Donatista dixit, Monet etiam Christus Dominus, Cauete à Pseudo prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces: ex fructibus eorum cognoscetis eos. Augustinus respondit, Si abs te quæram quibus nos fructibus lupos esse rapaces cognoscatis, dicitur es peccata aliena nec in eis quorum esse dicuntur inquam probata. Si autem tu à me quæras quibus fructibus vos potius esse lupos rapaces cognoscamus, obicio schismatis crimen, quod tu negabis, ego autem statim probabo. Neque enim communicas omnibus gentibus, & illis Ecclesiis Apostolico labore fundatis. Hic dicitur es: Non communico traditoribus & homicidis. Respondet tibi semen Abrahamæ: Hæc sunt illa crimina, vel non vera, vel non mea. Sed hæc interim sepono. Tu ostende Ecclesiam. Iam vox illa mihi sonabit, quam in Pseudopropheta vitandam Dominus monuit, ostendentibus paries, & ab vniuerso alienare conantibus. Ecce hic est Christus, ecce illic, sed usque adeo putas veras oues Christi cor non habere, quibus dictum est, Nolite credere, vt lupum audiant dicentem, Ecce hic est Christus, & pastorem non audiant dicentem, Per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem? Hæc ille. Docendus igitur hoc loco populus certâ hanc esse omnium hæreticorum & schismaticorum notam, vt per modum partis se semper habeant, dissectæ & diuisæ à toto corpore Christi, vt nunquã omnia loca, vbi Christus nominatur occu-

Zib. g. c. 16.
con. Petilianum.

pent, sed hic, & illic Christum prædicent, in deserto, in penetralibus, id est, extra multitudinis frequentiam respectu Catholica Ecclesiæ per totum orbem dispersæ. Nempè, vt ex hoc Euangelio aliisque Scripturis docet diligenter, & frequenter cõtra sui temporis hæreticos Augustinus, sic se habet vera Ecclesiæ Catholica, Apostolica, orthodoxa, respectu omnium sectarum, & hæresum, vt vbicumque sint ipsæ hæreses, ibi semper sint Catholici, non autem è contra, vbicumque sint Catholici Christiani, ibi sint hæretici, sed in quamplurimis locis, ac gentibus sint Catholici Christiani, vbi nulli planè sint hæretici. Et hoc sensu propriû est omnibus hæreticis dicere, Ecce hic est Christus, ecce illic, ecce in hac prouincia, ecce in hac ciuitate, ecce in illa. Solis autem Catholicis commune est, non hanc, vel illam gentem, sed omnes gentes, & omnium gentium communionem ostendere, omnium inquam, vbi Christi fides tenetur. Hoc discrimen ex hoc Euangelio aliisque Scripturæ locis, sic Augustinus explicat. Si sancta Scriptura in Africa sola designauerint Ecclesiam, & in paucis Romanæ Rupitanis, vel Montensibus, & in domo vel patrimonio vnius Hispanæ mulieris, quicquid de chartis alijs proferatur, non tenent Ecclesiam, nisi Donatistæ. Si in paucis Mauris prouincie Cæsariensis, eam S. Scriptura determinat, ad Rogatistas transfundendum est. Si in paucis Tripolitanis, & Byzacenis, & Prouincialibus, Maximianistæ ad eam peruenerunt, (erant isti Rogatistæ, & Maximianistæ sectæ Donatistarum diuersæ:) Si in solis Orientalibus, inter Arianos, & Macesdianos, & Eunomianos, est qui illic alij sunt, requirendum est. Quis autem possit singulas, quasi hæreses enumerare singularum gentium? Si autem Christi Ecclesia Canoniarum Scripturarum diuinis, & certissimis testimonijs in omnibus gentibus designata est, quicquid attulerint, & vndecumque recitauerint, qui dicunt: Ecce hic est Christus, ecce illic, audiamus potius, si oues eius sumus, vocem Pastoris nostri dicentis, Nolite credere. Illa quippè singula hæreses in multis gentibus, vbi ista catholica est, non inueniuntur. Hæc autem quæ vbique est etiam vbi illa sunt, inuenitur. Hæc Augustinus. Accommodemus hæc ad præsentès hæreses, & dicamus. Si Scriptura in sola Geneua, in quibusdã Heluetiorum

De vnit. Ecc.
cap. 3.

pagis, & in Comitatu Palatino Rheni, & Britannia insula Ecclesiam fore descripsissent, soli Caluiniſta cam obtinerent: si Vvitembergæ, Lipsiæ, Magdeburgi, ad solos Melanchtonicos, seu Molliores, seu Electorales Lutheranos tranſeundum eſſet: si in ſuperiori Saxonia. vt Lubecæ, & Hamburgi, &c. ſoli eam tenent rigidi Luthera ni, & Eccleſiæ Saxonica. Si in Ducatu Vvitembergenſi, ſoli Vbiquitarij: si in Prullia, ſoli Oſiandrinij: si in Sileſia, ſoli Suenkfeldianij: si in Morauia, & in quibusdam inferioris Germaniæ pagis, ſoli Anabaptiſtæ Eccleſiam habent. Cæterum, si nec hic, nec illic, (vt Chriſtus hic diſertiſſimè docet,) ſed vbique, & per omnes gentes, vt alibi clariſſimè aſſeruit, nulli certo loco alligatâ, aut incluſam fore Eccleſiam Scripturæ prædixerūt, ſoli illam habent Chriſtiani, qui vbique ſunt: & qui propterea ab ipſis hæreticis Catholici, quaſi ad vniuerſum corpus pertinentes, nūcupantur. Fides enim, quæ Catholica dicitur, in omnibus locis prænominatis reperitur. Imò ante has natas hæreſes per multa ſecula reperta, & ſtabilita fuit. Reliquæ hæreſes non in omnibus Chriſtianoꝝ populis, non in Hiſpania, non in Italia, non in Silicia, Sardinia, Corcyra, nō in Baſſaria, Tirolis, Auftria, non in ampliffimis illis Indiæ, tam Orientalis, quàm Occidentalis regionibus; & regnis, non in Africa, non in toto Oriente, non in Armenia, non in Æthiopia, (quibus omnibus in locis Catholicorum maximus eſt numerus) inueniuntur, ſed vnaquæque ſuis certis locis graſſatur. Sunt igitur certiffimè illi qui dicunt, *Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic: ideoque obſeruandum, & faciendum diligenter, quod Chriſtus adiecit, Nolite credere.*

AP QV AB Chriſti verba clariùs adhuc intelligenda alijs Auguſtini locus inſignis in modũ pro duci potèſt, vbi ſic ſcribit: *Hæretici ſunt oues errantes ſuper ompem faciem terræ. Non quidem omnes hæretici ſuper omnem terram, ſed alij hic, alij ibi. Alia ſecta in Africa, alia hæreſis in Oriente, alia in Aegypto, alia in Meſopotamia. Sic diuerſi in locis ſunt diuerſa. Sed vna mater Catholica omnes habet Chriſtianos toto orbe diſſoſos. Verbi gratia, Eſt in Africa pars Donati, Eunomiani non ſunt in Africa: ſed cum parte*

Lib. de Paſto. cap. 8.

Donati eſt hic Catholica. ſunt in Oriente Eunomiani: ibi autem non eſt pars Donati, ſed cum Eunomians ibi eſt Catholica. Illa eſt enim tamquam vitis creſcendo vbique diſſuſa. Iſti tamquam ſarmenta inutilia agricola falce præciſa. Et iſta quidem vbi præciſa ſunt, ibi remanſerunt: creſcere, & ſe diſſundere nequiverunt. Illa verò tamquam vitis creſcens per omnia, & ſarmenta ſua nouit que in illa adhuc manſerūt, id eſt, malos, & iuxta ſe habet que de illa præciſa ſunt, id eſt, hæreticos. Hæc Auguſtinus. Ex vnus ouilijs, & vitis creſcentis ſimilitudine Eccleſiam Catholicam vbique diſſuſam docens, hæreticos verò ouibus errantibus atque ſarmentis præciſis, quia hic, & illic Chriſtum oſtendunt, aptiſſimè comparans. Rem eandem, alia ex Scripturis petita ſimilitudine, alio in loco idem celeberrimus doctor explanat his verbis. *Ecce mons implens vniuerſam faciem terræ: ecce ciuitas de qua dictum eſt, Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita. Donatiſtæ oſtendunt in montem: & quæ eis dicitur, aſcendite, non eſt mons dicitur: & faciliùs illuc faciem impingunt, quàm illic habitaculum quaerunt. Eſaias hæſterna die lectus clamauit, Erit in nouiſſimis diebus preparatus mons domus Domini, in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes. Quid tam manifeſtum, quàm mons? Sed ſunt, & montes ignoti, quia in vna parte terrarum poſiti ſunt. Quis veſtrum nouit Olympum montem? Quomodo ibi qui habitant, Chiddabam noſtrum non nouerunt? In partibus ſunt iſti montes, ille autem mons non ſic, quia impleuit vniuerſam faciem terræ. Nonne lapis iſte qui præciſus eſt de monte ſine manibus, Chriſtus eſt de regno Iudæorum ſine opere maritali? Nonne ille lapis conſregit omnia regna terrarum, id eſt, omnes dominationes idolorum, & demoniorum? Nonne ille lapis creuit, & factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſum orbem terrarum? De illo ergo dicitur, preparatus in vertice montium. Mons eſt ſuper cacumina omnium montium. Et fluent, inquit, ad eum omnes gentes. Quis errat in hoc monte? Qui frangit faciem offendendo in illum, qui ignorat ciuitatem ſuper montem conſtitutam. Sed nolite mirari, quia ignoratur ab iſtis, qui oderunt fratres, qui oderunt Eccleſiam. Nam ideo in tenebris ambulant, & neſciunt quo eunt: ſeparauerunt ſe ab orbe terrarum: odio excæcati ſunt. Hæc hæc Auguſtinus. Ideo nempè hæretici omnes quaſi palpando dicunt, ecce hic, & ecce illic eſt*

Tract. i. in Epist. Roan.

Esa. 2.

Daniel. 2.

illic est Christus. *Nonne isti,* (ait alibi Augustinus) *part in meridie quasi in media nocte? Quod quidem omnium* *hæreticorum est, qui rem manifestissimam in lucem omnium* *gentium constitutam videre non possunt? extra cuius unitatem* *quicquid operantur, nihil illis prodest adversus iram Dei.* *Hæc ille. Quo autem sensu sit verum veram Christi* *Ecclesiam semper esse multitudinem per omnes gē-* *tes diffusam latius explicatur in Opusculo nostro* *de principiis fidei doctrinalis: quum tamen nec ho-* *die nec vllō v̄mquam tempore totum mundum si-* *mul, & semel Ecclesia Christi occupauerit.*

Si dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire, *ecce in penetralibus, nolite credere.*

Ecclesia vera
semper visi-
bilis.

L O C V S proprius docendi populum fidelem
contra huius temporis hæreticos, veros Prop-
hetas, veros Christi ministros, veros Ecclesiæ Mag-
istros ac Præpositos, non in deserto, non in pen-
etralibus Christum prædicare, id est, non esse occul-
tam aliquam aut latitantem cum grege sibi subdito
Ecclesiam, sed esse, vt alibi Christus docet, *Ciuitatem* *super montem positam, quæ abscondi non potest.* Hæretici
hodie quia suam Ecclesiam ante hæc tempora osten-
dere non possunt, quia nullam pastorum successio-
nem proferre queunt, quia nulla religionis suæ tem-
pla, nullas cathedras, nulla loca conspicua designare
valent, docet absurdissimè veram Christi Ecclesiam
esse multitudinem latitantem, & fugientem consp-
ctum hominum, *Quia nouit Dominus qui sunt eius, & ve-* ¹
ra Ecclesia (vt scripsit Lutherus in libro de seruo ar- ²
bitrio) Margaritum est absconditum, ne impius videat ³
gloriam Dei, & in Apocalypsi Ioannes docet, quò d statim ⁴
à partu mulieris, id est, statim à principio parientis Ec- ⁵
clesiæ mulier ipsa fugit in solitudinem, vbi habebat locum pa- ⁶
ratum à Deo. Ex his enim colligunt Ecclesiam Chri-
sti in deserto latitare, & persecutionem semper
pati, & esse semper sub cruce. Sed tota hæc blas-
phemia hæreticorum hodie imaginatio in his Chri-
sti verbis, & prædicatur, & disertissimè refellitur. *Docet di-*

Matth. 5.

2. Tim. 2.

Apoc. 12.

et disertè pseudo prophetas qui sunt hæretici, sic
aliquando dicturos, *Ecce in deserto Christus est: ecce in pe-* *netralibus.* Sic hodie Lutherus scripsit, sic Melächthon
docuit, sic disertè locum Apocalypsis iam citatum
Gul Fulco Anglocaluinista detorquet, vt probet ve-
ram Christi Ecclesiam esse cœrum fidelium latitan-
tem, mundo incognitum, soli Deo, & quibusdam spir-
itualibus viris notum. Ex hoc ipso ergo quod sic
docent, pseudopphetas se illos esse demonstrant,
quos in hoc Euangelio Christus venturos prædixit.
Ac nouit quidem Dominus qui sunt eius, quia multi in Ec-
clesia sunt qui non sunt eius. *Multi enim vocati, pauci* *electi: & in magna domo (vt statim Apostolus post illa* *verba subiicit) non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed* *ignea, & fictilia: & quedam quidem in honorem, quædã au-* *tem in contumeliam.* Quæ Apostoli verba non de mudo
huc vniuerso (vt voluit Nouatianus teste Ambrosio
in comment. ad hunc locum) sed de vera Christi Ec-
clesia dici, & intelligi debere, docet diligenter Aug.
in li. de baptismo cōtra Donatistas, post Cypria-
num & Ambrosium, quos ibidem citat. Nouit
ergo Dominus in ipsa vera Ecclesia sua, qui sunt
eius, & qui non sunt eius, id est, qui sunt finaliter
electi iusti prædestinati, & qui sunt ad tem-
pus quædam credentes, & iusti, sed in tempore tenta-
tionis ecedentes à via iustitiæ, & finaliter in ea non
persistentes, ideoq; nõ perfectè, & finaliter ad Chri-
sti ouilq; pertinentes. Hæc notitia Dei quoad electio-
nem, nõ tollit notitiam nostrã quoad vocationem.
Imò Ecclesiam vocatorũ, inter quos sunt electi ne-
cessariò semper cognitã esse debere, multè & grauif-
simæ causi demonstrat, quas vide in Opusculo no-
stro de principiis fidei doctrinalibus, li. 2. c. 6. & 7. In-
numeræ etiã Scripturæ docet, quas in eodẽ opere di-
ligenter collectas, vide lib. eod. per 4. prima capita.
N V N C erò paucis, sed firmis argumētis osten-
detur, illã Ecclesiã quæ errare nõ potest, & ad quam
propriè pertinet elogia in Scripturis posita, quæq;
corpus Christi, & spōsa est, esse Ecclesiã vocatorum,
id est huiusmodi quæ ex reprobis, & malis, non se-
cūs constet, quum ex electis, & bonis, ideoque non
esse

Ad 1.
Matth. 20.

2. Tim. 4.

Lib. 4. c. 2.
& li. 7. c. 51.

Nota;

Ecclesia non
errans, est Ec-
clesia vocato-
rum.

esse talem, vt propter solos electos latitas aliqua, & in penetralibus posita Ecclesia (quod hæretici maxime volunt) censeretur. Ecclesia Christi, quam Paulus vocat *columnam & firmamentum veritatis*, vocatur ibidem *Domus Dei* videntis. De eadem domo dicit idem Apostolus. *In magna domo quædam sunt vasa in honorem, & quædam in contumeliam.* Hi sunt electi, & reprobi: quos idem Apostolus alio in loco vocat *vasa misericordiæ, & vasa iræ apta in interitum.* Rursum Ecclesia Christi propria illa est, contra quam porta inferi non præualebunt. Sed in illa sunt huiusmodi homines quibus, & soluenda, & liganda sunt peccata, vt ex potestate Petro ibidem data manifestissimè patet. Soluuntur autem electorum peccata (nam de his quæ foris sunt Ecclesia non iudicat) ligantur reproborum quæ penitentiam non agunt. Præterea Christus veram Ecclesiam designauit, quum diceret, *Dic Ecclesiæ si Ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* Ergo in vera Ecclesia tales futuros esse præmonstrauit, qui per pertinaciam non audientes Ecclesiam, euicendi erant vt reprobi, audientes verò luertentur vt electi. Rursum Paulus veræ Ecclesiæ membris dixit. *Attenuate vobis, & ministro gregi, in quo posuit vos Spiritus S. regere Ecclesiam Dei.* Sed ibidem adiecit, *Ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt aduocant discipulos post se.* Tales sunt hæretici. Ergo illius & veræ Ecclesiæ membra tunc ad tēpus erant, qui postea à fide defecturi erant, ideòque reprobi. Postremo vera Ecclesia est multitudo per omnes gentes diffusa, non paucitas hic, & illic posita, vt supra ex alij Christi verbis ostēsum est. *Multi autem vocati, pauci electi.* Paucitas electorum est, multitudo vocatorum Ecclesia à vocatione nomen suum accipit, non ab electione. Nihil ergo contra notam, illustrem, & conspicuam semper Christi Ecclesiam facit illud, *Novit Dominus qui sunt eius.* Neque verò res cara at pretiosa margarita est tota Ecclesia Dei, vocatorum videlicet multitudo veram religionem profitentium. Sed qui quod profitentur in Ecclesia vocatorum, sanctè exequuntur more electorum, illi sanè comparatione ceterorum rari sunt, & pretiosa margaritæ. Qua de re sic ele-

eleganter, & expressè Augustin. *Pauci quidem sunt, qui veritatem accurate norunt, & secundum eam religiosè viuunt, sed ij pauci auctoritate sua multitudinem tenent, vnde se in illa secreta expedire, & quasi eliquare paucitas possit.* Et paulo post. *Verissimus ac sincerissimus Dei cultus quamuis sit apud paucos, apud eos tamen est quibus multitudo quamquam cupiditate inuoluta, & à puritate intelligentia remota, consentit.* Hoc autem, & idoneo rerum humanarum exemplo confirmat atque illustrat. *Nonne videmus quàm pauci summam eloquentiam consequantur, cum per totum orbem rhetorum scholæ adolescentium gregibus perstrètant? Hæc appetunt omnes, quæ maiorum auctoritate firmata sunt. Eadem imperiorum turba discere moluntur, quæ à paucis doctis discenda recepta sunt. Assequuntur autem per pauci, agunt pauciores, clarescunt paucissimi. Tale quiddam est vera religio. Quod in eodem opere paulo post latius explicat. Cum enim ostendisset imperitum vulgus Christianorum in multis diuersisque gentibus, & credere, & extollere ieiuniorum, virginitatis, & voluntariæ paupertatis supremos, & intensissimos gradus. *Pauci, inquit, hoc faciunt, pauciores bene prudenterque faciunt, sed populi probant, populi audiunt, populi faveant, populi demque suam imbecillitatem quod ista non possunt, nec sine prolectu mentis in Deum, nec sine quibusdam semilibus virtutis accersant.* Hæc ille. Sic ergo veritas, & pietas in Ecclesia paucorum sunt, & pretiosa margarita, qui purè intelligunt, & verè amplectuntur, Eadem verò multorum sunt profitentium, & approbantium atque consentientium. Qui sanè multorum consensus ipsa fama, & opinione sui futuram excellentium paucitatem attrahit: attracta verò paucitas ipsa multitudinem in officio continet. Hæc est Ecclesiæ Catholicæ facies, & forma in multis vocatis, & paucis electis.*

IAM verò quod ex Apocalypsi adfertur de muliere in desertum profugiente, *vbi locum habet paratum sibi à Deo.* pro latitante hæreticorum Ecclesia nihil facere potest. Primum, quia verba huius Euangelij diserte repugnant, iubente Christo, vt si ad desertum nos aliquis inuiter, ei non credamus, quod de Ecclesia latitante dictum S. Augustinus constanter exposuit locis citatis.

1. Tim. 3.

2. Tim. 2.

Rom. 9.

Matth. 16.

1. Cor. 5.

Matth. 18.

Act. 20.

Matth. 20.

Nota

De vit. cred. cap. 17.

cap. 17.

Apocal. 12.

Mulier in deserto fugiens quomodo ad Ecclesiam pertinet.

citatis. Mulier enim in desertum profugiens, est fortè intelligatur esse Ecclesia Christi tempore Antichristi, in locis desertis latitans, in speluncis, in latibulis, quo sancti se recipiunt, tamen neque eo tunc tempore quæretur Ecclesia in deserto in sensu Christi in hoc Euangelio. Illa enim deserta tempore Antichristi non erunt hic, & illic, sed erunt vbiq; per omnes gentes per quas Christi nomen propagatum est, & in quibus Christi nomen profligabit quantum poterit Antichristus. *Talis enim est dilecta civitas, & talia sunt castra sanctorum, quæ soluto diabolo cingentur à Gog & Magog: id est, Ecclesia Christi toto terrarum orbe diffusa ab omnibus inimicis suis* (quia, & ipsi in omnibus gentibus cum illa erunt) persecutionis illius immanitate cingentur, vt alium Apocalypsis locum ca. 20. exponit Augustinus. Christus autem in hoc Euangelio docet non esse in deserto illo quærendam Ecclesiam, de quo dicitur, ecce hic est Christus, ecce illic, id est, sic hic, & illic vt non vbiq; non in communione omnium gentium, non in Catholica multitudine per orbem vniuersum dispersa, sed in hæretica paucitate hic, & illic per partes, & scissuras diuisa atque disiuncta. Nempe disertè Christus in verbis proximè præcedentibus vbi dixerat. *Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus aut illic, nolite credere*, subiungit statim. *Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetae, nempe qui hoc ipsum dicturi sunt, ecce hic est Christus, ecce illic. Vna hæresis hic, altera illic. Vna secta Geneuæ, altera secta VVitembergæ, &c. Moxq; iterum addit Christus. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, ecce in penetralibus, id est, ecce hic, & ecce illic, nolite exire, nolite credere.* Quæ verba exponens S. Hieronymus, ita scribit. *Si quis promiserit vobis quod in deserto gentiliū, & Philosophorum dogmate Christus moretur, aut in hæreticorum penetralibus qui Dei pollicentur arcana, nolite exire, nolite credere.* Sed & hunc sensum (hoc est de hæreticorum latebris se loqui) Christus Dominus in verbis proximè subsequētib; docet. Ait enim. *Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & patet usque in Occidentem, sic erit aduentus filij hominis. Sensus enim hic est, vt exponit S. Hieronymus. Nolite exire,*

August. de civ. Dei libr. 20. c. 11.

In com. ad c. 24. Matth.

Ibidem.

nolite credere quod filius hominis vel in deserto gentium sit, vel in penetralibus hæreticorum. sed quod ab oriente usque in Occidentem fides eius in catholicis Ecclesiis fulgeat. Docendus ergo hoc loco populus fidelis. ne propter illam in Apocalypsi prophetiã, quæ non de latibus hæreticorum hic & illic Christum prædicantium, sed de totius Ecclesiæ statu in illa acerbissima Antichristi persecutione vbiq; terrarum ad momentum latitante loquitur (quod est desertum quoad loca tantum) ab hac grauissima Christi admonitione diuelli se patiantur, qua docet nos à priuatis, & diuulsis hæreticorum conuentibus, sectis, ac partibus studiosissimè cauere, nempe nec exire, nec credere illic. Non exire ab Ecclesia Catholica, non credere vlli sectæ particulari, hoc est enim desertum quoad sectas à Christo hoc loco præmonitum. Distinguendum desertum quoad loca, in quo Deus fugientes pios donec transeat persecutionis tempestas conferuat iuxta Apocalypsis verba, ab alio deserto, & penetralibus quoad sectas & partes hæreticas, ad quas prohibet Christus prorsus exire.

R v r s v m ille locus Apocalypseo de breui admodum quadam persecutione loquitur, & quidem, vt videtur in ipso exordio Ecclesiæ futura, quia statim post partum mulieris illa describitur. Sed siue in exordio, siue in fine futuram persecutionem illa propheta describat, non nisi ad tres annos cum dimidio eam duraturam Ioannes dicit. *Vbi aliter per tempus, & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis:* hoc est, ad tres annos cum dimidio. Neque verò breue tempus pro longiori hoc loco intelligi potest, quia videlicet (vt quidam cauillantur) breue tempus in Scripturis vocatur æternitatis respectu, & coram Deo mille anni tamquam annus vnus est: vel quia tota hæc Ecclesiæ post Christum in cælos assumptum peregrinatio breue tempus dicitur, quum tamen tot secula comprehendat. iuxta illud Petri, *Non tardat Dominus promissionem suam, &c.* propter varias causas. Primum, quia de hac persecutione Antichristi (quam hoc loco intelligi hæretici volunt) disertè dicit Christus breuiandum esse ipsum tem-

Apocal. 12.

Tempus latitantis mulieris in deserto longum esse non potest.

2. Petr. 3.

pus

pus his verbis. *Nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro. Sed propter electos breuiabuntur dies illi.* Non igitur longiores futuri sunt quam prædicitur; sed potius breuiiores. Secundo, quia non indefinitè prædicitur breue tempus, vt in aliis illis Scripturis quæ ad æternitatis comparationem loquuntur, sed certum & definitum tempus præscribitur: *tempus & tempora & dimidium temporis*; & paulo superius in eodem capite Apocalypseo. *Mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum à Deo, vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta. Qui numerus tres annos cum dimidio conficit. Quod igitur tam disertè, tam certo & præscripto numero dicitur, atque reperitur, planè nos docet de tempore definito, aut certè quod hanc mensuram non excedat necessariò intelligi debere.*

Apocal. 12.

Dan. 12.

TERTIO hæc eadem Ecclesiæ persecutio à Daniele descripta eodem certo ac definito dierum numero describitur. *Sermones, inquit, contra excelsum loquetur, & sanctos Altissimi coneret, & putabit quòd possit mutare tempora & leges: & tradentur in manu eius vsque ad tempus & tempora & dimidium temporis. Quod ergo toties in certo & definito futurum tempore prædicitur, profectò vltra eius temporis mensuram extendi non potest. Nihil ergo ille Apocalypsis locus pro latitante Protestantium Ecclesia, aut pro deserto, & penetrabilibus hæreticis facere potest: Latitans enim & fugitiua Protestantium Ecclesia, ab aliquot iam seculis latuit, tot profectò quot illi Papatui tribuunt, siue à 500. siue à 600. siue etiam (vt plerique statuunt) à mille annis.*

PRAETEREA locus ille Apocalypsis nõ loquitur de perpetuo statu, cursu, & progressu Ecclesiæ, sed de certa quadam eius persecutione. Ecclesia enim quum simpliciter describitur, vt corpus illustre, manifestum, & visibile, describitur: iuxta plurimas Scripturas easq; manifestas, non obscuras, quales omnes prophetiæ sunt, maximè quæ in Apocalypsi continentur, cuius tot sunt sacramenta quot verba, vt sapienter scripsit S. Hieronymus. Eas scripturas ex bona parte hic subiciemus, vt habeat in promptu concionator Catholicus, quibus hoc portentum latitantis Ecclesiæ facile

In epi. ad Paulinum.
Scripturæ quæ visibilem Ecclesiam describunt.

facile exterminet, & Christi doctrinam in hoc Euangelio, locis cognatis illustret atque confirmet. Dicit David de Christo. *In sole posuit tabernaculum suum, id est, ait Augustinus, non in occulto, non quæ lateat, non velut operata, ne fortè fiat sicut operata super greges hæreticorum.* Dicit iterum David de Ecclesia filij Dei. *Magnus Dominus & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri, in monte Sancto eius.* Hæc est ciuitas (ait Augustinus) in monte posita, quæ abscondi non potest. Hæc est lucerna quæ sub modio non occultatur, omnibus nota, omnibus diffamata. Sequitur enim. *Fur datur exaltatione vniuersæ terræ mons Sion, latera aquilonis, ciuitas regis magni.* Rursum propheta Esaias de Christo & Ecclesia. *Ibunt populi multi, & dicent, Venite & ascendamus ad montem Dei (qui est Christus) & ad domum Dei Iacob, quæ est Ecclesia. Quomodo autem populi sic ad eam domum confluent, nisi conspicua & manifesta sit? Hunc locum habes superius ex Augustino explicatum. Vbi etiam cauillationi Gul. Fulconis Anglocaluinistæ Sanctus ille doctor occurrit. Cauillatur ille Anglocauinista. Ciuitatem, inquit, super montem edificatam omnibus per vniuersum terrarum orbem aspicibilem esse nemo sanus dixerit, sed his solum qui non admodum longè positi sunt. Sic Ecclesiæ doctores his quos docent sunt conspicui, non tamen omnibus aliis. Respondet autem August. loco citato, hunc montem super quem ædificatur Ecclesia esse montem qui impleuit vniuersam terram, Christum videlicet iuxta Esaiam & Danielem, quos illic producit, ideòque etiam cæteri montes, vt Olympus in Græcia, Gildaba in Africa solis Græcis, & Afris contiguus nori sint, Christum tamen & Ecclesiam super illum ædificatam toto orbe notissimam esse. Relege locum & expende. Sed & vrgenda hæc loco verba Christi manifestissima, quæ ad Apostolos suos dicit qui tunc Ecclesiam repræsentabant. *Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi super montem posita. Nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio, sed super candelastrum vt luceat omnibus qui in domo sunt. Ecclesiam vocat lucem mundi, quia toti mundo conspicua est, sicut sol ipse qui est in alio genere lux mundi: & sicut Christus ipse qui principaliter est, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, est conspicuus**

Psal. 18.
Enarr. ibidè

Psal. 47.
Enarr. ibidè.

Esai. 2.

Tract. 1.
in Epi. Ioan.

Matth. 5.

Ecclesia lux mundi.

Ioan. 1.

Spicius toti orbi. Sicut inquam Christi nomen omnibus gentibus notum & diffamatum est, sic vera Ecclesia Christi quæ per participationem lux mundi est, omnibus gentibus est nota & conspicua, hoc est, quod Christus hic dicit. Et ratio vrgentissima est, quia Christus non nisi in vera Ecclesia cognoscitur, caput non nisi in vero suo corpore conspicitur. Debuit ergo necessariò Ecclesia esse lux mundi à Christo illuminata: & toti mundo conspicua, sicuti Christus ipse lux mundi est illuminans omnes. Non enim Christus nisi per suam Ecclesiam homines illuminat. Rursum est, *Ciuitas super montem posita*, id est, super Christum ædificata, id eòq; *quæ abscondi non potest*. Hoc est, quæ nusquam terrarum latere aut ignorari potest, vbi Christus prædicatur, *prædicatur autem nomen eius per omnes gentes incipiendo ab Hierusalem*, id est, nõ simul, & semel, sed per ordinem & successiue. Vnde sic Augustinus. *Propter metus paruulorum in fide qui possum seduci ab hominibus, non manifestata claritate Ecclesiæ*, (id est, ne gentilis Christianus fieri cupiens in sectam aliquam hæreticam loco veræ Ecclesiæ incidat) *Dominus providens ait. Non potest Ciuitas abscondi super montem posita*, quia vtiq; iuxta Hieremiam *sedes gloriæ exaltata est sanctificatio nostra*, id est, Ecclesia in qua Christus tanquam caput in corpore sedet & gubernat, & cuius ministerio sanctificamur, illustris est & conspicua: *vt non audiantur illi qui ad scissuras religionum & partes præducunt dicentes, ecce hic, aut ecce illic*. Hæc ille. Nempè vt alibi scribit idẽ doctor celeberrimus. *Nulla est scissuras unitatis* (qua videlicet ab hæresi conseruemur) *nisi ex promissis Dei Ecclesia declarata, quæ super montem constituta abscondi non potest. Et id eò necesse est, vt omnibus terrarum partibus nota sit*. Hæc rursum Augustinus. Quam certè ob causam & propter horum Christi verborum vim hoc breui argumento probat Donatistas Ecclesiam Christi non esse. *Non estis, inquit, in montibus Sion, quia non estis in Ciuitate super montem constituta, quæ certum signum hoc habet quod abscondi non potest. Nota est ergo omnibus gentibus. Pars autem Donati ignota est pluribus gentibus. Non est ergo ipsa*. Hæc ille. Rursum Christus vocat suam Ecclesiam, *lucernam accensam,*

Ecclesia ciuitas super montem posita.

Luc. 24.

Contra Faustum lib. 13. cap. 13.

Ieron. 17.

Li. 3. c. 5. contra Parmen.

Li. 2. c. 10. contra Petilianum.

Math. 6.

super

super candelabrum positam, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Lucernæ sunt pastores & doctores, magistri Ecclesiarum. Candelabra sunt loca in quibus pascunt, & præfunt, iuxta illud Apocalypsis: *Candelabra septem, septem Ecclesiæ sunt*; Asiaticæ videlicet illic nominatæ, Ephesina, Smyrnetis, & alia. Docet igitur Pastores & Episcopos Ecclesiarum numquam latitare sub modio (vt hæretici hodie dogmatizant) numquam esse fidelibus incognitos: sed perpetuò lucere doctrina & exemplo omnibus qui in domo Ecclesiæ sunt. Vnde sequitur, *non in deserto, non in penetralibus*, non in aliqua latitante & occulta Ecclesia, quæ suos pastores proferre non potest, quærendum esse Christum, & fidem Christi, sed in illa sola Ecclesia quæ lucet, quæ suos Pastores & Episcopos proferre potest, *quæ suarum Ecclesiarum originem edere, suorum Episcoporum ordinem euoluere potest: ad quod meritissimè omnes hæreticos prouocauit Tertullianus, prouocamus & nos*. *In Præscript.*

Hæc aut ex his aliqua ex huius Euangelij occasione proferre concionator potest, vt non nisi in Catholica Ecclesia, quæ successionem pastorum sola profert, Christiano homini mandandum esse suadeat atque persua-deat.

Dominicarum totius anni finis.

LAVS DEO.

Ecclesia lucerna accensa. Apocal. 1.




PROMPTVARIVM PARS 2.

CATHOLICVM SVPER EVAN-
GELIA IN FESTIS SAN-
ctorum totius anni.

IN FESTO SANCTI
ANDREÆ APOSTOLI.

*Venite post me, & faciam vos fieri pis-
catores hominum.*

Matth. 4.



MOCVS appositus, explicata Apo-
stolorum vocatione hic per Chri-
stum facta, & missione futura re-
promissa, demonstrandi hæretico-
rum nullam esse hodie vocationem
legitimam, ideoque non Apосто-
lorum successores Christi que ministros, sed fu- *Ioan. 10.*
res, & latrones esse, non per ostium intrare, sed aliunde,
non ideò venire, vt Ecclesiam colligant, vt dispersa *Esa. 56. 8.*
congregent (quod de Christo ab Esaia prædictum Ioan- *Ioan. 11. 32.*
nes in Euangelio repetit) sed, vt maclent ac perdant,
& congregata dispergant, Apostolos enim Christus
primùm ad se vocat, *Venite, inquit, post me.* Sed hæc
ad doctrinam, ac disciplinam tantùm vocatio erat,
non ad magisterium. Quum dicit, *Venite post me, dis-*
cipulos suos illos facit. Sed quum addidit, *Faciam*
vos fieri pisces hominum, promittit illis Magisterium
& Apostolatus dignitatẽ ad lucrandas animas. Quod
quum postea faceret, tum paulo ante passionem,
tum statim post resurrectionem, tum etiam instan-

*Christus quum
mittit, suam
mittendi au-
toritatem al-
legat.*

Joan. 17. 4.

te gloriosa ad Patrem Ascensione, sic eos mittit & piscatores hominum facit, vt suam ipsius mittendi auctoritatem, & faciendi piscatores potestatem discretis verbis semper præmitteret. Ante passionem quidem in concione in horto habita sic illis præsentibus Patrem alloquitur. *Ego te clarificauit super terram: opus consummaui quod dedisti mihi, vt faciam. Manifestaui nomen tuum hominibus, &c.* Moxque præmissa oratione pro Apostolis, & dicens. *sanctifica eos in veritate. sermo tuus veritas est, subiungit statim. Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum.* Statim verò post resurrectionem vnã eamque præcipuam potestatis Ecclesiasticæ partem (remittendi videlicet peccata) illis daturus, præmittit primùm. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos: statimque subiungit. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, &c.* Instante denique gloriosa ad Patrem Ascensione, vbi præmississet, *Omnis potestas data est mihi in celo & in terra, statim subiungit, Euntes docete omnes gentes, &c.* Hic modus faciendi piscatores hominum à Christo tam diligenter obseruatus duos docet. Primùm mittere alios ad prædicandum vel facere potestatem piscandi homines neminem posse, nisi qui ipse missus antea ad idem opus fuerit, ipsamque mittendi potestatem acceperit. Alterum neminem piscari homines posse, nisi qui hanc piscandi potestatem acceperit, idque ab eo acceperit qui dandi facultatem habuerit. Christus enim ipse non mittit Apostolos nisi missus ipse à Patre, nec potestatem docendi dat, nisi omni potestate prius à Patre accepta, adeoque vtrumque discretè protestatus. At verò superbi hodie & infani hæretici, quod Christus ipse facere noluit, facere audent. *Non enim seipsum clarificauit, vt pontifex fieret, sed qui dixit ad eum. Filius meus es tu. &c.* Non à seipso se venisse, sed à Patre missum se esse profiteretur. Rursum quod in Apostolis suis permittere noluit, isti hæretici sibi arrogat & præsumunt. Non permittit, vt Apostoli sua propria auctoritate aut voluntate docendi officium assument, non vult, vt seipsum faciant piscatores hominum.

Joan. 28.

Matth. 28.

Hebr. 2.

Hæretici hodie plus sibi arrogat, quam christus arrogauit.

Ego, inquit, faciam vos fieri piscatores hominum. Non dicit faciam vos piscatores hominum, id est, aptos, & idoneos vos faciam ad piscandum, ad docendum, ad prædicandum, mea scilicet, audita doctrina, meoq; exemplo vobis præstito, sicuti doctus aliquis, & peritus Concionator verbi rudem aliquem in hoc genere instituens, dicere posset, Faciam te Concionatorem, sed dicit, *Faciam vos fieri piscatores hominum*, id est, dabo vobis potestatem piscandi, dabo auctoritatem legitimam qua fiat is Ecclesiarum: sicuti si Episcopus priuato Sacerdoti diceret, Faciam te fieri Pastorem animarum. At verò hæretici hodie ad vnum omnes, vel à nemine missi sunt ad prædicandum Dei verbum, vel ab illis missi sunt, qui nullam alios mittendi potestatem habuerunt, ideoque omnino missi non sunt, sed seipsum fecerunt fieri piscatores hominum. Quod quidem ita se habere, ex ipsorum propria confessione ostendi potest. Hic enim probationis modus ad eos in hac parte reuincendos maximè mihi idoneus visus est, quum aliis præterea medijs probari hoc posset. Contentur autem hoc ipsum de seipsis omnes hodie hæretici, quia quum suæ vocationis rationem dant, nullam aliam hætenus dederunt, quàm huiusmodi: ex qua euidenter consequitur illos vel à nemine missos fuisse, vel certè ab illis qui potestate mittendi caruerunt. Hæretici enim hodie omnes tribus modis suam vocationem (quã nos nullam esse dicimus) legitimam esse ostendere voluerunt. Aliqui, & sanè pleriq; illorum aiunt, & scribunt, vocationem & electionem Ministrorum verbi, vbi Ecclesiæ sunt semel cõstitutæ, debere quidem ab hominibus vocantibus, & eligentibus fieri. At verò, vbi nullæ amplius Ecclesiæ supersunt, sed Antichristi tyrannide omnes oppressæ iacent, (vt hodie factum est) sufficere immediatam à Deo vocationem. Hanc sententiam tradunt ad verbum^a Caluinus, ^b Beza, ^c Brentius, & ^d Musculus. Isti igitur omnes adeo apertè fatentur se à nemine missos fuisse, vt hanc vocationem & electionem per homines factam hodie, & in præsentis casu minimè esse necessariam affirmant. Seipsum ergo faciunt piscatores hominum

Hæretici hodie fecerunt seipsum piscatores hominum.

Hæreticorum vocatione tribus modis descripta.

- a Inst. l. 4. c. 3. num. 18.
- b Confess. fid. c. 5. num. 28.
- c In prolegomenis.
- d In locis commun.

minum. At verò doceatur populus primùm istos 1
 Protestantes non esse meliores, Apostolis, ideoque
 ostendere eos debere, quis eos fecit fieri piscatores
 hominum. Secundò neminem sic immediatè à Deo 2
 vocari, quin debeat tamen per Ecclesiam legitimè
 mitti, & ordinari. Paulus immediatè vocatus à Chri-
 sto de cælo, ab Anania tamen (iubente Christo) bap-
 tizatus fuit, & per impositionem manuum iubente
 Spiritu Sæcto segregatus in ministerium verbi. Non
 sunt meliores Paulo. Tertiò, quòd impiè supponunt 3
 nullas Ecclesias superesse posse à quibus ordinentur.
 Hoc enim contradicit Christo, & mendacem eum
 facit, dicentem Apostolis baptizantibus, & Euange-
 lizantibus, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad*
consummationem sæculi. Sunt ergo semper aliqui Apo-
 stolorum successores baptizantes, Euangelizantes,
 &c. Quartò, quòd hac exceptione semel admissa, 4
 quilibet hæreticus, & nouus Magister populi, idem
 prætextus, & eandem immediatam à Deo vocatio-
 nem venditans, omnesque aliàs Ecclesias collapsas
 afferens, similiter audiri deberet. Sic nihil esset in
 Christiana religione certum. Hæc pauca ad populū
 sufficiunt contra hanc primam hæreticorum excu-
 sationem. Alij horum temporum hæretici dicunt legi- 2
 timè se vocatos esse, eò quòd eorum ministerium
 à veris presbyteris, & doctoribus Ecclesiæ ortū ha-
 buit, videlicet à Martino Luthero presbytero & do-
 ctore Theologo, à Bucero, Zuinglio, Oecolampadio
 similiter presbyteris. Nihil enim differre presby-
 terum ab Episcopo. Quos igitur illi miserūt, legitimè
 missi censendi sunt. Hanc viam sequitur strenueque
 defendit Philippus de Mornan Calvinista Gallus in
 tract. de Ecclesia, & aliqui in Anglia Puritani, qui
 contra alios Anglocaluinistas sustinet, nihil ab Epi-
 scopo differre presbyteros, ideoque æquè posse à
 presbytero ordinari quemquam atque ab Episcopo.
 Sed qui hoc paradoxum sustinent, euidenter ostendunt
 se omni legitima vocatione carere. Primùm enim
 Lutherus, & alij prænominati si veti erant pres-
 byteri, & ideo mittendi alios potestatem habuerunt,
 necessariò sequitur Romanam Ecclesiam veram esse
 Dei

Contra primam
 defensionem.

Act. 8. & 13.

Matth. 28.

Cap. vltimo.

Contra secun-
 dam defensio-
 nem.

Dei Ecclesiam, & alios mittendi potestatem habere.
 Lutherus enim, & isti alij à Romana Ecclesia pres-
 byteri creati sunt, nec vllam post schisma suum
 ordinationem nouam acceperunt. Quare aut Ro-
 mana Ecclesia, quæ illos misit, vera est Ecclesia,
 (& sic illi sunt hæretici, qui ab ea exiuerunt) aut si
 ab illa hanc potestatem non acceperunt, immediatè
 à Deo missos se fuisse dicere debent: & sic ad pri-
 mam sententiam iam refutatam recidunt. Secundò,
 Romana Ecclesia quæ illos presbyteros creauit, nul-
 lam illis alios mittendi potestatem dedit, ac neque
 dare se posse simplici presbytero profiteretur. Ergo
 rursus à seipsis hanc sibi potestatem arrogarunt isti
 presbyteri, ideoque ab illis omni legitima missione
 3 carent. Tertiò, si hæc sententia vera esset, omnes
 adhuc Calvinistæ excludantur, qui nullam à Luthe-
 ro, aut etiam Zuinglio missionem, vel acceperunt,
 vel accipere volunt, quum ab vtriusque placitis legi-
 4 gissimè recesserint. Quartò, si quam alios mittendi
 potestatem presbyteri Romanæ Ecclesiæ habent, il-
 lam totam ab Ecclesia Romana recedendo amittunt.
 Meritò enim hac ipsa eos potestate Romana Eccle-
 sia priuaret: & vnitatem Ecclesiæ qui deserit, non
 Ecclesiæ amplius, sed sibi & suo schismati filios pa-
 5 rit. Quintò, Lutherani ipsi apud Imperij ordines
 egerunt, vt ab Episcopis Misnensi, & Numburgensi
 ministri eorum ordinarentur, ipsique adhuc hodie
 Bohemi latenter & simulatè ad ordinationes Epi-
 scoporum Catholicorum irrepunt, vt commemorat
 Franciscus Turrianus in libello de Ecclesia & ordi-
 6 natione ministrorū. Sextò, tota antiquitas vnanimi-
 ter docet presbyterū ab Episcopo in hoc clarissimè
 distinguui, quòd mittere & ordinare ad ministerium
 verbi solius Episcopi sit, numquam autem presby-
 teri. S. Hieronymus ipse, quum acerrimè contende-
 deret de æquando presbytero cum Episcopo, ait
 tamen. *Quid facit excepta ordinatione Episcopus, quod non*
faciat presbyter? Chrysostronus similiter. *Sola ordi-*
natione Episcopi superiores sunt, atque hoc tantum plus-
quam presbyteri habere videntur. Aërius inter hære-
 ticos à Sancto Augustino & Epiphaniao recensetur
 hoc nom

In epist. ad
 Euangelium,
 & in comm.
 ad Tit. 1.

Her. 53. &
75.
a Eccl. hier.
b const. A-
post. l. 2.

Contra tertiã
defensionem.

Dom. 22.
post Penteco-
stem.

hoc nomine quòd ipsam ordinandi potestatem presbyteris tribueret. Idem discrimen docet Dionysius a Areopagita, & S.^b Clemens Rom. Apostolorum ipsi discipuli. Hæc igitur missio adhuc nulla est. Tertia ab hæreticis hodie prætenfa vocatio est, quòd à suo magistratu vel principe mittantur, & ab illis potestatem ministerij accipiant. Sed, (vt alia taceam) hanc alios mittendi potestatem nullus Magistratus, aut Princeps secularis à Christo in Scripturis, vel à Deo, alioqui vmquam accepisse legitur. Vanum igitur & præsumptuosum hoc totum est. Vide plura huc pertinentia in alia Dominica super illa verba, *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, &c.* Quum igitur his tantum tribus modis vocationem suam hæretici horum temporum ostendant, in nullo autem istorum legitimum missionem ostendere possint, euidenter sequitur, omni vera missione illos carere, nec à Christo factos illos esse piscatores hominum, sed seipsos tales fecisse. Currunt nemine mittente, piscantur nemine iubente, ascendunt non per ostium, sed aliunde, vt nihil sit mirum, quòd in vanum currunt, quòd piscando non capiunt, sed decipiunt homines, quod non pascunt, sed mactant & perdunt.

IN DIE S. THOMAE

Apostoli.

*Cum sero esset, & fores essent clausæ,
venit Iesus.*

Vide de clausis ianuis Dominicam in albis.

Beati qui non viderunt & crediderunt.



Locvs commodus hæreticorum errorem taxandi, qui, vt ex aliis Scripturæ locis perperam intellectis, sic ex isto præposterè inferunt ex sola fide beatos nos esse. At, Christus hoc loco neque ex sola

ex sola fide beatos nos esse pronunciat, neque ideò simpliciter beatos quia credimus, sed docet beatiores illos esse, & in comparatione aliorum, non qui simpliciter viderunt & crediderunt, (alibi enim ipsi Apostolus eum videntibus dixerat, *Beati oculi qui vident quæ vos videtis, &c.*) sed qui sic viderunt, vt non aliter crederet nisi vidissent. Beati igitur sunt, id est, magis beati qui quod non vident credunt tamen, quàm illi qui non credunt, nisi videant: quales hodie hæretici sunt, qui Christi corpus in venerab. Sacramento realiter adesse, ideò non credunt, quia non videt: vt alio in loco ex Caluini verbis ostendimus. Beati autè Catholici, qui Christum in Ecclesia oculis corporeis non vident, & tamen se eum ibi & videre & tangere & accipere oculis fidei certissimè credunt.

Contra solius
fidei beatitudinem.

Matth. 13.

Dominic. 4.
Quadrages.

R V R S V M notandum hoc loco incredulitatem D. Thomæ in hoc à Christo coargui, q̄ cæteris referentibus Christum à se visum verèque resurrexisse, credere tamen noluerit. *Dixerunt ei alij discipuli, Vidimus Dominum. Ille aut. m dixit eis, Nisi videro in manibus eius, &c. non credam.* Hanc ergo incredulitatẽ ei Christus exprobrauit, dicens: *Noli esse incredulus, sed fidelis: & rursum, Quia vidisti me, credidisti,* quòd Apostolis referentibus, quòd Ecclesiæ voci credere noluerit. Rursum quum dicit, *Beati qui non viderunt, & crediderunt,* Catholicæ Ecclesiæ fidem Christus commẽdat: eã videlicet qua Ecclesiæ eius, & testibus ab eo missis, atq; ordinatis credimus. Sic apud Marcum iterum Christus exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiã cordis, quòd is, qui viderant eum resurrexisse, nõ crediderant. Sic rursum generaliter de tota fide loquens, ita ad Patrẽ orat. *Non pro eis rogo tantum, sed, & pro eis qui per verbum eorum credituri sunt in me.* Orat pro fidelibus, qui non per Scripturas proprio sensu intellectas, sed qui per verbum Apostolorum, per verbum Ecclesiæ credunt in Christum, & quæcumq; de Christo credenda sunt. Vnde Augustinus in hunc locum. *Per verbum (inquit) Apostolorum vt nos crederemus, verbũ Christi ad nos vsq; per-*

Ecclesiæ fide: à
Christo commẽdata.

Marc. 16.

Joan. 17.

Tract. 109.
uenit in Ioan.

uenit ubique est eius Ecclesia, & perueniturum est ad posteros. Hæc ille. Est ergo verbum Christi verbum Apostolorum, est verbum Apostolorum verbum Ecclesie in suis Magistris, & Apostolorum successoribus. Credit Christo qui credit Apostolis, qui credit Ecclesie Apostolicæ. Beatos igitur in hoc Euangelio eos demum Christus pronunciat, qui non ideo credunt quia viderunt, quia clarè hoc atque perspicuè, vel sensu, vel ratione, vel argumento apodictico perspexerunt (vt hodie hæretici credere volunt) sed qui non viderunt, & crediderunt, qui Ecclesie vocem audierunt, & per verbum docentis Ecclesie Christo crediderunt, quæ propria est Catholicorum fides, & verè Christiana.

IN DIE NATALIS DOMINI.

Zuc. 2.

Pax hominibus bonæ voluntatis.



Locus idoneus explicandi contra hæreticorum imposturas, quæ sit vera pax quam Christus natus in mundum attulit. Hæretici in sola fide, & perpetua fiducia erga promissiones à Christo factas hanc pacem ponunt. Fidem enim ipsam definit Caluinus esse, diuinæ erga nos benevolentie firmam certamque cognitionem, quæ gratuita in Christo promissionis veritate fundata per spiritum S. & reuelatur mentibus nostris, & obsignatur. Volunt pacem conscientiarum, & animorum nostrorum in hac perpetua, firma, & certa diuinæ erga nos benevolentie cognitione consistere: vt fide apud eos iustificari nihil sit aliud, quam certitudinem gratiæ perpetuam retinere. Ideo quod nos apud Paulum legimus, *Iustificati ergo ex fide pacem habeamus apud Deum*, illi malunt legere, *pacem habemus apud Deum*, vt sanè hoc ipsum fide iustificari, ad hanc pacem habendam sufficiat, imò hoc ipso pacem apud Deum nos habere quod fide sumus iustificati, nobis contra

Institut. l. 3.
c. 2. n. 7.

Contra certitudinem gratiæ falsam hæreticorum pacem.

Rom. 5.

contra credentibus ex fide quidem nos iustificari, i. principiū iustitiæ consequutos esse, vt sic postea pacem habeamus apud Deū per Christū, per quæ habemus accessum, per fidem in gratiam istam: id est, per cuius fidem vnum passum fecimus ad gratiam hanc consequendam. Et hanc Catholicorum fidem Angelica hæc prædicatio nato Christo luculenter confirmat. Denunciat enim pacem hominibus bonæ voluntatis. Bona autem voluntas multo plura desiderat, quam fidem in Christo aut fiduciam in promissiones eius. Bona voluntas illa est quæ Dei voluntati conformis est, quæ non vult nisi quod bonum est, quæ per Christi gratiam sanata est, vt Dei voluntatem legemque mandatorum impleat. Idcirco oramus vt Dei voluntas in nobis fiat sicut in celo, ita, & in terra. In celis autem (ait Chrysostomus) omnia equaliter sunt, & non alia audiunt angelis, alia contemunt, sed in omnibus planè obsequimur. Sic nobis est faciendum: Nam qui delinquit in vno, factus est omnium reus. Rursum hæc est voluntas Dei sanctificatio nostra. Hanc bonam voluntatem qui habet, ille demum pacem in Christo habet, pacem quam Christus in mundum allaturus venit, obtinet. Impij horum temporum hæretici docent pacem, & fiduciam, & certitudinem, & securitatem perpetuam, nullo habito bonæ voluntatis respectu, sed solum Christum respiciendo. Sic Caluinus ad verbum docet. *si* (inquit)

Ibidem.

Bona voluntas quæ.

Homil. 20. in Matth.

Iacob. 4. 1. Thess. 4.

Hæreticorum te ipsum consideras, certa damnatio est: sed quoniam Christus tibi cum omnibus suis bonis sic communicatus est, vt omnia eius tua fiant, vt sias eius membra. adeoque vnum cum ipso, iustitia eius tua peccata obruit, filius eius tuam damnationem abolet, ipse sua dignitate intercedit, ne in conspectum Dei venias tua indignitate. Hæc ille Quare in eodem loco Lutheranus quosdam semipapistas vocat, & pestilentissimam philosophiam docere ait, quia docent nos indignitatis nostræ intuitu fluctuare, & hæsitare posse. Et paulo post in eodem capite apertius sumum venenum effundit: Perniciosum (inquit) est illud scholasticum dogma, nos de gratia Dei erga nos non aliter statuere posse quam ex coniectura morali, prout se vnusquisque non indignum ea reputat. Equidem si ab operibus æstimandum sit qualiter affectus erga nos.

Num. 38.

nos sit Dominus, id ne tenui quidem coniectura posse nos asse-
qui fateor. Sed quum simplici, & gratuita promissioni respon-
dere fides debeat, nullus ambigendi locus relinquitur. Hæc il-
le. At verò contra hanc pestilentissimam hæresim
vel sola hæc vox Angelica nato Christo decantata
valere, & sufficere debet. Pax hominibus bonæ voluntatis.
Sed, & aliæ Scripturæ luculenter docent pacem, fi-
duciam, securitatem, & quietem conscientiæ, nul-
lam esse posse aut debere, nisi vbi bona voluntas, bonæ
voluntatis testimonium, bonorum operū con-
sideratio adest. *Gloriamur in spe gloriae*, ait Apostolus, &
addit. *spes non confundit*, sed causam subiungit quam
hæretici aduertere nolunt. *Quia caritas Dei diffusa est in
cordibus nostris per spiritum s. qui datus est nobis*. Amor
igitur Dei, & bonæ opera quæ producit (probatio enim
dilectionis est exhibitio operis, ait S. Gregorius) efficiunt
ne spes confundat, ne vana sit fiducia, vt firma sit
gloriatio, & pax conscientiæ. Rursum *spiritus s. per-
hibet testimonium spiritui nostro quod sumus filij Dei*, sed hoc
testimonium Spiritus Sancti est ipsa dilectio, ipsa
caritas, quæ nihil aliud est quàm bona voluntas. Sic
rem exponit D. Ioannes. *Videte qualem caritatem dedit
nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus*. Et paulo post.
*In hoc (inquit) scimus quoniam manet in nobis Dei filius,
de spiritu quem dedit nobis*. Iam verò quis est iste Spi-
ritus, nisi dilectionis Spiritus, vnde filij Dei nomi-
namur, & sumus, nisi ex dilectione? Totum hoc do-
cet idem S. Ioannes. *Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet,
& caritas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quoniam
in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo
dedit nobis*. Est ergo ipsa caritas, & dilectio (quæ
implet legem) testimonium præsentis in nobis Spiritus
Sancti. Sic Augustinus rem explicat. *Vnde cognos-
cit vnusquisque accepisse se spiritum s. Interrogat cor suum, si
diligit fratrem: manet spiritus Dei in illo*. Hæc ille. Rur-
sum hoc testimonium Spiritus Sancti in nobis est, si
spiritus (id est, diuini spiritus adiutorio) facta carnis mortifi-
catus. *Quicumque enim spiritus Dei aguntur (ait Paulus) ij
sunt filij Dei*. Agi verò Spiritus est (quod in preceden-
ti sententia posuit) spiritus facta mortificare. Non est er-
go pax, non est securitas, non est certitudo gratiæ, nõ
est

est testimonium Spiritus Sancti in nobis, nisi vbi bo-
na voluntas, caritas Dei, & proximi, carnisque mor-
tificatio adest. Quare Paulus de seipso ita pronun-
ciat. *Gloria nostra (in qua videlicet, pacem teneo, &
conquiesco) est testimonium conscientie nostræ, quod in sim-
plicitate & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in
gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo*. Hæc fuit pax bo-
næ voluntatis. Sic D. Ioannes. *Si cor nostrum (inquit)
non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum: & quic-
quid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius cus-
todimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus*. Hæc est
vera, & sancta fiducia, vera & solida pax, quæ S. Apo-
stoli nos docuerunt, qui vtique Christi in nos benefi-
cia optimè intellexerunt, Christum non datur im-
piis, nec tantum credentibus in eum, sed obtemperan-
tibus sibi factus est causa salutis, ait Paulus. Hanc pacem
& certitudinem docet nos etiam S. Petrus. *Salutate,
vt per bona opera certam (id est, firmam, fiducialem, pa-
cificam) vestram vocationem, & electionem faciatis*. Hæc
enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic, & Paulus
Hebræos suos hortatur. *Cupimus (inquit) vnusquem-
que vestrum eandem ostentare sollicitudinem ad expletionem
spei (id est, vt firma sit spes & fiducia) vsque in finem, vt
non segnes efficiamini, verum imitatores eorum qui fide & pa-
tientia hereditabunt promissiones*. Iuxta hanc Apostoli-
cam doctrinam sic scripsit Augustinus. *Quæ spes esse
potest sine aliqua conscientie bonitate? Et paulo plenius
S. Chrysostomus. Vnusquisque nostrum nulla in re alia
spem suam nisi post Dei misericordiam in morum sanctitate cõ-
stituat*. Hæc ille. Pax igitur, & vera pax hominibus
bonæ voluntatis. Non est pax impiis, dicit Dominus. Iu-
stitia Christi nostra peccata non obruit, salus eius
nostram damnationem non abolet, nec dignitas eius
nostram indignitatem tegit, vt impiè docet Calui-
nus, sed gratia Christi ipsam impietatem è cordibus
nostris fugat. *Peccatum nobis non dominabitur, quia su-
mus sub gratia. Christus venit, vt dissoluat opera diaboli, quæ
sunt peccata, non vt tegat quælibet foueat illa. San-
guis eius emudat corda nostra ab operibus mortuis, non relin-
quit ea semper immunda, vt eius pretio immunditiam
tollat*. Denique *dedit semetipsum pro nobis Christus, vt nos
redimeret*

Nulla pax ve-
ra absque bo-
na conscien-
tia.

Rom. 5.

Hom. 30. su-
per Euange-
lia.

Rom. 8.
Caritas est te-
stimonium in
habitatis Spi-
ritus S.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 4.

Rom. 13.

Tract. 6. in
epist. Ioan.

Mortificatio
testimonium
Spiritus.

Rom. 8.

2. Cor. 1.

1. Ioan. 3.

Hebr. 5.

2. Petr. 1.

Hebr. 6.

Serm. 15. de
verb. Domi-
ni.

Homil. 5. in
Matth.

Esai. 48.
Caluiniana
pax refutatur.

Rom. 6.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 1.

Tit. 2.

redimeret ab omni iniquitate, (nec hoc tantum, sed) & mun-
daret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum.
Sic Christus se totum nobis communicat, quia gra-
tias suas nobis impartit, quia de plenitudine eius
accepimus omnes, quia de Spiritu suo dedit nobis.
Sic pacem attulit mundo hominibus bonæ volunta-
tis. Calviniste, decipiunt populum Dei, dicentes, pax, pax, &
non est pax. Deus adificabat parietem, illi autem lineabant
eum luto absque paleis. Deus per Christum facit nos no-
uam creaturam, quæ est vt Paulus eum vocat, fides
quæ per dilectionem operatur. Impius Calvinus liniuit
eam sola fide absque bonis operibus. Lutum mixtum
paleis firmum parietem facit, absque paleis quavis
pluuia dissoluitur, quouis vento impellitur. Sic fides
per caritatem operans veram facit iustitiam & pa-
cem, fides sine caritate, quavis tentatione concutitur &
inanis & mortua est, teste Iacobo.

Exech. 3.

Gal. 6.

Iacob. 2.

IN DIE S. STEPHANI

protomartyris.

Matth. 23.

Quoties volui congregare filios tuos, sicut gal-
lina congregat pullos suos sub alas?
& noluisti.



O c v s perspicuus docendi contra he-
reticos nostri temporis omnes, esse in
homine post peccatum primi parentis
liberum arbitrium, quo possit recusare
adeoque resistere gratiæ Dei si velit, i-
deoque Dei gratiam voluntati humanæ vim non fa-
cere, neque hominem vel inuitum vel coactum Deo
vocanti obedire, sed sponte sua: adeoque prorsus li-
bera electione gratiam Dei vel acceptare vel respue-
re. Hoc enim totum hæretici hodie negant, vt totius
meriti radicem tollant: nec vt Dei aut Christi gratiam
amplificent, sed planè vt eandem impiè deprimant,
cuiusque vim & efficaciam in cordibus fidelium in-
firmant.

Libera arbi-
trium defen-
ditur.

firmant. Maior enim est Christi gloria, maior gratia,
maior ipsius gratiæ benignitas, quod ipsam quo-
que voluntatem hominis (qua nihil ad spectandum
1 durius) suauiter tamen trahit & flectit, eamque in
2 sua conditione relinquit, non cogit, non impellit;
3 hominemque liberè bene agere atque ita ad suam
ipsius glorificationem concurrere permittit, (vt
elegantè Chrysoft. ait. Volens Deus hominem glorificare,
tentat eum, non vt cum magno iudicio glorificet, sed vt sine
4 causa glorificet) ac deniq; iustè eum iudicandi causam
non tollit (si enim non est liberum arbitrium, quomodo iu-
dicat mundum peccatorem, ait August. 1. nullus relinque-
retur vel peccatorum pœnis, vel operum præmiis iu-
stitiæ locus) quàm si vt hæretici volunt, totum in no-
bis ageret, hominèque ad bene operandum violèter
cogeret. Docet autem apertissimè hoc Euangelium
Iudeos, populum duræ ceruicis, diuinæ gratiæ libera
sua, sed improba voluntate resistisse. Docet eos
abiectionis fuisse, non quia Deus eos volentes conuer-
tente deseruit, sed quia ipsi (Deo omnia tentante & pro-
curante salutis mediâ) conuerti noluerunt. Quoties
(inquit) volui vos congregare, & noluisti: Nempè Chri-
stus sanè venerat, vt dispersos filios Israel congregaret in
vnum, sicuti de eo propheta prædixerat, & Ioannes Eu-
angelista confirmat. Venit vt moreretur pro tota gente
& populo, vt Caiphæ prophetauit. Sed noluerunt congre-
gari. Dilexerunt magis tenebras quàm lucem, & vt Step-
hanus illis in os obiecit, semper resisterunt spiritui s. Deni-
que vt verus Scriptura commemorat, obdurauerunt
corda sua. Horum hominum exèplo manifestissimè nos
docet, & posse & saepe solere improbos homines di-
uinæ gratiæ resistere. Ipsemet Pharaeo contra miseri-
cordissimam Dei veritatem libero pugnavit arbitrio, ait Aug.
& gratia lib.
Plura in hanc sententiam vide in aliis duobus Euan-
geliis super Dominicis totius anni. Certè Iudæi visis
stupendis Dei miraculis & eximiis acceptis benefi-
ciis, sic tamè rebelles permanebant, vt Deus ad Moy-
sem exclamaret. Vsq; quo non credent mihi? & per alium
Prophetam. Tota die expandi manus meas ad populum non
credentem, & contradicentem mihi. Et adhuc rursus. Vocau-
i, & renuisti: & de impio dicitur, Noluit intelligere, vt be-
ne

Libertatis re-
liæ cause.

Homil. 14.
in Matth. ope-
ris imperfect.

Epist. 46.

Esa. 56.
Ioan. 11.

Ioan. 3.

Act. 7.

Psal. 94.

De prædest.
& gratia lib.
1. c. 15.

Dom. Sexa-
ges. & Quin-
quages.

Num. 14.

Esai. 65.

Prouerb. 11.

Psal. 35.

ne

ne ageret. Nihil his Scripturis apertius. Esse igitur prorsus in humana voluntate positum, velit ne gratiam oblatam acceptare an repudiare, semelq; gratiam retinere an abicere, in Scripturis sacris bene versato dubium esse non potest. Vnde iterum apud Ioannem multis ex Christi discipulis retrò abeuntibus, eumq; deserentibus in quem prius crederant, solisque duodecim apud eum persistentibus, dixit illis Christus, *Nunquid & vos vultis abire?* In quæ verba sic scribit B. Cyprianus. *seruat scilicet legem, qua homo sua libertati relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibi met ipse mortem appetit vel salutem.* Hæc ille. Retinenda est igitur & ex hoc Euangelio luculenter ostendenda liberi nostri arbitrij facultas, quam impiè tollere hæretici student: impiè sanè quia ea sublata, & peccandi necessitate consequenter introducta, habent in promptu exculpationes in peccatis, eoque tendunt, vt omnium peccatorum nostrorum Deum ipsum auctorem & impulsorem doceant. Quod perfricta fronte docuit Calvinus, vt alio in loco ex eius verbis perspicuè ostendimus, simulque refutauimus.

Ioan. 6.

Li 6. epist. 3.

Libertatem arbitrii cur negant hæretici.

De iustificat. l. 11. pertotū.

IN DIE S. IOANNIS

Apost. & Euangelistæ.

Hic est discipulus ille quem diligit Iesus.

Caritatis commendatio.



L O C V S idoneus taxandi vehementer hæreticos qui solam fidem perpetuò amplificant, caritatis verò paruum aut nullam in negotio iustificationis rationem habent, quum hic dilectus Christi discipulus, & eius consiliorum maximè conficius, qui eius diuinitatem solus perspicuè patefecit, qui tot & tanta mysteria in sua Apocalypsi scripsit, tum in epistolis suis per totum, tum in permultis Euangelij sui locis caritatem, & dilectionem assiduè inculcet, maximè necessariã, maximè excellentem virtutem esse demonstret. Quo in genere illustre est, quod de eius perpetua familiari doctrina

doctrina D. Hieronymus commemorat. *Quum Ephesi, Lib. 3. in c. 6. inquit, B. Ioannes moraretur vsque ad vltimam senectutem, & vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deferretur, nec posset in plura vocem verba contexere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc, Filii digite alterutrum. Tandem discipuli & fratres qui aderant lædio affecti, quod eadem semper audirent, dixerunt: Magister, quare hoc semper loqueris? qui respondit dignam Ioanne sententiam. Quæ præceptum Domini est, etsi solum fiat sufficit. Hæc ille. Nempe certè homini iam Christiano & bene Catholico sola caritas sufficit, quia teste Paulo, Dilectio proximi implet legem. Et iterum. Plenitudo legis dilectio. Barbari autem hodie & insulsi hæretici, ac si nunc primùm credere orbis inciperet, solam fidem clamitant. Atqui vt Paulus in exordio Ecclesiæ fidem in epist. ad Rom. & Galatas studiosè docuit, etsi non solam, quum in eisdem Epistolis caritatis & bonorum operum documenta confertim afferat, sic tum idem Apostolus in posterioribus suis Epistolis, caritatis præcepta & bonorū operū necessitatē diligenter inculcat, tū S. Ioannes suos discipulos iam dudum in fide fundatos dilectionem perpetuò docuit. Meritò dilectus à Iesu discipulus dilectionis virtutem assiduè inculcavit. Hæretici Deo exosi solam fidem sic amplificant, vt nullam dilectionis aut caritatis ad salutem necessitatem admittere velint.*

Rom. 13.

Cum senueris, extends manus tuas, & alius cinget te & ducet quo non voles.

L O C V S non incommodus breuiter ostendendi D. Petrum, de cuius glorioso martyrio Christus Dominus eum tam speciatim in hoc Euangelio præmonere dignatus est, in ipsa vrbe Roma eadem perfunctum fuisse. Hæretici enim hodie, nominatim Beza in suis annotationibus ad hunc locum, negant prorsus hæc verba ad martyrium Petri pertinere, ne sanè gradus aliquis hoc esset ad probandum quòd

Petri Romæ martyrium.

quod Romæ extensus, & ligatus & crucifixus fuerit. Sanè Romæ ducebatur *quo non voluit*, quando instante passione eius, vrbe excessit, Christusque illi exenti occurreret, vt narrat Auctor Apostolicus Egesippus, Petróque roganti, *Domine quo vadis*, respondit, *vado Romam iterum crucifigi*. Sed & Euangelium hoc ipsum satis ostendit, passionem Petri his verbis Christum prædixisse. Addit enim, *Hæc autem dicebat significans qua morte clarificaturus esset Deum. Qua morte, id est, quo genere mortis, vt exponit Chrysostomus: & expressius Augustinus. Iam pretio per te Petre fuso, nunc est, vt sequaris redemptorem. & sequaris omnino vsque ad meritè crucis*. Aperte ostendit Petrum pro Christo crucifixum fuisse, & hoc ei mortis genus Christum hoc loco prædixisse postea docet. Sic enim paulo post Christi verba exponit. *Extendes, inquit, manus tuas, id est, crucifigeris. Ad hoc autem vt venias alius te cinget & ducet non quo vis, sed quò non vis. Prius dixit quod fieret, deinde quo modo fieret*. Hæc Augustinus, quem omnino hùc in locum sequitur ven. Beda. Petrum autem Romæ crucifixum fuisse, contra impudentiam hæreticorum qui hoc vel negant vel in dubium vocant, grauisissimi & antiquissimi auctores vnanimiter attestantur. Egesippus Apostolorum contemporaneus loco citato, Origenes 3. tomo com. super Genesim, & ex eo Eusebius in historia Ecclesiastica cuius hæc sunt verba. *Petrus ad extremum quum Romæ versaretur, capite deorsum statuto (sic enim perpeti cupiebat) cruci suffixus est*. Tertullianus eleganter, *Petrus, inquit, passioni Dominicæ Romæ adequatur*. Et rursus alio in loco, alludens ad Euangelij huius verba. *Orientero cingitur, cum cruci astringitur*. Idem attestantur cæteri Scriptores veteres fere omnes, Dorotheus Tyrius in Synopsi, Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccles. Orosius libro 7. cap. 6. & alij. Est ergo singulariter fideli populo hoc commendandum, quòd inter cætera vnus & solius Petri priuilegia (de quibus vide in die Petri) etiam mortem eius solius adeoque genus mortis Christus Dominus prædicere voluit. Hæreticorum verò impudentia vel insania potius, vehementer hoc loco taxanda, qui

Lib. 7. de ex-
cidio Hiero-
solymitano.

Homil. 7. in
Ioan.
Tracta. 123.
in Ioan.

Lib. 3. c. 1.

In præscript.
cap. 26.

Lib. 4. aduer-
sus Marcio-
nem.

qui rem omnibus historiis testatissimam, & in præ-
senti Euangelio iuxta Chrysostomum, Augustinum,
& Tertullianum satis luculenter insinuat am, negare
tamen vel in dubium vocare non erubescunt.

IN DIE SS. INNO-
centium Martyrum.

Herodes iratus mittens occidit omnes pueros qui e-
rant in Bethlehẽm, & in omnibus sinibus
eius à bimatu, & infra.

Matth. 2.



O c v s commodus explicandi singu-
larem Ecclesiæ Dei à Spiritu S. edocte
auctoritatem circa Dei cultum, & de
rectè factis Sanctorum decernendi,
contra hæreticos horum temporum,
qui Ecclesiam se non audituros pro-
testantur, nisi ex scripto Dei verbo loquatur. Ecce
enim horum Innocentium mortem Ecclesia sine vllò
scripto Dei verbo, & quidem contra apparentem hu-
manam rationem (*Quale enim potest esse innocentia meri-
tum, antequam quisque nocere aliquid possit*, vt de paru-
lorum mortibus vel cruciatibus ratiocinatur Augu-
stinus) vt Martyrij meritum honorat, ipsòsq; paru-
los Martyrum numero habet, ac denique illorù oc-
cisiõne festo publico totum per orbem celebrat. Ec-
clesiæ in quâ solius iudicio, & auctoritate hoc fit, quâ
videlicet, sic Spiritus S. docuerit. Et Augustinus qui-
dem acriter disputans de origine animarù, multum-
q; quarens quomodo si animæ singulis de nouo in-
fusa & creatæ sunt, id eòq; puræ, & innocentes in par-
uulorum corporibus crucientur, ex horum innocen-
tù gloria quos sic Ecclesia honorat, colligit paruulos
iniquè cruciatos à Deo in altera vita cõpensari. *Quis*
(inquit) *nouit quid ipsis paruulis in secreto iudiciorum suorum
bonæ compensationis reseruet Deus, Quoniam quamquam nihil
relic fecerint, tamen nec peccantes aliquid ista perpe-
si sunt. Non enim frustra etiam infantes illos qui ab Herode occisi
sunt*

Ecclesiæ aucto-
ritas circa fe-
sta Sanctorù.

De li. arb. li.
3. c. 23. &
Epist. 28.

Vbi suprâ.

sunt in honore Martyrum receptos commendat Ecclesia. Hæc ille auctoritati Ecclesiæ horum celebritatem tribuens, & ex ea auctoritate dubium in fide resoluens. Eandem Ecclesiæ auctoritatem circa horum Martyrum declaratam agnoscit Origenes scriptor verustissimus. *Paruli, inquit, ab Herode occisi ad memoriam æternæ laudis à B. Euangelista in sancto Euangelio conscribuntur. Horum & memoriam semper, ut dignum est in Ecclesiis celebratur secundum integrum ordinem Sanctorum, ut primorum Martyrum pro Domino occisorum: & ut ipsa Behelebem primitias Domino Martyrum in qua natus est ipse Saluator obtulisse videatur.* Hæc ille.

Hom. 3. in diversos.

IN DIE CIRCUNCISIONIS.

Zuc. 2.

Et vocatum est nomen eius, Iesus.



DOCVS utilis insensatos horum temporum hæreticos acriter taxandi, & piâ Catholicorum deuotionem defendendi circa cultum & venerationem nominis Iesu. Catholici enim pro pia, & debita erga hoc venerabile & dulcissimum nomen affectione sua, illo auditō vel caput aperiunt, vel genu flectunt. Hæretici, ut neutrum faciunt, ita alios id facientes effusurident. Docendus ergo populus hoc loco & cur hoc nomen Catholici assidue venerentur, & quare hæretici hanc venerationem irrideant. Nomen Iesu non temere, sed ex mandato Dei impositum Christo est. *Vocabis nomen eius Iesum.* Hoc quoque mandatum non ex sola voluntate imponentis, sed ex causa & effectu significationis, factum fuit. Addit enim Angelus. *Ipsè enim saluum faciet populum suum.* Nec significationis effectus vulgaris aut mediocris est, sed omnium qui vnquam factis nominibus adiuncti fuerunt, longè excellentissimus. Nempè Saluator humani generis. Hoc ergo supremum, & maximum redemptionis nostræ beneficium in hoc nomine Iesu, recolimus: recolendo amamus; amando veneramus. Nominis porro ipsius admirabilem vim, & efficaciam vt magis populus intellegat, docendus est hoc nomen

De nomine Iesu.

Zuc. 1.

illi

illi etiam homini impositum fuisse, qui Christi Iesu expressissima figura fuit, educendo populum Israël ex deserto in terram promissionis, sicuti solus Iesus educit suos ex hoc mundo in cælum. Hic enim *primus introiit in sancta æterna redemptione inuenta. Hic vna oblatio consummavit in æternum sanctificatos.* Per hunc proplata est via Sanctorum. At ille alter Iosue dictus, vel Iesus filius Naue, ideo sic dictus est: quia populum Israël, vnica tunc populum & peculium Dei, in terram promissionis realiter introduxit. Nam à principio quidem, & antequam ad hoc opus assumptus esset, non Iosue, aut Iesus, (quod idem est, eisdem que Hebraicis literis scribitur, sed aliter atque aliter à nobis pronunciat, vt multa alia nomina Hebraica,) sed Osee vel Anse dictus est. Atqui quum à Moysè destinaretur, vt pariter cum aliis terram promissionis exploraret, huic soli Moyses Spiritu prophético nomen mutauit, & quum Osee *וֹשֻׁעַ* prius vocaretur, Iosue *יְהוֹשֻׁעַ* nuncupauit. Sic enim in libro Numerorum legimus. *Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Mitte viros, qui considerent terram Chanaan, &c. Fecit Moyses quod imperauit Dominus mittens principes viros quorum hæc sunt nomina: & paulò post. De tribu Ephraim Osee (vel vt Græci legunt, Anse) filium Nun. Et iterum paulò post omnibus enumeratis, sequitur, *vocauitque Osee Iesum Nun Iosue.* Addendo videlicet primam literam, & vnã ex Diuini nominis characteribus, sicuti & in nomine Abraham literam *ן*: quia sanè ad ministerium propè Diuinum electus erat, vt in terram promissionis filios Israël educeret: & quia nostrum Iesum, verum Deum, verum liberatorem, verum ducem humani generis ad regni cœlestis ingressum, præfigurauit. Huius tamen Iosue vel Iesu Naue nomen non veneramus, quia nec nobis Christianis, sed veteri populo beneficium contulit, nec ipsum beneficium ille contulit, sed minister tantum illius erat: nec solidum ac sempiternum sed temporale & exiguum erat beneficium cuius minister fuit. At verò noster Iesus nomen est veneratione omni dignissimum, quia salutem æternam humano generi collatam significat De re controuersum non est. Sed cur*

Origenes homilia 2. in Exod.

Tert. lib. aduersus Iudæ. & 3. contra Marcionem. & Iustinus Mar. in Dia. cum TripHONE. Aug. libr. 16. c. 19. cont. Faustum.

Num. 13.

Iesu Naue nomen, cur non honoratur.

Hæretici refu-
santur.

(inquit hæretic⁹) ipsi nomini honorē defertis, quasiq; syllabas, & sonum veneramini? O stupide hæretice. Nunquid huius vocabuli sonus auribus fidelitū inanis sonus est, aut vacuus? Nunquid ita Christiano sonat sicut pagano? Nōne pariter cum sono rem ipsam comprehendimus quotquot fideles sumus? At inquires: rem ipsam quantum vobis venerare: sed cur sonum hoc honore dignum cēses? Non sonum, non syllabas, per se, & solitariē sumptas, o hæretice veneramur, sed pariter cum sono & syllabis rē ipsam contentam, & significatam. Vtrumque quidem, sed vnum propter aliud. Tu quum Iesu nomen audis & rem contentam non meminisse non potes: honorem rei prætermittis impiē, ne nomini honorem exhibere videaris superstitiosē. Hęc est tua scilicet religio. Dic ergo obscuro, an superstitiosus Paulus erat, quī diceret: *In nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum.* Secundum tuam impietatem dicere debuisset. Non in nomine Iesu, sed in sola redemptione per Iesum facta, omne genu flectatur. At Paulus nihil tuam insaniam moratus, audacter dicit, *In nomine Iesu omne genu flectatur,* non rem significatam excludens, sed ipsū quoque nomen significans pariter includens. Et ne nomen hic pro rē ipsa aut virtute significata positum dicas, vt alibi interdum, *Deus in nomine tuo saluum me fac:* & similia, Paulus disertē de nomine ipso personæ imposito loquitur, dicens: *Dedit illi nomen quod est super omne nomen, &c.* Hoc ergo nomen Iesu datum filio Dei incarnato, hoc inquam nomen, est super omne nomen, & in hoc nomine omne genu flectetur, id est, flecti debet, etsi tu ad tempus illud hæretice non flectas, quod & dæmones in suis arreptitiis ad tempus facere recusant, donec vi exorcismorum cogantur id facere. Propter hanc ipsius nominis venerationem, dixit iterum Paulus. *Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto,* id est, ea qua par est reuerentia & amore debito efferre nemo potest, nisi ex speciali gratia Spiritus Sancti. Hæretici quia Spiritum Sanctum non habentes (vnde Iudas de illis dicit, *Animales, spiritum sanctum non habentes*) ideo nulla cum reuerentia hoc nomen proferunt, & audiunt.

Philip. 2.

Philip. 2.

1. Cor. 12.

Cap. unico.

audiunt. Sed dicit aliquis: Cur potius nomen Iesu quam nomen Christi hoc modo veneramus? Respondedo, quia Christus non proprium nomen, sed nuncupatio regni ac potestatis est: Iesus autem proprium nomen, quod, maximo suo labore emit, & vt laboris præmium accepit. Etsi enim nunc in ipsa Circuncisione hoc ei nomen impositum fuit, & in conceptione promissum, tamen ideo est vtrumq; factum, quia suo tempore facere debuit, quod nomen significat, videlicet, *saluum facere populum suum.* Paulus igitur asserit propterea hoc nomen illi datum, quia maximo labore suo hoc de facto præstitit. *Humiliavit (inquit) seipsum factus obediens Patri vsque ad mortē, mortem autem crucis. Propter quod, & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, &c.* Datur ergo hoc nomen honorificentissimum, quia promeruit. Nomen ipsū ab omnibus honoratur, quia hūc honorem promeruit. Moneatur ergo populus fidelis, quoties nomen Iesu genu flectendo nos Catholici honoramus, honorem illi debitum atq; promeritum, & magno pretio emptū exhibemus: facimus quod facere debemus, atq; tenemur, non solum ex congruo propter beneficii in nos collati magnitudinem, sed etiam ex debito propter æterni Patris voluntatem atque præceptum, qui ideo hoc nomen filio suo dedit, vt in hoc nomine omne genu flecteretur, vt hoc nomen omnes venerarentur, & venerando confiterentur, quia Iesus est in gloria Patris. Quoties ergo hæretici hoc nomen non venerantur, quoties genu flectere, & venerari recusant, quoties alios venerantes, & genu flectentes irridet: toties Dei Patris præceptum atque voluntatem violant, toties Dei filio iniuriam faciunt, & honorem debitum negant, toties Apostolo Paulo contradicunt, toties deniq; Ecclesiam Dei scandalizant, postremō toties diabolo rem gratissimam faciunt, qui hoc eos specialiter docuit. Certē exempla huius venerationis, & amoris erga nomen ipsū Iesu dulcissimum, habēt Catholici, & plurima, & maxima, quorum hic aliqua proferemus. S. Ioānes dilectus Christi discipulus, hoc nomen Iesu in singulis propē ver-

Lacl. li. 4.

Cur Iesu nomen nō Christiani veneramur.

Phili. 2.

Exempla venerationis nominis Iesu.

ficulis quum de Christo agit, apponit: & in suo Euangelio plusquam ducenties vices Iesum repetit. Paulus similiter in suis Epistolis plusquam ducetias vices Iesum nominat. Moriens autem pro Christo & capite iam abscisso ter nomen Iesu repetiit, & tres fontes ad triplicem capitis saltum repente exorti sunt, quos & hodie propè Romam vidimus, & gustauimus lacteum quandam gustum habentes, maxime primum ex tribus. De his fontibus exclamat Chrysostomus: *O quales fontes!* D. Ignatius amantissimus dilecti Ioannis discipulus, & B. Virgini carus, hoc nomen Iesu sic vicens dilexit, vt in corde morientis sculptum cerneretur. S. Antonius dæmonum phalanges prolato nomine Iesu abegit: dicente enim illo, *Iesus tuus fraudatus subruit vires*, tota dæmonum cohors disparuit, vt auctor vitæ eius grauissimus & indubitatus S. Athanasius commemorat. In maximo terræ motu, vel potius frequentibus terræ motibus Antiochiæ, domus illæ omnes ad quarum ianuas scripta erant hæc verba, *Iesus nobiscum est, nemo loco moueatur, firmæ constiterunt*. Experimento comprobatur quotidiano in Ecclesia Catholica ad nomen Iesu dæmones fugari: & scribit Alciatus ipse Iuriconsultus etiam eo in libro vbi sagas ne igne comburantur defendit, quum in dæmonum choro illæ saltitarent, prolato obiter à quadam fœmina pertranscunte, *Iesu nomine*, totum illum chorum dissolurum esse, dæmonesque penitus disparuisse. Idem commemorat Ghirlandus de fortilegiis. Iustinus quoque Martyr aduersus Iudæos, in nomine Iesu dæmones fugari docet. Lactantius à Christianis spiritus inquinatos affirmat, excludi: & nomine magistri sui, & signo passionis. Porro de huius nominis Iesu mysterio, & virtute ex Scripturis sanctis, & illud obseruatione dignum est, quod hoc nomen **I E S V S**, Deus suum nomen vocat. Sic enim Deus Moyfi loquitur de primo illo Iesu filio Naue, nostri Iesus certissimo typo. *Ecce (inquit) ego mitto Angelum meum qui præcedat te & custodiat in via, & introducat in locum quem preparavi. Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes, quia non dimittet eum peccaueris, & est nomen meum in illo.*

Hæc

Hæc verba de Iesu filio Naue, qui populo Israël Dux erat quum in terram promissionis duceretur, Deum eo loco dixisse, antiquissimi Scriptores, Iustinus Martyr, Tertullianus, Cyprianus, Augustinus, & alij contra Iudæos, docent. Iustinus sic scribit: *In libro Exodi nomen Dei etiam Iesum fuisse quod ait Abrahamo enunciatum non esse nec Iacob à Moysè in mysterio, & obscure similiter expsum fuisse nos quoque intelleximus*. Moxq; citatis Exodi verbis præallegatis, infert: *Qui in terra maiores vestras introduxerit, tande aliquando intelligite eum fuisse, qui hoc nomine appellatus est Iesus, qui antea Anses vocabatur. si enim hoc intelligatis, nomen etiam eius qui Moysi dixit, nomen enim meum in eo est, Iesum fuisse intelligetis*. Hæc ille. Est ergo nomē Dei proprium, in persona filij, Iesus. Cere apud eundem Iustinum Tryphon ille Iudæus agnoscit se inductum fuisse, vt crederet Iesum Christum esse verum Messiam, propter nomen Iesus, quod Naue filius liberator populi appellatus fuit. Tertullianus verò ad verba Exodi allegata sic scribit: *Aduersus eum dixit qui præcederet faciem populi, &c. Propter magnitudinem virtutum quas erat editurus, & officium Prophete nunciantis scilicet Diuinam voluntatem. Iesum autem ob nominis sui futuri sacramentum. Idem nomen suum contemnavit, quod ipse ei indiderat, quia non Angelum, nec Ansem ad Iesum eum iusserat exinde vocitari*. Hæc ille. Merito igitur hoc nomen Iesu honoramus, nomen filij Dei proprium, nomen quod os Domini nominat, nomen tanto ante, tam variè, tam celebriter prædictum. Nā, & hoc illud est quod Abacuch prædixerat, dicens: *Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan*. n quæ verba Augustinus. *Quæram (inquit) à Iudæorum tunc Moysè: successoris suo nomen mutauerit & appellauit eum Iesum, qui prius vocabatur Anse, quando ex valle haran premisit eum ad terram quo erat populus ipso duce reurus. Dicit enim verus ipse Iesus. Etsi iero & preparauero vobis locum, iterum veniā & assumam vos ad me. Quæram etiam vtrum non huic figure attestatur Propheta, dicens: Dux ex Africo veniet & sanctus de Pharan: tamquam diceret: Eius nominis veniet Deus Sanctus, cuius nominis erat ille qui venit ab Africo de Pharan i. Iesus*. Hæc ille. Moxq; paulo post tractans locum Exodi præalleg. vbi Deus

* Lib. 2. Testimoniorum.

In Dialog. contra Tryph.

Aduersus Marcionem lib. 3. c. 16.

Abac. 3. Contra Fau- sum. lib. 16. cap. 19. Ioan. 14,

Homil. 8. in Ep. ad Eph. & hom. 5. in Job.

In vita Sancti Anony.

Niceph. lib. 17. cap. 3.

De parergis lib. 8.

Quest. 7. art. 26. & 27. In Dial. cum Thryphone, lib. 4. c. 27.

Nomen Iesus nomen Dei.

Evod. 23. & 20.

de hoc Iosue seu Iesu dicit, *Mitto angelum meum, &c. Nomen meum est in illo, ait. Querat Iudæus in hominibus quis Moysi successor introduxit populum, & inueniet Iesum, non hoc ab initio vitæ suæ, sed nomine mutato appellatum. Qui ergo dixit, Nomen meum est in illo Iesu, ipse est verus Iesus, rector, & ductor populi in hereditatem vitæ æternæ, &c.* Hæc ille. Rursum hoc nomen Iesus à Sibylla Cumana Spiritu prophætico imbuta non solum discretè prædicatur, Saluatoris mundi proprium futurum, sed & quale sit eius mysterium literis Græcis expressum, diligenter enucleat. Nomen enim istud, *uocans* quod ex lex literis constat, habet Octonarium numerum (qui beatitudinis perfectionem sonat, vt latè docet Augustinus) triplicem seu tribus modis expressum. Habet enim, & in se continet octo monas, octo decadas, & octo centurias. 888. Tres igitur continet octauas, quia *Iesus* suos ad beatitudinem perducit in Deo trino, & vno consummatam De hoc Iesu nomine dictum est, *oleum effusum nomen tuum*, vt hte explicat D. Bernardus. Diffunditur per omnes gentes. Est lux illuminans omnes. Vngit sua gratia, quia de eius plenitudine omnes accepimus. Pascit, quia caro eius verè est cibus, &c. Est medicus animarum nostrarum. Est nomen super omne nomen. Est vitima Patri in odorem suauitatis. Est purus absque omni peccato. Venit igne mittere in corda, vnde, & accendit ea. lenit dolores peccatorum condonans a, & reprimat tumorem superbie, docens humiles nos esse sicut ipse erat. Has, & alias olei proprietates habet: cuius virtutes hæc sunt, vt penetret ac se diffundat, vt luceat, vt vngat, vt pascat, vt medeatur, vt supenaret omni liquori, vt odoriferum sit, vt purum ac simplex sit, vt ignem foueat, vt lenituum sit atque ad epri-mendos tumores idoneum. Nomen igitur Iesu tam diuinum ac Deo proprium, tam nobile, tam efficax, tam carè emptum, tanti mysterij, tantæ virtutis, nos Catholicos ex officio veneramus qui non venerantur vel hæretici sunt ex malitia, vel pagani aut infideles ex ignorantia.

Mysteriū nominis Iesu.

Orac. Sybil. lib. 1.

Epist. 119.

Serm. 15. in Cant.

Proprietates nominis Iesu.

IN

IN DIE EPIPHANIAE.

Et venimus adorare eum.

Matth. 2.



LOCVS appositus tractandi contra hereticos horum temporum de peregrinatione, & visitatione locorum Sanctorum, & personarum. Erat enim hæc trium Magorum ad puerū Iesum profectio vera peregrinationis religiosæ forma. Venerunt enim adorare, non venerunt videre: religionis non curiositatis causa. Et venerunt cum muneribus sicut in peregrinatione Catholica nemo vacuum venit ad loca sancta. De hoc pietatis genere prædixerunt prophætæ. *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius.* Hoc enim pars fidei est, ait S. Hieronymus, in Epist. ad Desiderium. *Erūt sepulchrum eius gloriosum, id est, ab omnibus adorabitur,* ait S. Hieronymus in Epist. ad Marcellam. *Locum pedum meorum glorificabo,* ait iterum apud Elaiam Dominus. *Illam enim est terra, vnde si afferatur, adorant Christiani,* vt de suo tempore scripsit S. Augustinus. Animales hæretici nõ habentes Spiritum Dei, nullum huius pietatis sensum habent. Olim (vt scribit Augustinus) principes seculi ad urbem Romam venerunt, non ad templum imperatoris, sed ad memoriam piscatoris. At hodiè curiosi hæretici Romam interdum proficiscuntur, nõ vt loca Sanctorum religiosè adeant, orent, adorent, sed vt vitia clerici, & curia explorent, vel certè vt Ciceronis domum è regione rupis Tarpeie, aut Horatij domum Tiburi monstratam viscent. De hac materia peregrinationis vide quæ latè diximus in Dominica 2. Aduentus.

Peregrinatio ad loca Sancta.

Psal. 131.

Esa. 11.

Esa. 60.

Epist. 171.

Enarrat. in

Psal. 86.

Magi venerunt ab Oriente Hierosolymam.

LOCVS necessarius propter calumnias, & cachinnos hæreticorum hodiè ostendèdi istos Magos, & tres fuisse, & reges sicuti à fidelibus passim creditur. Quam fidelium opinionem his verbis irrident Centuriatæ Magdeburgenses. *Fabulosos, & stolidas mentes*

Detribus Magis tribus regibus. Centur. 1 lib. 1. cap. 10.

in tenebris regni Antichristi natus nulla confutatione putamus indigere, ut quod hi Magi fuerint reges, & quidem numero tres. Hæc illi arroganter, ineptè, & contumeliosè. Arrogantia est furiosa communè fidelium opinionem, etiam si certis testimoniis probari non possit, maximè huiusmodi quæ ad maiorem Christi honorem, & Dei gloriam faciat, *fabulosus, & stolidus ineptus* vocare. Ineptissimum est planè que muliebriter factum acerbè illud taxare quod nec vno verbo cõfutare queas. Contumeliosum est, & conuictum propriè hæreticum, lucem Catholicæ Ecclesiæ, *tenebris regni Antichristi nuncupare*. Sed quod isti tam celebres Protestantes confutare non possunt, nos idoneis testimoniis confirmabimus, & horum tenebrionum tenebras Antiquitatis luce fugabimus. Ac primùm Reges vocantur à multis Patribus antiquissimis, iuxta propheticum illud: *Reges Arabum & Saba dona adducent*. Hanc enim prophetiam Magos impleri, (ait Chryso-stomus) *evidenter agnoscimus*. Quod si verum est, certè aut Reges fuerunt, aut mentitur propheta. Sic, & Sanctus Hieronymus super eadem Psalmi verba. *Hanc (inquit) Prophetiam ex Magorum muneribus intelligimus mehoatam*. Certè Cyprianus disertè appellat eos Reges his verbis. *Non satis est quod angeli locuti sunt pastoribus, quod apparuit stella regibus, &c. Terullianus illam de Christo per Magos adorando Prophetiam contra Iudæos tractans. De hoc, inquit, auri munere David dixit, Et dabitur illi de auro Arabia. Et iterum, Reges Arabum, & Saba munera afferent illi. Nam, & Magos Reges serè habuit Oriens, & Damascus Arabie regio deputatur, cuius tunc virtutem Christus accepit, accipiendo insignia eius, aurum scilicet, & odores. Hos igitur Magos Reges Orientales vocat. Hos sequitur Isidorns vetustus scriptor hos Magos Reges appellat. Certè Persarum Rex nemo esse poterat nisi Magus, id est, philosophus, teste Cicero. libr. 1. de diuinatione. Reges autem vocantur, & ab his Patribus, & à fidelibus, non idèo fortasse quod magni ac potentes Reges essent, ut hodie pauci sunt, sed morè Scripturæ, quod viri potentes ac reguli seu principes essent. Sicut illud Davidis, *Assiterunt Reges terræ, & Principes**

Quod Reges fuerint.

Psal. 71.

Homil. 1. ex 17. in Matt.

Super. psal. 71.

In serm. de baptismo Christi.

In lib. contra Iudæos ca. 9. & lib. ad cionem c. 13.

In præfat. Missæ Mozarabum.

Psal. 2.

terre

terre conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius, de Herode & Pontio Pilato exponit D. Petrus: qui tamen reguli potius quàm Reges erant. Iste enim Herodes tetrarcha tantum fuit, & Galilææ solius Princeps, non totius Iudææ Rex, ut pater eius, quo regnante Christus nascitur. Pilatus quoque non Rex sed Romanorum prætor aut præfectus prouincie tantum.

Act. 4.

TRES autem istos Magos fuisse Leo Magnus suo tempore creditum esse testis faris locuples est. *Hic ille dies est (inquit) quo ad cognoscendum adorandumque Dei filium tres Magos præuia stella perduxit*. Et in toto illo sermone quoties de Magis loquitur, tres illos nuncupat. Sic & S. Augustinus non nisi tres agnoscit. *In eo, inquit, quod tria à Magis munera offeruntur, Trinitas intelligitur. In eo verò quod tres sunt, & singuli singula afferunt, in Trinitate vnitatis declaratur*. Idem obseruat Remigius Episcopus Antiochodrensis in hunc Matthei locum. Sed & hos tres Magos à D. Thoma Apostolo fuisse postea baptizatos scribit Chryso-stomus in opere imperfecto super Mattheum. Non est ergo fabulosum, & in tenebris Antichristianis inuentum, sed est recepta & certa veritas, à veræ Ecclesiæ luminibus tradita, Magos istos qui Christum adorauerunt, & Reges fuisse, & tres Reges.

Quod tres fuerint.

Ser. 9. de Epiphania.

Serm. 1. de Epiphania.

Homil. 2.

Et procidentes adorauerunt eum.

LOCVS aptus ostendendi contra incredulos nostri temporis hæreticos, Christum rectissimè adorari in venerabili Eucharistia, sicut hic tres Magi Christum puerum adorauerunt in præsepio: nec eos peccare qui adorant, sed illos grauiter offendere qui non adorant, ut hac ipsa de re loquitur Sanctus Augustinus. Christum certè non nascebatur ut adoraretur, sed potius ut humiliaretur, iuxta sua ipsius verba, *Non venit Christus ministrari, sed ministrare*. Christum non se dedit in venerabili Sacramento ut adoraretur, sed ut manducaretur, ut in cibum nobis esset, non ut nos illi honorem latræ exhiberemus. Et tamen nihil obstante hoc primario instituto, tum olim Magi rectissimè

De Christo adorando in ven. Eucharistia.

Enarr. in Psal. 98.

Mar. 10.

rectissime Christum adorant adhuc in cunabulis positum, tum hodie fideles rectissime Christum adorant in Sacramento exhibitum. Quare S. Chrysostomus ab hoc Magorum facto & exemplo adorandum à nobis in altari Christum perspicue docet. Hoc, inquit, corpus in presepe reueris sunt Magi, & viri impij, & barbari longo itinere confecto, cum timore & tremore plurimo adorauerunt. Imitemur igitur saltem barbaros, nos qui calorum ciues sumus. Illi enim quam id presepe & tugurium tantum, neque eorum quicquam, que tu nunc intueris viderent, summa accesserunt reuerentia & horrore. Tu vero non in presepe id, sed in altari: non mulierem que in vlnis teneat, sed sacerdotem presentem, & Spiritum perabundè super proposito diffusum sacrificio vides. Nec simplex ut illi corpus intueris, sed & eius potentiam & omnem cognoscis administrationem, & nihil eorum que per ipsum facta sunt ignoras, & diligenter initiatus es in omnibus. Excitemur igitur horrescamusque, & maiorem quam barbari illi præ nobis feramus pietatem. Et paulo post. Etenim quod summo honore dignum est, id tibi in terra ostendam. Nam quemadmodum in regijs, non parietes, non tectum aureum, sed regum corpus in throno sedens, omnium præstantissimum est, ita quoque in calis regium corpus, quod nunc in terra tibi videndum proponitur. Neque Angelos, neque Archangelos, non calos, non celos calorum, sed ipsum horum omnium tibi Dominum ostendo. Animaduertis quoniam pacto quod omnium maximum est atque præcipuum, in terra non conspicias tantum sed tangis, neque tangis solum sed comedis, & eo accepto domum redis. Hæc Chrysostomus, docens non minus in Sacramento altaris adorandum esse Christum, quam in presepio à Magis adoratum fuit: quia videlicet non minus in altari cernitur quam in presepio videbatur. Neque enim Magi diuinitatem Christi quam adorabant in presepio videbant, sed hominem tantum eumque infantili ætate, infirmitate, paupertate circumdatum, nec Catholici species quas vident adorant, sed totum Christum sub ipsis contentum, quibus videlicet exclusa in hærentia intimè cõiungitur. Sed Magi oculis fidei non carnis in hac adoratione utebantur. Cæcus restitutus Christum filium Dei esse credens, statim, *prociens adorauit*: non sanè hominem

nem, qui ei dixit, *Et vidisti filium Dei, & qui loquitur tecum ipse est, sed Deum qui habitu inuentus, ut homo, in illa humana natura loquebatur.* Larro in cruce non oculis carnis qui nihil nisi omnia conceptu plena cernebat, sed oculis fidei vsus, Christum confitebatur, & inuocabat. Simeon puerum Iesum tenet in vlnis, & oculis carnis nihil nisi puerum videt: sed oculis fidei vidit, *saluare mundi.* Hæc oculis fidei quia hæretici non habent, ideo non adorant, ideo non nisi quod vident, id esse credunt: ut de Caluino alibi docuimus. Nempe (ut sapienter scripsit Augustinus) *Homini carnali tota ratio credendi est consuetudo cernendi.* At Patres & tota fidelium Ecclesia oculis fidei adhibitis, Christum presentem adorant. Sic Dionysius Areopagita. *O diuinum mysterium nostros spirituales oculos singularis lucis tua fulgore imple.* Sic Eusebius Emisenus. *Sacrum Dei tui corpus & sanguinem fide respice, honora, mirare.* Sic Augustinus. *Nemo Christi carnem manducat, nisi prius auerit.*

Ioan. 9.
Philipp. 2.

Matth. 27.
Luc. 2.

Dominic. 4.
Quadrages.
Serm. 147. de temp.
Eccl. hierar.
c. 3. p. 3.
Homil. 5. de Pascha.

in Psal. 98.

IN DIE PURIFICATIONIS B. VIRGINIS.

Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt eum in Hierusalem ut sisterent eum Domino.

Luc. 2.



O c v s necessarius explicandi solennitatis hodiernæ causas, & institutæ rationes, contra hæreticorum hodie maledicas contumelias, qui vel hoc festum non celebrant, vel ceremoniam luminarium prætermittunt, eamque solidam esse superstitionem suis persuadent: maxime ut intelligat fidelis populus præsentis Euangelio ceremoniam hanc apertissime conuenire. Prima causa est, ut Iesu Christi Saluatoris nostri ingressum in templum primum hac illustri luminarium accensorem prægestatione Ecclesia lætæter & gloriosè commemo-

Da ceremoniam
candelarum.

1. Causa.

Malach. 3.

Zuc. 2.

Psal. 47.

Aggai. 2.

De ciuit. Dei
lib. 18. c. 45.

commemoret. De hoc quippe Christi in templū ingressu luculenter prædixit Malachias. Ecce ego mitto Angelum meum, qui preparabit viam ante faciem meam. Hic erat Ioannes Baptista, de quo in templum introducto sic ore prophetico pater Zacharias pronunciauit. *Et tu puer Propheta altissimi vocaberis. Præbis enim antefaciem Domini parare vias eius, Moxque sequitur in Malachia. Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos quaeritis, & Angelus testamenti quem vos vultis.* Hunc ergo ingressum Domini in templū statim nato Salvatore factum, & tam luculenter à Propheta prædictum, luminibus accensis (quæ gaudium & gloriam significant.) celebrat Ecclesia. Vnde Græci Patres hoc festum vocant: *παρωλο, Occursum Domini*, de quo multas conciones ediderunt. De hoc occurso Domini prædixit David. *Suscipiemus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* Hodie enim in ipso templo primum huic misericordiæ Dei, & diuinitati Christi nati testimonium publicè datum est per Simeonem senem, & Annam viduā prophetissam. De hoc quoque Christi in templum ingressu Aggæus Propheta euidenter prædixit. *Veniet desideratus cunctarum gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissima plusquam prima, dicit Dominus exercituum, & in loco isto, dabo pacem, dicit Dominus exercituum.* Hæc ille de secundo templo post captiuitatem Babylonicam reparato, cuius certè non erat tanta gloria, tantus splendor, tanta magnificentia quoad aurum, & argentum, templique ipsius vel structuram vel ornatum, quanta erat sub Salomone. Sed ideò maior huius templi gloria fuit, quia in hoc templo Messias expectatus apparuit. Sed neque sub hoc templo, vel prophetas habuerunt, vt prius, vel sub Regum suorum libera potestate amplius agebant, ab alienigenis afflicti, & multis cladibus attriti: vt demonstrat Augustinus. Hodie igitur maior fuit gloria templi Hierosolymitani secundi quam primi, quia puerum Iesum tulerunt, hodie parentes in Hierusalem vt sisterent eum Domino, id est, in templo præsentarent. Hanc primam adeòque solennem, & à Prophetis

Prophetis prædictam, & in lege decretam, prout huius Euangelij verba ostendunt Christi in templo præsentationem, accensis & rutilantibus cereis celebrat Ecclesia Quo tempore Ioannes Chrysoströmus Constantinopolitanus Patriarcha ab exilio suo incredibilis plebis studio reuocaretur, populus Constantinopolitanus vt gaudium suū venerationemque erga talem Episcopum ostenderet, *Vniuersus obviam illi prodii, cereos accensos ferens.* Non absimile studium, & venerationem multo maiorem Christo factura Ecclesia, cereos hodie accensos fert, eamque historiam commemorat, qua in templum primo receptus, à Simeone sene Spiritu S. pleno, & Anna Prophetissa nobilissima confessione honoratur. Hæc igitur vna atque primaria causa huius ceremonia est. Alia causa est honor B. Virginis, quæ hodie ritum purificationis legalis obseruauit, cui tamen obnoxia non erat, nec ex parte filij, nec ex sua. Legale enim illud præceptum, *Omne masculinum aperiens vuluam sanctum Domino vocabitur, Christum non tangit, qui clauso utero Virginis exiuit, iuxta illud Ezechielis. Porta hæc clausa erit, Nō aperietur, & vir non transiet per illā. quia Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa vt & S. Hieronymus hunc locū exponit, multique alij Patres idem docēt, Ambrosius epist. 81. Chrysostr. in homil. de Ioanne Baptista. Aug. Serm. 2. & 14. de Nat. Domini. Damascenus de orthodoxa fide li. 4. c. 15. Eusebius Emisenus de Nat. Domini hom. 1. Origenes hom. 8. in Leuiticū. Illud quoque legale præceptum, *Mulier si suscepto semine peperit masculinum, vt 7 diebus immunda, &c.* B. Virginē contingere non potest, quæ nō humano sed diuino semine suscepto peperit suū primogenitū. Rectissime igitur August. *non ex necessitate, sed ex consuetudine legis hanc oblationem.* à B. Virgine factam esse scribit. Sicut ergo B. Virgo Christum præsentauit in templo non vt ipsa purificaretur, sed vt vulgarem purificandi morem seruaret, sic fideles externa cereorum ceremonia hanc Purificationem celebrant, non vt per istos cereos accensos illuminentur ipsi aut sanctificentur, sed vt adeptam iam per Christum sanctificationem*

Niceph. eccl. histor. lib. 13. cap. 16.

2. causa.

Ezech. 44.

Exod. 34.

Quest. 40. in Leuiticum.

cationem & fidem in illum cum Simeone sene testificentur. Cerei quos manibus gestamus, Christi carnem fragilem repræsentant, & quidem de purissima virgine natam, sicut cera ex apum labore conficitur, quæ sine vlla commixtione nascuntur. Lucem autem superferri videmus, quæ Christi diuinitatem repræsentat. Non secus quam Simeon carnis infirmitatem in vlnas accepit, sed oculis fidei salutare mundi vidit.

Ioan. 5. Si Ioannes Baptista natus ex muliere erat *Lucerna ardens & lucens*, multo magis Christus natus ex virgine lucernæ ardenti comparari potest. Cereus ergo ardens quem portamus, & Christum ipsum & fidem nostram in eum, quam ipse nobis contulit, repræsentat. Hodie enim apparuit salutare mundi, quod parauit Deus ante faciem omnium populorum, vt esset *Lumen ad reuelationem omnium gentium, quia populo sedenti*

Luc. 2. *in tenebris lux orta est*, hoc excellens beneficium, vt in

Esa. 9. templo hodie apparuit, sic in templis hac illustri ceremonia recolimus. Sed quia ceremoniarum doctrinam & vsum irridit hæretici, quasi Iudaicum quiddam hoc sit vel gentilitium, respondeatur illis ex Dionysio Arcopagita D. Pauli discipulo, qui cur Apostoli ceremonias instituerint, his verbis docet. *Principes nostri visibilibus signis celestia sacramenta texerunt, & sub humanis imaginibus res diuinas tradiderunt, & in materiali figura maiestatem spiritualem repræsentarunt, vt pro modo ac ratione captus nostri figuris visibilibus quasi adminiculis quibusdam ad mysteriorum augustiorem intelligentiam subueheremur.* Hæc ille. Quod si spirituales isti Protestantes his se adminiculis non indigere asserant, sinant tamen his vti populū. *Si alioqui volare possent (ait eleganter Augustinus) tamen ne cui sit periculo incitantium paulisper cogantur incedere qua ceteris intum est, ne eisi sibi facto non noceant, noceant tamen aliis exemplo.* Certè sicut folia arbores ornant, & cortex sustentat, et si fructum non proferant, sicut ligna vitem sustentant, & sepes non nutrit plantas sed seruat, sic ad pietatē & religionem conseruandam atque fouendam ceremonia externæ mirificæ cōducunt, et si per se actus pietatis non sint. Porro & alia causa huius institutæ solennitatis à quibusdam veteribus assignatur, ad abolendā & ob-

literandam turpissimam huius temporis consuetudinem apud Romanos. Solebant enim initio mensis Februarij, Februus, id est Plutoni accensis cereis sacrificare, & ciuitatem lustrare ex ordinatione Numæ Pompilij, qui hunc mensem illi dicauit. Hæc lustrandi cōsuetudo vt penitus tolleretur, Sergius Papa anno Domini .690. sub Iustino ano. 2. (cui & illam Durandus tribuit) cereos accensos in publica supplicatione deferendos statuit, ex ipsa historia Euangelica sumpta occasione. Eodem sanè modo quo & eadem Rom. ecclesia ad superstitiones Calendarum Ianuarij abolendas, Circuncisionis Dominicæ quæ eodem die accidit, Festum celebrandum instituit. Item quæ ad varias superstitiones Calendarum Augusti extirpandas, in quibus Augusto Cæsari, vt in Ianuario Iano, epulas & inferias consecrabant, festum vinculorum B. Petri quæ eo tempore Romam allata sunt, commodissime ordinauit. Quæ enim olim gentilitiæ superstitioni seruiebant, vt eadem veræ pietati cultique veri Dei seruiant, nemo Christianus culpare, imò non maxime non laudare poterit. Nam & æmulus rerum diuinarum Satan semper est, vnde & sua habet sacrificia, templa, sacerdotes, virgines, martyres, baptismum quoque ipsum, & panis mysteria (vt ex Tertulliano, Iustino Martyre, Eusebio Pampili, S. Hieronymo alio in loco latè ostendimus) & spoliandi sunt Ægyptij, vt tabernaculum Domini adornetur. Non igitur quia cereis accensis sua sacra Plutoni Romani hoc tempore faciebant, propterea nobis nõ liceat absque superstitione Christum Saluatorem & B. virginem matrem eius eadem ceremonia colere & honorare, sed contrà idcirco maxime læcere hoc debet. Cuius sanè rei æquitatem & congruentiam ipsemet Caluinus, quando commodum illi erat, nec dissimulare potuit, nec diffiteri voluit. Hanc (inquit) necessitatem cerio aliquo signorum exteriorum consortio homines colligandi quum Deus prouideret, ea postea Saian ad superstitiones cultus transferendos deprauauit. Hinc ille gentilitiæ imitationes in sua sacra & ceteri degeneres ritus qui tametsi erroris erant, ac superstitionis pleni, indicio tamen ipsi quoque simul erant, non posse in professione religionis homines externis huiusmodi signis carere. Hæc ille.

Alcimus de officiis ecclesiasticis .S. Eligijus Serm. 2. Durandus Ration. diuin. l. 7.

Superstitiones gentilitiæ ad Dei cultum conuersæ,

**Iuo Carno-
tens. in Ser.
huius festi.**

**Ceremonia-
rum vñs.**

**Eccles. Hie-
rarch. ca. 1.**

**De vi. cred.
cap. 20.**

**3 causa.
Ecdæ lib. de
temp.**

*a in præscri.
& Apologes.
c. 47.*

*b Apolog. 2.
Euang. li. 4.
c. de prepar.
c. 7. d. lib. 2.
cont. Iouina
num.*

*c de princip.
fid. lib. 12. c.
Insti. lib. 4.
c. 14. n. 17.*

IN DIE S. MATHIAE

Apostoli.

Math. II.

*Confiteor tibi Pater, quia abscondisti haec
a sapientibus, & prudentibus, & re-
uelasti ea paruulis.*

Cur haeretici
errant.



LUC. 10.

L O C V S egregius obseruandi cōtra hēreticos, idcirco illos à veritate Catholica aberrare, quia paruuli, esse nolunt, sed apud seipfos sapientes. Christus Dominus in hoc Euangelio, exultās in spiritu, vt est apud Lucā, confitetur, id est, gratias agit Deo Patri quod doctrina cōlestis quam ipse attulerat, sapientibus absconderetur, paruulis autem reuelaretur. Sapientes autem & prudentes hic à Christo vocantur, qui apud semetipfos tales sunt, superbi videntur, & fastuosi: paruuli verò humiles intelliguntur.

Serm. 8. de Ver. Domini *Sic Augustinus. Nonne, inquit, sapientum, & prudentum superbos intelligi posse, ipse exposuit, cum ait, Reuelasti ea paruulis. Quid enim est paruulis nisi humilibus? Sic & Grego-*

Moral. li. 27. *rius. Quid enim non subiunxit, reuelasti ea stultis, sed paruulis, tumorem se damnassee inuuit, non acumen. Vnde & aliās dicitur. Custodiens paruulos Dominus. Humiliatus sum, & liberauit me. Eodem modo & S. Hilarius. caelestium verborum arcana atque virtutes sapientibus absconduntur, & paruulis reuelantur: paruulis malitia non sensu, sapientibus verò stultitia suae presumptione, non prudentia causa. Docet igitur Christus superba, & elata ingenia non esse cōlestis doctrinā capacia, humilibus autem, & obediē ac discere paratis, non ad docendum inflatis, illam reuelari. Hoc est quod Dauid aliis verbis dixit, Testimonium Domini fidele sapientiam praestans paruulis. Hoc est: Sacra veritas quam Deus nobis fideliter, & firmiter testatur, atque reuelat, sapientes facit non quofuis sed paruulos, id est, obediētes voci Dei. Nempe fidelium, & credentium propria & necessaria virtus est obediētia verbo Dei praestita, quod*

Can. II. in Math. *Paulus*

Psal. 18.

Obedientia
fidei.

Paulus vocat, *Captiuare intellectum in obsequium Christi.* Hęc autem obediētia fidei est obedire voci Ecclesiae, quā est vox Dei & ipsius Christi: vt in quadam Dominica clarē ostendimus, super illa verba: *Ipsum* *Domini.* *2.* *Cor. 10.*

audire. Nam, & sic Apostolus de se suiq̄e similibus scribit, & captiuandum intellectum ministerio Ecclesiae docet. *Arma (inquit) militia nostra non carnalia sunt, sed potētia à Deo ad destructionem munitionū, (id est, vt exponit Chrysostrōmus, Factum Græcorum sophismatum & syllogismorum robur) consilia destruentes, & omnem altitudinem extollemem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Docet se suiq̄e similes in captiuitatem redigere omnem intellectum, in obsequium Christi, quia doctrina eius obediēter erat audienda cum submissione intellectus, non refractariē cum superba reuclatione, aut curiosa inquisitione, vnde & addit. *In* *Obedientia* *voci Ecclesiae* *debita.* *Marc. 6.*

promptu habentes omnem vicisci inobediētiā, quum impleta fuerit vestra obediētia. Viciscitur autem Ecclesiasticus Pastor omnem inobediētiā, vel excutiendo puluerem pedum in eos qui Euangelium non recipiunt, id est, ipsos infideles Diuinā maledictioni relinquens, vel Euangelij desertoribus vt haeticis anathema pronuntiando: quod & Galatis fecit. *Licet,* *Gal. 1.*

(inquit.) nos, aut Angelus de caelo Euangelizet vobis praeterquam quod Euangelizauimus vobis, anathema sit. Obserua eum dicere, *quod Euangelizauimus,* nos scilicet Ecclesiarum Magistri, & Praepositi, non autem dicit *quod euangelizatum est,* quasi perinde sit vnde Euangelium accepterint. Ideo iterum subiungit repetens. *Praeter id quod accepistis, scilicet à nobis praedicantibus.* Vnde Sanctus Augustinus per apostrophē Catholicam Ecclesiam alloquens: *Appello,* *Contra Fau-* *stum. 1. 15.* *cap. 3.*

(inquit,) paruulos tuos, teneros sedus tuos, ne garrula curiositate seducantur abs te, & fiet potius anathemem si quis euangelizauerit praeterquam id quod acceperunt in te. Hęc ille. Dicit, *in te,* quia obediētia fidei est obedire doctrinā acceptā in & ab Ecclesia. Quare Paulus obediētiā fidei eam vocat, vt gerit, requirit, mandat, quā Ecclesiae praepositis datur. *Si quis, (inquit.) non 2. Thess. 3.*

obedit verbo nostro, hunc per Epistolam notate. Et in

via

v 2

alia

via

via

via

via

I. Thess. 4. 1. alia Epistola, quum dixisset: *Sicut prædiximus vobis & iustificati sumus: subiungit: Itaque qui hæc spernit, non homines spernit, sed Deum: iuxta illud Christi ad Apostolos, Qui vos spernit, me spernit.* Sic laudans Romanorum fidem, obedientiam eam vocat. Quum enim in exordio Epistolæ dixisset, *fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo, in fine idem repetit, dicens: Vestra obedientia in omni loco divulgata est.* Qualis verò hæc esset obedientia in eadem Epistola explicat. *Gratias ago Deo quod obedistis ex corde in eam formam doctrine in qua traditi estis, id est, in qua instituti & edocti estis ab ijs qui vobis euangelizauerunt.* Obedientia ergo fidei & obedientia verbo Ecclesiæ præstita. De qua vide plura in opusculo nostro, de principiis fidei.

Hebr. 13. Iam verò hanc obedientiam fidei, nec Deo, nec Ecclesiæ (cuius necessitatem Paulus vno illo in loco luculenter expresseit, vbi scribit: *Obedite præpositis vestris, & subiaceite illis. Ipsi enim per uigilant quasi rationem pro animabus vestris reddaturi.*) præstare potest, nisi qui paruulus est, & humiliter de seipso sentiens. Hoc in isto Euangelio Christus nos docet. Hoc Paulus disertè etiam explicat, propriam quasi indolè hæreticorum his verbis describens: *si quis aliter docet, & non acquiescit sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei qui secundum pietatem est doctrina, (id est, qui Ecclesiasticam doctrinam deserit, &c.) superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum. Superbus, (inquit,) est nihil sciens: nempe idèo nihil sciens quia superbus.* Sic

1. Tim. 6. alio in loco: *Erunt, (inquit,) homines seipsum amantes, cupidi, elati, &c. semper discentes, & nunquam ad veritatis ueritatem peruenientes.* Docet superbos indociles esse in fide, multa discere, multa querere, sed circa quæstiones languere, nihil proficere, ad ueritatis cognitionem non peruenire. Contrà verò, ut Catholici sumus & ueritatem fidei Catholicæ retineamus, humilitatem spiritus induendam, idem Apostolus docet, Sic enim ad Romanos scribit: *Id ipsum inuicem sententes: hoc est, ueritatem fidei retinete: sed quomodo? addit modum. Non alta sapientes, sed humilibus consentietes. Nolite esse prudentes apud uos metipsos.* Nempe ita demum

uinitas

uinitas fidei seruat, ita populus Pastoribus, & Pastores ad inuicem consentiunt, si non alta sapiunt, sed humilibus consentiunt, id est, si humiles Ecclesiæ discipuli & paruuli esse nõ desinunt: si per se non sapiunt, sed sapiunt ad sobrietatem, id est, iuxta mensuram fidei illis datam, quæ quidem unicuique datur iuxta uocationem suam. Vnde Paulus, *Dico per gratiam quæ data est mihi omnibus qui sunt inter uos, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: & unicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei.* Sicut enim in corpore multa membra habemus, omnia autem membra eundem actum non habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra: habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis differentes. Hæc autem donationes differentes fiunt, iuxta locum quem quis tenet in corpore mystico Christi. Si enim in corpore naturali absurdissimum esset, ut pes capitis officium faceret, vel manus oculi, non minus absurdum est, ut in Ecclesiâ quæ corpus Christi mysticum est, ouis faciat officium Pastoris, vel minister Episcopi. Quare Apostolus describit Ecclesiam esse totum quoddam corpus sub capite Christo compactum & conexum per omnem iuncturam subministrationis, (id est,) subministrati & suppeditati Spiritus Dei, secundum operationem in mensuram unius cuiusque membri. Videlicet, ita ut Spiritus Dei subministraretur quidem omnibus ad operandum, sed non æqualiter omnibus, uerum pro mensura & capacitate cuiusque. Idque in hunc finem, ut (quod apud Apostolum sequitur) augmentum corporis fieret in adificationem sui in caritate. Vnumquodque enim membrum auget corpus Ecclesiæ & seipsum ædificat, id est, tam toti communitati quam sibi utilis est quisque fidelis, quando toti adhæret & operatur iuxta mensuram sibi, ut tali membro datam, idque in caritate.

Nisi enim caritate quæ non inflatur, colligati fuerimus, (ait Chrysostr. 1. ad Rom. 12.) spiritus subministrationem non capiemus. Nisi paruuli sumus suo quisque loco contenti, & gradu, Diuini Spiritus qui totum Ecclesiæ corpus animat, participes non erimus. Non enim satis est, (ait ibidem Chrysostr. 1. ad Rom. 12.) unum esse corpus, sed oportet præserua & proprium locum obtinere, ut potè qui nec unius esse

*Quævis, nec peritum accipere si loco cesseris. Ideo Apostolus
 v̄beat inucluram subministratiõis. Nam & in toto hoc
 v̄liuero elemento locum suum egressa vitam amittit,
 & in quocumque corpore naturali membrum aliquod loco suo motum operatione ca-
 ruit: Locum autem suum quisque tenet in corpore
 Ecclesiæ, & locum suum tenendo diuini Spiritus
 particeps fit; cælestemque doctrinam quæ in ea &
 per eam traditur haurit, quamdiu paruulus est & hu-
 milis Ecclesiæ filius, nulla noua singulari opinione
 inflatus. Huius rei illustre & memorabile documen-
 tum S. Augustinus de seipso præbuit, quod certè po-
 pulo explicare, valde expediet. Adolescens necdum
 baptizatus, sed Manichæorum hæresi imbutus & audi-
 tor eorum, Philosophus tamen, & rhetor egregius
 sic de seipso scribit: *Institui animum intendere ad Scri-
 pturas sanctas, ut viderem quales essent, & ecce video rem non
 comperiam superbis, neque nudatam pueris sed incesu humilè,
 successu excelsum, & velatam mysterijs. Et non eram ego ta-
 lis, ut intrare ad eam possem. Causam subiungit. Tumor
 enim meus refugiebat in modum eius, & acies mea non penetra-
 bat interiora eius: Nam illa erat quæ cresceret cum paruulis,
 sed ego dedignabar esse paruulus, & turgidus fastu mihi gran-
 dis esse videbar. Hæc ille. Tales sunt hæretici. Legunt
 Scripturas, sed vt grandes & turgidi fastu, non vt
 paruuli: ideoque eas non intelligunt, sed deprauant
 ad suam & aliorum perditionem. Ideo autem deprau-
 ant quia sensum suum, vt sibi sapientes, non sen-
 sum Ecclesiæ, vt filij & paruuli sequi volunt. Vnde
 de Pelagianis Augustinus. *Quia scripturas secundum sen-
 sum suum legunt, profecto nec in illis quæ aperta sunt contuen-
 tur.* Et alibi de omnibus hæreticis ita scribit: *Multa
 de Christo inueniuntur in scripturis ita dicta, vt impios hære-
 ticorum mentes prius volentes docere quam nosse, in errore
 miserint.* Causam dicit, quia prius voluit docere quam
 nosse. Sic Apostolus de hæreticis: *Volentes esse legis do-
 ctiores non intelligunt neque quæ loquuntur, neque de quibus
 affirmant.* Sed vt eleganter scripsit Fulbertus Carno-
 tenis: *dum fieri nolunt discipuli veritatis, sunt magistri erro-
 ris.* Hæc ille. Sed vt in exemplo Augustini pergamus,
 non solum adolescens intelligere Scripturas non**

potuit,

potuit, quia adhuc superbus & apud se sapiens erat,
 verum etiam vir factus, & veritatis cupidus, hæreti-
 cus adhuc tamè indocilis erat, quia superbus. Quum
 enim Episcopus quidam doctissimus à matre eius
 Monica instantissimè rogaretur, vt cum Augustino
 colloqui, eiusque errores refellere vellet, recusauit.
*Respondit enim (ait Augustinus de seipso) me adhuc esse
 indocilem eo quod inflatus essem nouitate illius hæresis, Mani-
 chæorum scilicet. Quia in re prudentiam Episcopi
 laudat. At verò idè Augustinus ab hæresi Manichæa
 liberatus, & amator Catholice fidei factus, ideoque
 vt humilis & paruulus discere paratus, legens Epi-
 stolas Pauli intelligit, omnemque eius textum cum testim-
 nijs legis & Prophetarum congruere videt, vt ipsemet de se
 scribit. Non ita tamen vt penitus iam securus esse
 aut priuato spiritu indulgere voluerit, sed etiam E-
 piscopus factus in explicando principio Geneſeos
 laborat & clamat. *Tuic tgam ea pater bone, Da mihi hæc
 subterposito, (id est, humiliter sapienti) quia subterposi-
 tis solidasti ea. Tanti viri & tam celebris in Ecclesia
 doctoris exemplum docere nos potest, quam verum
 hoc sit quod in hodierno Euangelio Christus dicit,
 cælestem doctrinam abscondi à prudentibus &
 reuelari paruulis. Quare pulchrè ac planè diuinè Au-
 gustinus alio in loco scripsit. *Nisi petas & pax quadam
 mentis accedat, de deo tibi profectus intelligi potest.* Ratio in
 promptu est, quia fides donum Dei est, non scientia
 aliqua acquisita. Deus autem superbis resistit, & hu-
 milibus dat gratiam. Nicodemus adhuc Magister in
 Israël & inflat⁹ Christū de regeneratione baptismali
 dicentè intelligere non potuit, quia credere noluit,
 sed rationes querere. *Quomodo (inquit) potest homo na-
 sci, quum sit senex? Et iterum. Quomodo possunt hæc fieri? Vt
 grandis & sapiens rationem reposcit. Vt paruulus &
 humilis credere recusat. Ideo iterum inanis. Rursū
 de his prudētibus & paruulis iterū disserēs Christus
 ait, *Ego in iudiciū in hunc mundū veni, vt qui nō vident, (id
 est, est cæcitate & ignorantia suam humiliter agnoscūt
 seq; duci ab alijs patiūtur) videant: & qui vident (id est,
 existimant se videre) cæci s̄iam.* Moxq; dicētibus Pha-
 risæis secta quadam Iudæorum, qua nihil erat super-
 bius,***

Confess. lib. 3.
cap. 12.

Confess. lib.
7. cap. 12.

Confess. lib.
13. cap. 25.

De tril. cred.
cap. 18.

Superbus Di-
uina intelli-
gere non potest.

Ioan. 3.

Ioan. 9.

Exemplum
illustre.

Confess. lib. 3.
cap. 5.

De gratia
christi. c. 42.

De fide &
Symb. c. 9.

1. Tim. 1.
Epist. 1.

Tract. 4. in
Ioannem.

bis, Nūquid, & nos cæci sumus? dixit eis Iesus, Si cæci essetis (id est, si vos cacos esse aduerteretis, vt exponit Augustinus, si ignorantiam vestram agnosceretis) non haberetis peccatum. Nunc verò dicitis quia videmus, peccatum vestrum manet, id est, corrigi non potest. Hoc quod Apostolus dixit. Scientia in partem caritatis edificat. Si quis autem se existimat aliquid scire (scilicet in rebus fidei tamquam ex seipso sine magistra & duce Ecclesia) nondum cognouit quomodo aperiat eum scire. Caritas enim quæ edificat, id est, quæ facit hominem pertinere ad ædificium totius domus Dei, & ædificari in corpore Christi, vnum aliis membris est, caritas Ecclesiæ, & dilectio vnitatis fraternæ. Adeo sanè vt D. Augustinus caritatem Ecclesiæ vocauerit, rationem illam quæ docet nos omnia. Vnctio enim Spiritus S. non docet nisi humiles & paruulos in schola Christi, paratos discere & audire eos, quos Christus in sua Ecclesia audiendos præposuit. Monendus ergo hoc loco populus fidelis, vt paruuli & humiles esse nunquam desinant, si veritatem cælestem, & fidem orthodoxam retinere cupiunt. Hoc est, vt Ecclesiæ docenti tamquam Matri fidelium, sicuti filios decet & paruulos, semper obediant, atque auscultent. Si quis paruulus id est, infirmus adhuc in fide est, non capiens altiora mysteria, non intelligens sacramentorum & sacramentalium causas & rationes, à matre Ecclesia lactari debet, sicut à Paulo Corinthij lactabantur. Ego fratres non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulus in Christo, lac vobis potum dedi non escam. Nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. Adhuc enim carnales estis, id est, infirmi quatenus spiritalibus. id est, perfectis, vox illa opponitur, nõ quatenus carni deditum, vt alibi apud Paulum significat.

I. Corint. 8.

Caritas quomodo edificat

Tracta. 6 in
Epist. Ioan.

Scientia in partem caritatis edificat. Si quis autem se existimat aliquid scire (scilicet in rebus fidei tamquam ex seipso sine magistra & duce Ecclesia) nondum cognouit quomodo aperiat eum scire. Caritas enim quæ edificat, id est, quæ facit hominem pertinere ad ædificium totius domus Dei, & ædificari in corpore Christi, vnum aliis membris est, caritas Ecclesiæ, & dilectio vnitatis fraternæ. Adeo sanè vt D. Augustinus caritatem Ecclesiæ vocauerit, rationem illam quæ docet nos omnia. Vnctio enim Spiritus S. non docet nisi humiles & paruulos in schola Christi, paratos discere & audire eos, quos Christus in sua Ecclesia audiendos præposuit. Monendus ergo hoc loco populus fidelis, vt paruuli & humiles esse nunquam desinant, si veritatem cælestem, & fidem orthodoxam retinere cupiunt. Hoc est, vt Ecclesiæ docenti tamquam Matri fidelium, sicuti filios decet & paruulos, semper obediant, atque auscultent. Si quis paruulus id est, infirmus adhuc in fide est, non capiens altiora mysteria, non intelligens sacramentorum & sacramentalium causas & rationes, à matre Ecclesia lactari debet, sicut à Paulo Corinthij lactabantur. Ego fratres non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulus in Christo, lac vobis potum dedi non escam. Nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. Adhuc enim carnales estis, id est, infirmi quatenus spiritalibus. id est, perfectis, vox illa opponitur, nõ quatenus carni deditum, vt alibi apud Paulum significat.

Infirmi in fide quomodo lactandi.

I. Cor. 3.

Huiusmodi autem (ait Augustinus) nisi fidei quodam lacte tenentur, & invisibilia quæ non vident, & intelligibilia quæ nondum intelligunt, credant: facillè ad vanas & sacrilegas fabulas promissione scientiæ ducuntur. Paruulus ergo & infirmus in fide, debet esse paruulus quoque in spiritu, vt saltem firmiter credat quod nondum intelligit. Postea intellecturus, vbi fortior euaserit: & humiliter credèdo fortior esse meruerit. Nam vt Prophetæ dicit, nisi

Tract. 98. in
Ioannem.

Huiusmodi autem (ait Augustinus) nisi fidei quodam lacte tenentur, & invisibilia quæ non vident, & intelligibilia quæ nondum intelligunt, credant: facillè ad vanas & sacrilegas fabulas promissione scientiæ ducuntur. Paruulus ergo & infirmus in fide, debet esse paruulus quoque in spiritu, vt saltem firmiter credat quod nondum intelligit. Postea intellecturus, vbi fortior euaserit: & humiliter credèdo fortior esse meruerit. Nam vt Prophetæ dicit, nisi

nisi credideritis nõ intelligetis, sic sapièter Augustinus scribit. Fides præcedere debet intellectu, nisi intellectus fidei præmum. Similiter dubius in fide, & fluctuans (qui primus ad hæresim passus est) ab Ecclesia iterum parturiri debet, & formari vt in fide firmiter. Sic ad Galatas in fide fluctuantes, & in aliud Euangelium trāsferri incipientes scribit Paulus. Filii mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. In persona matris Ecclesiæ loquitur Apostolus, suadèturque Galatis, vt se ab illa formari patiantur, nõ vt sibi ipsi sapientes, & prudentes, docentem Ecclesiam contemnant. Sic hæc verba exponit eleganter Augustinus. Expecta, inquit, formari. Noli tibi tribuere iudicium quod forte nosti. Carnalis es adhuc. Conceptus es eo ipso quo accepisti nomen Christi. Sacramento quodam natus es in visceribus matris. Bonum est, vt formatus ex eas, ne abortiuus ex eas. Generet te mater, non abortiat. Si patiens fueris vsquequo formeris, vsquequo in te certa sit doctrina veritatis, continere te debent matera viscera. Si autem impatientia tua concusseris latera matris tuæ, cum dolore quidem excutit te foras, sed magis tuo malo quam suo. Hæc ille. Rursum alio in loco. Si erras in aliqua, quare non redis ad lac matris? Quia si non extolimini, si non exaltatis cor vestrum, si non ingredimini in mirabilibus super vos, sed humiliter sentitis, sicut qui ablactatus est super matre sua, reuelabit vobis Deus quod aliter sapitis. Si autem hoc ipsum quod sapitis defendere vultis, & pertinaciter asserere contra pacem Ecclesiæ, sit vobis maledictum quod dixit propheta. Ita fiat retributio in anima mea. Quia adhuc super matre cum estis, id est, paruuli portandi à matre nec dum ablactati, foris à lacte separabimini, foris à visceribus matris fame moriemini. Hæc ille. Quamdiu igitur adhuc paruulus in fide inquitiam est, vel infirmus, vel dubius, non à seipso neque per se sapere, sed humiliter ab alio discere, nec à quouis alio, sed à sola Ecclesia Catholica, vt vnica fidelium matre, doctrinam fidei accipere debet. Non enim nisi paruulis & humilibus Deus Pater suam doctrinam reuelat. Monendus quoque populus idèo hæreticos fieri, & persistere innumeros, quia sibi sapientes, & prudentes esse volunt, paruuli esse recusant. Per se ipsos Scripturas intelligere, omnem de fide controuersiam suo quif-

Es. 7.
De verb. Domini serm. 5.

Gal. 7.

Enarr. in
Psal. 57.

Enarr. in
Psal. 130.

Hæretici tales perma-
nēt.

Rom. I.
Contra Col.
lat. ca. 26. de
ciui. Dei lib.
3. cap. 3.
Lib. 1.

quæ iudicio ex Scripturis à seipso explicatis terminare vult. Hinc hæretici & sunt & permanent. De philosophis Apostolus dicit, *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* De eisdem Prosper. *Quia semetipsis ducibus utebantur, nihil inuenierunt.* Idem de discipulis Socratis notauit Augustinus. Sic de hæreticis Irenæus. *Qui relinquunt præconem Ecclesiæ, imperitiam sanctorum presbyterorum arguunt, non contemplantes quanto pluri sit idiota religiosus, quam impudens sophista. Tales sunt omnes hæretici, & qui se plus aliquid præter veritatem inuenire putant.* Denique superbiam matrem esse omnium hæreticorum, in alia Dominica latè ostendimus, super illa verba, *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Hæc aut ex his aliqua salubriter doceri populus fidelis poterit, multumq; moneri, vt hanc propriam verorum fideliū, & impiorum infidelium notam attentè obseruet, fidelium quòd sunt paruuli & humiles in doctrina fidei capefenda, infidelium hæreticorum quòd sunt superbi & sibi ipsis sapientes ad noua dogmata excudenda.

Dominic. 7.
post Pentec.

IN DIE ANNUNCIATIONIS B. VIRGINIS.

Luc. 2.

Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, & cetera.

De frequenti repetitione Salutationis Angelicæ.



A C V S opportunus defendendi contra hæreticorum calumnias & cachinnos, Catholicorum pietatem, & consuetudinem circa huius salutationis Angelicæ frequentem repetitionem in forma rosarij vel coronæ. Hæretici enim hodie ad vnum omnes vix aliquid in tota religione Catholica maiori ludibrio habent, quam huius Angelicæ Salutationis repetitionem prædictam. Hic ergo illorum ridicula fundamenta propter quæ vsum Catholicum ridendo, seipfos ridiculos præbent, & impios probant, breuiter & dilucidè sunt euertenda. Nam si absque vlla iusta causa Catholicam hanc pietatem reprehendunt, firma manebit Catholica deuotio

Reprehensiones hæreticorum.

In Harmon. Euangel.

Math. 6.

Ad. 1.

Act. 16.

uotio, quam aduersarius infirmare non potest, & vniuersæ Ecclesiæ consuetudo confirmat. Aiunt igitur hæretici hanc salutationem angelicam non esse orationem aut aliquam inuocationis formulam, nisi velimus dicere quòd Angelus Gabriel, quæ eam his verbis salutet, illam inuocabat: quod est ridiculum. Vnde concludunt ineptè nos facere qui hanc salutationem repetendo, orare nos dicimus. Scribit porò Caluinus duplicem esse hæc in re superstitionem Catholicorum. Vnam, quòd alienum munus vsurpēt. Hoc enim soli Angelo Gabrieli Deus iniunxit, vt his verbis Virginem salutaret: alteram quòd absentem salutamus, quod planè ridiculum esse ait, & magici cuiusdam exorcismi instar. Addunt alij quicquid sit de ipsa salutatione in se, certè repetitionem illam esse supersticiosam. Vult enim in multo quo Deo placere, quod Christus improbat: & idcirco ad certum numerum, & p̄sum illa recitatur. Hæc sunt quæ illi cōtra Salutationis angelicæ & rosariorū vsum disputant vel blaterant potius Ad singula solidè & cordatè respondebit concionator. Ad primum dicet. Orationis duæ sunt partes, precario, & gratiarum actio. Sic Paulus & Silas laudantes Deum orasse dicuntur. *Media nocte orantes laudabant Deum, & multi Psalmi Dauidici qui solas gratiarum actiones continent, ad orationes tam Ecclesiasticas etiam hæreticorū iudicio pertinet.* Sic igitur salutatio hæc Angelica per modum gratiarum actionis, & vt maximi redemptionis nostræ beneficij cōmemoratio, oratio quædam cenferi debet. Hinc S. Athanasius hanc salutationem esse dicit, *uoces natura sua laudatorias, quibus in encomium Virginis vjmur* Deinde etiam ex parte precationis, oratio est per modum insinuationis: sicut illa verba à fororibus Lazari ad Christum per nuncium missa, *Domine, ecce quem amas, infirmatur.* His enim verbis (vt etiam exponit S. August.) rogabant Dominum, vt veniens sanaret ægrotum. *Non dixerunt veni, Amanti enim tantummodo nunciandum fuit. Non ausè sunt dicere, veni, & sana. Non ausè sunt dicere, sibi iube & hic fet, sed tantummodo, Domine ecce quem amas infirmatur. Sufficit enim, vt noueris. Non enim amas & deseris*

In Euangelium de Sanctissima Deipara.

Tract. 49. in Ioan. Math. 8.

deseris. Hæc ille. Sic & illa cæci verba ad Christum; *Domine si vis potes me mundare*, oratio fuit, & vera præcatio, etsi non expressa tamen tacita: & quidem talis, vt Christus mox responderit. *Volo, Mundare*, Non aliter profectò in salutatione angelica recitanda, ipsam B. Virginem tacite precamur, vt nostri curâ habeat. Postremò adiungit quoque Ecclesia in fine salutationis huius, *sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis*: Vt sit etiam formalis oratio ex parte precationis. Orat igitur, & B. Virginem orat, atque inuocat fidelis populus, dum hanc salutationem Angelicam repetit, etsi Angelus eadem verba recitando, salutauerit eam tantum non etiam orauerit. Eadè quippè actio ex diuersa intentione, & fine, diuersum fortitur nomen ac naturam, iuxta illud axioma philosophorum. *Actus accipit speciem ab obiecto*. Petrus confitetur Christum filium Dei, & laudatur. Dæmones confitentur & dicunt. Scimus quia tu es filius Dei. & iubentur tacere. Atque hæc contra primam obiectionem. Ad secundam responde, quòd non vsurpamus munus alienum: neque enim vsquam legitur soli Angelo hanc salutationem Deum iniunxisse. Fingit id ex suo cerebro Caluinus, vt alia innumera quæ petulanter affirmat, & nunquam probat. Contra verò S. Athanasius scribit, *omnes celestis hierarchie spiritus splèdidissimum hunc, & capacissimum hymnum* (sic enim loquitur de hac salutatione) *incessanter in celo canere, & B. Virginem celebrare*. A Deo soli Gabriel hoc iniunctum fuisse, falsum credidit. Deinde vt alienum munus non vsurpat, sed pias aliorum voces rectè imitatur, qui illud angeli Raphaëlis quod Tobia dixerat, vsurparet. *Gaudium tibi sit semper, pax tibi, &c.* aut illud Angelorum Christo nato cænantium, *Gloria in excelsis Deo*: sic in Euangelica hac salutatione repetenda non alienum munus vsurpamus, sed Angelicas voces rectè imitamur: quòd & omnes fideles ac terrestres Hierarchias in B. Virgine collaudanda ad imitationem cælestium Hierarchiarum facere S. Athanasius loco iam citato copiosè docet.

A D 3. responde nos absentem Beatam Virginem non

non salutare nec inuocare, sed prorsus nobis, & nostris precibus præsentissimam. Nisi fortè Paulus Corinthiis prærens non erat, quura diceret. *Ego quidem absens corpore, prærens autem spiritu iam iudicauit, vt prærens, eum qui hoc operatus est, & ceter. trahere satana*: aut Elizabethus mentitus est quum diceret Giezi suo, *Nonne cor meum in præseni erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum iui*: aut falsum narrat Scriptura, quæ refert eundem Elizeum, indicasse Regi Israel omnia verba quæcunque loquutus erat Rex Syria in conclaui suo? Quòd si viuentium Sanctorum spiritus absentes nobis non sunt, sed Deo reuelante longè distita norunt, quanto magis Sanctorum in celo regnantium, & Deum videntium (quod ipse Caluinus non negat) actiones nostras vel Deo reuelante, vel quia in Deo omnia vident, sequentes *Agnum quocunque ierit* (vt * Sancti Patres docent) actiones nostras cognoscunt, & preces exaudiunt: Sed profanus Caluinus ac si Christianus non esset, sed gentilis aliquis, sic Sanctorum spiritus (quos mortuos vocare solet) nihil cum piis viuentibus commercij habere, sed quasi somno sopitos omnia ignorare existimat. Aliter Ecclesia credit, aliter Sancti patres docuerunt, aliter Scriptura ostendit. Si enim animæ Sanctorum, *æquales sunt Angelis Dei*, vt Christus affirmauit, & Angeli nostra cognoscunt (alioqui sua circa nos ministeria exercere non possent) manifestum est & Sanctos nostra cognoscere, nobisque spiritu præsentem esse.

A D 4. responde quòd illa frequens repetitio huius salutationis Angelicæ, & quidem ad certum, & præscriptum numerum, nihil est aliud quàm orationis sanctæ continuatio sancta. Christus eandem orationem ter. in hortu repetit, passioni proximus. Multo magis eadè in precationem centies nos repetere decet. D. Hieronymus in Epistola ad Furiam: *de scripturis*, inquit, *sanctis habeto fixum versuum numerum: Istud pensum Domino tuo redde*. Sic nos Catholici rosarij pensum Deo & Beata Virgini exoluimus. Nec est multiloquium, vbi est multa deuotio. Vnde Augustinus. *Abstis ab oratione multa locutio, sed non desit multa*

Matth. 16.
Luc. 4.

In Euangelium
de Sanctiss.
Deipara.

Tob. 5. & 12.

Luc. 1.

Reg. 6.

Apoca. 1. 7.
* Greg. Mo.
ra. li. 12. c. 13.
Hier. contra
Vigilantium.

Matth. 12.

Ad. 4.

Luc. 21.

Epist. tom. 1.

Epist. 121.
ad Probam
viduam.

multa precatio, si feruens perseverat intentio. Multum loqui est in orando rem necessariam superfluis verbis agere. Hæc ille. Aliud igitur est multum loqui, aliud multum precari. Illud Christus in Phariseis taxavit. Hoc Christus à nobis exposcit, dicens, oportere semper orare, & non deficere. De hac eiusdem orationis repetitione vide insignem disputationem in Lactantio. His ergo paucis vanæ hæreticorum cavillationes contra Angelicæ huius salutationis repetitionem à Catholicis vstratam, satis refutatæ iacent. Quod si verò etiam ad piam hanc, & laudabilem consuetudinem commendandam aliquid adiciere liceat, explicari populo potest, hanc salutationem esse maximè propriè Euangelium, id est, faustum foelixque redemptionis nostræ nuntium. Ideò enim tam magnificè ab Angelo salutatur Beata Virgo, quia futura erat mater redemptoris nostri. Hanc igitur salutationem repetit libenter, & in ore frequenter habet fidelis populus, siue in gratam recordationem incarnati filij Dei, siue in laudem benedictæ Matris eius. Si Iudæi quotidie in suis synagogis nomen Christianorum anathematizant, ut refert Beatus Hieronymus, ad cordis sui malitiam explendâ: quanto rectius Christiani quotidie exordium hoc sui Christianismi piè recolunt, ad cordis sui dilectionem erga Christum, & matrem eius, exprimendam: In hoc enim rosario præcipua redemptionis nostræ mysteria recolimus: videlicet, B. Virginis gaudia quinque, Conceptionis in utero, Visitationis cognatæ Elisabeth, Partus, Adorationis Magorum, confessionis Simeonis & Annæ in templo: dolores quoque quinque, pueri circumcisi, fugæ in Ægyptum, pueri in templo amissi, Christi in cruce pendentis, eiusdem à cruce depositi, & sepulti: ac demum quinque glorias, Christi filij sui resurgentis, in cælum ascendentis, Spiritum Sanctum in eam cum Apostolis è cælo mittentis, suæ in cælum Assumptionis, atque ibidem gloriosæ coronationis. Hæc enim omnia ad Christum ipsum eiusque in genus humanum beneficia vel proximè, & immediatè, vel certè consequenter pertinent: quia quæ ad matrem eius propriè spectant à filio

Luc. 18.

Lib. 4. c. 28.

Salutationis
Angelicæ v-
sus salutaris.

In comment.
ad Esai. c. 5.

à filio aliena esse non possunt. Communia haud dubiè sunt filij & matris gaudia, dolores quoque communes, & gloriæ. Si enim Christus in quolibet suo membro vel patitur iuxta illud, *saule quid me persequeris*: vel laetatur, & beneficium accipit, iuxta illud: *Quod uni ex his minimis fecistis mihi fecistis*, quanto magis in matre, & tali matre, vel dolente, vel gaudente, vel honore, & gloria sublimata, Christus ipse doluit, gauisus est, & gloriam accipit: Christum ergo colimus, & Christi beneficia recolimus, dum in Rosarij vsu B. Virginis vel gaudia, vel dolores, vel etiam honores in vna salutatione angelica meditamur, meditando commemoramus, commemorando celebramus.

Act. 9.
Matth. 25.

Gratia plena.

Locvs necessarius, hanc beatissimæ virginis iustam & excellentem laudabilem adeoque singularem prerogatiuam, ore Angelico pronunciatam, ab hæreticorum hodie corruptelis vindicandi, simulque populum docendi cur merito hanc B. Virginem Ecclesia sanctorum præ cæteris colit, admiratur, inuocat. Hæretici enim pro his verbis, *Gratia plena, seu pulchra*, iuxta primam Erasmi corruptionem, quam noster Læus grauitè, & doctè refutauit, modò, *liberè dilecta*: Illi quidem quasi vulgaris hæc esset saluatio qua homines vti solent, *Salve pulchra puella*. Ait enim profanus Erasmus amatoriam quandam, & nescio quid procorum præ se ferentem hanc Angeli salutationem fuisse. Isti verò quasi electa aliqua vna de multis B. Virgo ab Angelo vocaretur. Docendus igitur populus Græcum illud verbum, quo B. Lucas Angeli verba Hebraicè, vel Syriacè potius dicta expressit, propriè & verè id significare quod Latina versio habet, *Gratia plena*, ipsumque Angelum his verbis singularem, propriam & excellentè quandam huius virginis prerogatiuam his verbis significasse. Verbum nêpè *χαρις*, à quo deriuatur illud, *χαριτωδὴν*, propriè significat non solum gratifico, sed gratia im-

Edouardus
Læus contra
Annotat.
Eras. Anno.
31. in Lucâ.

plco,

plco, vt in Græco Lexico illud verbū exponi, & verti notauit Edouardus Læus, etsi Basileensa, & Geneuesia Lexica postea impressa Erasmi corruptelam sequantur. Quare S. Chrysostomus huius verbi χαριτω vim esse longe maiorem quam verbi χαρισμου, quod propriè gratifico significat, luculenter docet, exponens, & tractans illud Pauli, *in his ἐχαριστων η̄μῖς ἐν τῷ ἀγαπῶμένῳ. In qua gratificauit nos in dilecto filio suo.* Sic enim exponit illa Pauli verba *αὐτῶν ἐχαριστῶν, εὐλ' ἐχαριστων ἡμῶν. Nos dixit qua gratificauit (& si nos ter interpretres minus perfecte sic illud verterit) sed qua gratiosos nos fecit, vel qua gratia nos repleuit.* Sic enim ibi profertur. *Quomodo enim si quis scabiosum quendam peste, morbo, senio, paupertate pariter ac fame corruptum natus, formosum mox adolescentem reddat, qui quosuis venustate superet, vehementer splendorem ex genis emittat, ipsiq; fulgura oculorum repercussionibus obscuret, quem deinde, & in ipsum etatis florem constituat, ut que insuper & purpura & omni genero mundo vestiat atque diademate exornet, non aliter animam nostram Deus elaboratam, & pulchram & desiderabilem ac dilectam reddidit. Nec solum peccatis liberat (vt hæretici verbum gratificare reddunt) sed, & dilectos amicos efficit. Nam & Angeli, & Archangeli, & omnes sancti ad huiusmodi animam introspicere desiderant. Ita videlicet nos, & gratiosissimos fecit (ἐπιχαριστῶν) & sibi ipsi desiderabiles. Concupiscit enim, inquit, Rex speciem tuam. Hæc ille, moxque in particulari ostendens quanta gratia pleni sunt fideles, vocat verba illa fidelium, quibus diabolo renunciant, cælestia admittantur, & laudant, ἡμεῶν χαριστων ἡμῶν: verba gratiosa seu gratia plena. Nouerat videlicet eloquentissimus hic doctor Græcus magnum discrimen verbi, χαριτω, vnde χαριστων ἡμῶν, à verbo χαρισμου, cuius vulgaris est apud Paulum vsus, sed verbi χαριτω non nisi hoc loco. Theophylactus quoque docet verbū istud χαριστων ἡμῶν per illud quod Angelus subiecit, Inuenisti gratiam apud Deum, exponi. Τὸτο γὰρ ἐστὶ τὸ χαριστων ἡμῶν τὸ ἡμεῶν χάριον παρὰ τῷ θεῷ τῶν ἁγίων ἁμαρτωλῶν θεῷ. Illud nempe (ait) gratiosam factam esse, idem est quod inuenire gratiam apud Deum, hoc est, placere Deo. Hæc ille. Verbum ergo illud nec pulchrâ, nec liberè dilectam, sed*

Ephes. 1.
Homil. 1. ad Ephes.

In comment. ad Luc. c. 1.

sed gratiosam, seu gratia plenam, seu desiderabilem valde, & placentem Deo significat, iuxta ipsos Græcos Patres: quos Græci verbi vim maximè tenuisse dubitari non potest. Sed & se præterea vtrūque verbum illud χαριτω non plus significare quam simpliciter gratifico, (quod tamen ex disputatione Chrysostomi falsum esse luculenter probatum est) tamen in hoc participio positam abundantiam, & plenitudinem sui verbi vnde deriuatur, perpetuò notat. Sic Christus apud Paulum vocatur *ὁ ἀγαπῶν ἡμῶν* dilectissimus patri. Et ad quos scribit *ἀδελφούς ἡγαπημένους*, fratres dilectissimos. Sic apud Lucam Lazarus vocatur, *ἐπιχριστῶν* à verbo *χριστω*: vlcibus plenus. Denique Homerus verbum nostrum *ἐχαριστων*, pro vnice dilecto usurpat? *ἐμῷ ἐχαριστων ἡμῶν*: animo meo dilectissime. Quare Latini Patres omnes vocis proprietatem secuti, non nisi Gratia plena, semper legerunt. Certè Diuus Hieronymus Origenis interpres, ponens in textu, *ἐχαριστων*, Cur B. Virgo vertit, Gratia plena. Denique diligenter exponunt gratia plena. Cur præ ceteris omnibus Sactis hæc sola B. virgo gratia plena ab Angelo pronuncietur. Bene sola gratia plena, dicitur (ait B. Ambrosius, que sola gratiam quam nulla alia meruerat consecuta est, vt gratie repletur auctore. Sic, & S. Hieronymus. s. Maria (inquit) que conceperat eū in quo omnis diuinitatis plenitudo habitat corporaliter. plena gratia saluatur. Nec aliter vtroq; antiquior, & Græcus pater Athanasius. *spiritus s. (inquit) in virginem descendit cum omnibus suis essentialibus virtutibus, ideoque gratia plena cognominata est, quia omnibus gratiis abundabat, Eundem quoque sensum tradit S. Augustinus. Quum enim de B. Virgine dixisset, O vere gratia plena, Quis hæc gratiam explicet. Quis huic gratie gratias agendo sufficiat? Paulò post subiungit. Caro fit verbum, sed caro accedit ad verbum, non penit in carne verbum, O gratia vt hoc haberemus quid digni eramus. Intelligit ideo plenam gratia B. virginem, quia gratia fontem, redemptorè nostrum, in vtero tulit. Hos omnes sequutus Anselmus sic scribit, Nos de plenitudine filij Dei accepimus. Hæc virgo ipsam plenitudinem accepit, concepit, peperit. riosiss. virgini. Vocatur ergo ab Angelo singulariter, & specialiter*

Ephes. 1.
coloss. 3.
1. Thess. 1.
2. Thess. 2.
Luc. 16.

In epistol. ad Principiam tom. 3.

In Euangelium de Sanctissima Dei para.

Hom. 44. ex homil. 50.

In lib. de excellentia gloriæ cellentia gloriæ. riosiss. virgini.

plena gratia, quia (vt postea addit) eam gratiam apud Deum inuenit vt conciperet, & pareret in uero filium Altissimi, superueniente in eam spiritu s. Quæ quum ita sint, moneendus diligenter populus quam sceleratè hæc Angeli verba peruerterit & corruperint hæretici, non solum ad B. Virginis, sed etiam ad Christi redemptoris iniuriam: vt potè cuius conceptio, & partus futurus in illis manifestatur.

I A M verò nec ex hac interpretatione in fauorem hæreticorum colligi posse videatur B. Virginè conceptione hac & partu filij Dei consummatis, non amplius existimari debere, vel à nobis vocari, & salutari, *Gratia plenam*, quia huius plenitudinis causa citò transit, nato semel Christo, obseruandum, & illud est, B. Virginem tum ante hanc Angeli vocè, tum post Christi partum, alio quoque, & singulari respectu plenam gratia fuisse, & semper perstitisse. Hæc enim Angeli verba *Gratia plena*, non solum prænucciantis sunt, quid in ea mox futurum erat, vt iam explicatum est, sed etiam affirmantis quid iam ipsa esset: omnibus nempe gratiæ donis atque virtutibus plena. Vnde Augustinus. *Dignu erat vt regali omnianda partu, prius celestis regis sanctificaretur ingressu.* Sic ex singulari plenitudine gratiæ ià antequam Angelus loqueretur, Deo se dicauerat virginem. Quod his verbis idem docet Aug. *Ipsa eius uirginitas grauior, & acceptior Deo erat, quia non eam conceptus Christus viro violaturo quam conseruaret ipse præcipuit, sed priusquam conciperetur, iam Deo dicatam de qua nascetur elegit.* Quæ postrema verba notanda sunt. Docent enim B. Virginem non ideò solum plenam, & Deo gratam fuisse, quia illam gratiam seu fauorem inuenit apud Deum, vt Dei mater esset, (quod solum volunt hæretici) sed præterea antea Deo gratâ, Deo dicatam illâ fuisse, ideòque, vt talem à Deo electam, vt filij mater esset. *Inuenerat enim gratiam apud Deum, id est tam grata Deo inuenta est, tam bene placens, tam pura & sancta virgo, vt apta & idonea esset (non sanè ex se, sed ex Dei gratia specialia, vt cæteri iusti, & sancti omnes) quæ filium altissimi conciperet & pareret.* In hoc sensu scripsit S. Bernardus. *Verbum Dei ante factus est Magister uirgi-*

nis quam filius, & qui Angelum miserat ad Virginem, ab Angelo inuentus est esse cum virgine. Et certè summa ratio non aliter fieri debuisset ostendit. Quum enim datur gratia iuxta finem ad quem ordinatur, sicuti unicuique membro ea vis, & facultas quæ vsui eius in corpore & fini competit) debuit supra reliquos sanctos omnes esse plena gratia. Multo enim excellentius, multoque maiorem pietatem & puritatem exigit, esse matrem filij Dei nõ fide aut caritate tantum, sed & natura, quàm sola fide & caritate, vt cæteri boni fideles aliquo modo sunt. Fuit ergo hæc B. Virgo etiam ante Angeli salutationem *Gratia plena*: eamque vt talem iam existentem Angelus ita nuncupauit. Enimuerò multo magis post Christi partum plena gratia permanst. Quum enim vnumquodque quo magis appropinquat principio & radici alicuius causæ, eo magis participat effectum causæ, vt aqua fonti proxima, palmes radici vicinior, calidum igni propinquius, Christus autem seu filius Dei incarnatus sit principium omnis gratiæ instrumentale, & fons, vnde, *De plenitudine eius accepimus omnes*, dubitari non debet, quin B. Virgo quæ propinquissima fuit Christo secundum humanam naturam, vt potè quæ ex uisceribus suis eum genuit, eum inquam Deum & hominem, gratiæ Christi (post partum eius) magis particeps fuerit, quàm quisquam alius. Maxime quia nõ solum carne peperit, sed fide etiam, vt nemo magis Christum tenuit. Fide enim dixit. *Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum uerbum tuum.* Propter fidem dixit ei Elizabeth: *Beata es quæ credidisti.* Propter fidem, conseruabat omnia uerba de Christo conferens in corde suo. Propter fidem in filium Dei sola ferè ex Christi discipulis cum dilecto Ioanne, *Assuit Christo in cruce pendenti.* Denique propter fidem eius in illam cum cæteris Apostolis descendit Spiritus Sæctus in die Pentecostes. Quare de hac perpetuitate gratiæ in B. Virgine sic Athanasius. *Neque hoc temporarium fuit, sed per omnia tempora hoc illi datum est, vt in æternum sit plena gratia.* Vnde ab Angelorum omnium in cælo agminibus, hoc titulo B. Virginem prædicari & collaudari,

s. Tho. 3. p. q. 27. art. 4.

Gratia plena post partum.

s. Thom. 3. p. q. 27. arti. 5.

Ioan. 1.

Luc. 1. & 2.

Ioan. 19.

Act. 1.

In Euang. de Sanctiss. Deipara.

Luc. 1.

Gratia plena etiam ante uerba Angeli.

Serm. 9. de tempore.

De sancta uirginit. c. 4.

Hom. 3. super Missus est.

ibidem scribit, & in fine Orationis his eam verbis inuocat. *Retribue nobis pro exiguis istis eloquijs magna dona ex diuinit' gratiarum tuarum, tu quæ gratia plena es. Manet ergo beatissima virgo etiam hodie, & in ætænum gratia plena, quia magnis gratiarum diuitiis abundat, quibus deuotos illi fideles perpetuò iuuat. Quæ de re & speciali huius beatissimæ Virginis inuocatione & gloria, in festo Assumptionis huius plura dicemus.*

Quomodo fiet mihi istud, quoniam virum non cognosco.

De voto virginitatis.

De sancta Virginitate, cap. 4.

L O C V S appositus ostendendi contra carnales & petulcos nostri temporis hæreticos, in ipsa persona beatiss. virginis Matris Dei, verum virginitatis votum, quod illi omnibus modis subsanant & explodunt. Sic enim hæc huius Euangelij verba explicat S. Augustinus. *Virginitatem Mariæ Deo dicatam indicant verba quæ sibi factum annuncianti Angelo Maria reddidit. Quomodo, (inquit,) fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quod profecò non diceret, nisi Deo Virginem se ante rouisset. Sed quia hoc Israelitarum mores adhuc recusabant, desponsata est viro iusto, non violenter ablaturo, sed potius cõtra violentos custodituro quod illa iam voverat. Quamquam etiam si hoc solum dixisset: Quomodo fiet istud, nec addidisset, quoniam virum non cognosco, non quæssisset utique promissum sibi filium, quo modo femina partura esset, si concubitura nupsisset. Nempè siue desponsata, siue non desponsata fuisset, postea & desponsari, & viro copulari atque sic parere potuisset. Nunc autem quia desponsata quidem erat, virum tamen non cognitura (alioqui si de præsentis, aut de præterito tantum intelligeret, quum virum non cognosco, diceret, ineptè & nihil ad rem respondisset) miratur & quærit, non dubitans de facto, sed facti modum scire cupiens, Quomodo fiet mihi istud? Mox quæ S. Augustinus ostendens hanc B. Virginem sua sponte, & absq; vlla expectatione futuri partus filij Dei, virginitatem suam Deo consecrasse, & hoc multo excellentiùs in ea fuisse, quàm si vel iubente Deo post partum filij Dei virgo maneret, vel*

ret, vel accepta talis partus, seu promissione, seu donatione, sic virginitatem suam per modum mercedis, vel ante partum, vel post Deo consecraret, in hunc modum verbis prioribus subiungit. *Poterat & iuberi virgo permanere, in qua Dei filius formam serui congruè miraculo acciperet, sed exemplo sanctis futura virginibus, ne putaretur sola virgo esse debuisset, quæ prolem etiam sine concubitu concipere meruisset, virginitatem Deo dicauit, quum adhuc quid esset conceptura nesciret, ut in terreno mortaliq; corpore celestis vitæ imitatio, voto fieret non præcepto, amore eligendi, non necessitate seruandi. Ita Christus nascendo de virgine, quæ antequam fieret quis de illa fuerat nasciturus, virgo staterat permanere, virginitatem sanctam approbare maluit, quam impetrare. Hæc Augustinus. Docet ex Euangelij verbis necessariò consequi B. Virginem suam Deo virginitatem vouisse. Docet hoc votum virginitatis magis congruum & conueniens fuisse, quàm præceptum. 3 Docet denique Christum hoc eius votum singulariter approbasse. Hic ergo locus contra petulantes hæreticos vehementer virgeri debet, tum ad propriam & insignem huius B. Virginis gloriam defendendam, quòd prima mortalium suam Deo virginitatem voto consecrasse legatur, tum ad ipsum virginitatis votum iuxta Catholicam doctrinam defendendum.*

E S T apud Apostolum alius evidens & illustris pro viduitatis voto locus quod nõ secus quàm virginitatis impugnant hæretici: Quo tamen posito, tanto fortiùs hoc sequitur, quo difficiliùs est viduam manere quàm virginem, iuxta illud Ambrosij: *Quodammodo Magisterium virginitatis viduarum valescit exē-* In lib. de viduis. *denita. Quum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Hoc in loco primam eadem, propter quam violatam, damnationem incurri Apostolus dicit, viduitatis & cælibatus votum intelligitur. Sic Sancti Patres adeoque patrum Concilia hæc verba semper intellexerunt: nec aliter intelligi posse verba ipsa aperte ostendunt. Damnationis enim causam in eo ponit Apostolus, quòd primam fidem irritam fecerunt quædam viduæ. Hanc autem primam fidem in eo irritam ostendit,*

1. Tim. 5.

Votum viduitatis ex Apostolo probatur.

ostendit, quod nubere volunt. Sic enim vnū per aliū exponit. Non enim viduis nubere velle damnabile est, nisi hoc faciendi primam fidem, id est, promissionem priorem de non nubendo factam irritam fecissent. Quæ enim viduæ promiserunt (ait Epiphanius) vidualem continentiam & reprobaerunt, damnationem habent : quæ verò non promiserunt, sed coniunctæ sunt in secundis nuptiis propter debilitatem damnationem non habent. Sic Tertullianus. *Habentes iudicium quod primam fidem resciderunt, illam videlicet à qua in viduitate inuenta & professæ eam, non perseuerant, id est, in eo quod primo voverant non steterunt.* Apertissimè verò S. Augustinus. *Habentes damnationem quia primam fidem irritam fecerunt.* Et alio in loco. *Quæ (inquit) rectè vouerunt quum homines vouerint, nulla ratione rüpenda sunt, quæ sine vlla cõditione vouerunt. Quia & hoc Dominum præcepisse intelligendum est, vbi legitur: Vouete & reddite. Vnde Apostolus de quibusdam qua continentiam vouerunt, postea nubere volunt, quod eis antequam vouissent, ritique licebat, habentes inquit damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Hæc ille. In eandem sententiam hæc Apostoli verba tractat Sanctus Basilius. *Quum enim ostendisset virgines quæ post professionem & vôtum emissum ad coniugij vmbra(m) (sic enim vocat) se recipiunt, in scelerato adulterio vitam agere, ad id probandum hunc textum adfert, dicens: Nec sanè incongruè his quæ sunt eiusmodi illud Apostolicum aptari potest. Quoniam quum fornicatæ à Christo fuerint, nubere volentes habent damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, non coniugium, sed adulterium malè consummantes.* Eodem modo & Sanctus Chryostomus optimus Diui Pauli interpres, hæc verba exponit: *idem pactum dicit Apostolus. Cõtra veritatem mentis sunt, christu irritauerunt & pacta iniurè violauerunt.* Huc ad verbum cæteri post eum Græci Patres in suis ad hunc Pauli locum commentariis sequuntur. Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus. Diuus quoque Hieronymus contra Iouinianum & in Epistola ad Gerontiam. Sed & in plenis Conciliis eadem Pauli interpretatio traditur. Sic enim Patres Carthaginenses, inter

ses, inter quos erat ipse Augustinus expressè docuerunt. *Si quæ viduæ quantumlibet adhuc in minoribus annis posite, & matura etate à viro relicte se deuouerunt Domino, & veste laicali abiecta, sub testimonio Episcopi & Ecclesie religioso habitu apparuerunt, postea verò ad nuptias seculares transferunt, secundum Apostolum damnationem habebunt, quoniam fidem castitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere ausæ sunt.* Hæc illi Patres. Idem de viduis castitatem professam violantibus pronunciat Cõcilium Arausicanum primum ante annos plus mille. Patres quoque Concilij Toletani decimi idem decernunt. At verò hunc Apostoli locum Innocentius primus Rom. Pont. D. Augustino contemporaneus, etiam ad vôtum virginale rectissimè applicat. *Si Apostolus (inquit) quæ à proposito viduitatis decesserant, dixit eas habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, quãto magis virgines quæ pactiois suæ fidem minimè seruaerunt.* Hæc ille. Idem in constitutionibus Apostolicis à D. Clemente editis legere licet. Manet ergo firma doctrina Apostolica Euangelio huic nostro conformis de voto seu virginitalis à B. Virgine ante Angelii salutationem emisso, seu etiam viduitatis. Quæ autem contra hunc Apostoli locum, tam clarum, tam illustrem, tot Patrum testimoniis illustratum, cauillantur tamen incredibili impudentia hæretici, alio in loco à nobis excussa & refutata sunt. Quicquid autem contra huius Euangelij locum blaterant, sola S. Augustini expositio à nobis prolixè recitata satis superque, si diligenter prematur refutauerit.

Concil. Carth. 4.
 Can. 104.
 Can. 27.
 Cap. 4.
 Epist. 2. c. 13.
 Const. Apost. lib. 3. cap. 1.
 De princip. fidei doctrin. lib. 11. ca. 11.

Hæc. 48.
 In li. de Monogamia.
 De S. virg. cap. 33.
 De adulter. coniug. s. l. 1. cap. 24.
 In li. de vera virgin.
 Hom. 25. in 1. ad Tim.
 Lib. 1.

FERIA SECVNDA
 Paschæ.

Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam?

Luc. 24.



Operis conueniens ostendendi contra hereticos, nō per solam fidem, sed etiam per patientiam tribulationum & tentationum aliaq; opera pœnalia, ieiunium, orationes, vigiliis,

Opera pœnalia ad salutem necessaria.

vigilias intrare nos oportere regnum Dei. Oportuit Christum filium Dei naturalem: quanto magis oportet filios adoptiuos? Non solum congruum est, sed oportet sic fieri. Hæretici hodie opera tantum Eucharistica, seu per modum gratiarum actionis à bonis filiis Deo exhibita docent. At vide quid Apostoli doceant. *Paulus, & Barnabas conuincant animas discipulorum exhortantes, ut permanerent in fide, & quoniam (nota vtrumque) per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Christi. Idem disertè Christus nos docuit. Si in viridi ligno facta hæc sunt, in arido quid fiet? Si in eo qui peccatum non habuit, sed à primo conceptionis instanti floruit omni virtute plerumque gratia, quanto magis in nobis qui semper ferè peccamus, aridi, & vacui gratia? Sic iterum Paulus docet. Hoc semite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, &c. humiliavit semetipsum vsque ad mortem crucis, propter quod & Deus exaltavit illum, & donauit illi nomen, &c. Hoc est quod in Euangelio hic dicitur. Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Docet autem Paulus idem de nobis ipsi esse sentiendum. Sic, & Petrus. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Rursus non solum à minore ad maius, & ratione exempli, sed planè ex parte finis, id est, beatitudinis aternæ, debemus pati, ut Christus passus est, ut sic intremus in gloriam nostram, sicut ille in suam intrauit. Vnde Paulus. Hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Nota conditionem iuri hæreditatis appositam. Hæredes sumus, non quia filij, sed quia boni filij: Quod vt melius intelligatur, Christi glorificatio secundum humanam naturam clarius poterit explicari. Est enim anima Christi fuit in instanti glorificata per vnionem Verbi, vt secundum principium meriti statim perfectus esset, tamen corpus non fuit simul glorificatum: sed passibile relictum: nec animæ gloria in corpus redundare permessa est: quia quum instrumentum tantum*

tantum esset meriti, corpus debuit per modum meriti beatificari, non per simplicem vnionem Verbi. Multo magis homo, & anima & corpore beatificari debuit, non per simplicem adoptionem, & vnionem mysticam per fidem in Christum, (vt hæretici volunt) sed per modum meriti, & cooperationis, compatiendo, vt glorificetur. Dicit hæreticus. Quomodo ergo Christi passio fuit propinatio totius mundi? Resp. Hoc modo quem Paulus explicat. Christus per passionem confirmatus factus est causa salutis omnibus obtemperantibus sibi. Si autem obtemperare volumus, faciendum quod iubet, dicens, Qui vult venire post me, (scilicet in gloriam meam) tolui crucem suam quotidie & sequatur me. Nimirum Christi obedientia, mors, &c. est causa meritoria cur nostræ passiones vitam aternam mereantur: quæ alioqui nisi in Christo fierent, vtcumque mille susceptæ ad vitam aternam nihil prodesse. Hoc est enim (vt Paulus scribit) sacramentum voluntatis Dei, quod secundum beneplacitum suum proposuerit omnia instaurare in Christo, id est: quemadmodum per filium Dei facta sunt omnia, & sine ipso factum est nihil, sed quicquid factum est in ipso vita erat, id est, per filium Dei vinebat, & esse suum accipiebat, sic omnino per idem Dei Verbum incarnatum omnia reficere, & instaurare Deus voluit. Nostræ igitur passiones, tribulationes, bona opera, vel pro Christo vel in Christo, & in fide eius suscepta iam Deo ad meritum placent, quia eius membra sumus, & per eius gratiam nobis communicatâ ea facimus, in quo Deo patri complacuit, per quem omnia instaurauit, & reconciliavit. Christus igitur passus est, multaque patientiæ documenta, & iustitiæ opera fecit, non vt nos nihil pateremur: non vt eius passio nobis nihil patientibus (quando patienti facultas, & occasio datur) sed solum credentibus, & fiduciam habentibus imputaretur, sed vt nostræ quoque in hac vita passiones, afflictiones, tribulationes, omniâque pietatis, & iustitiæ opera à nobis suscepta Deo per Christum prius patientem, & sua patientia nobis hanc gratiam promerentem, placerent: Deo grata, & accepta essent: atque ita accepta, vt per illa intrarem

Act. 14.

Luc. 23.

Philipp. 2.

1. Petr. 2.

Rom. 8.

B. Tho. 3. p. 9 49. art. 6.

Hebr. 2.

Passionis Christi fructus.

Luc. 9.

Ephes. 1.

Ioan. 1.

Matth. 3.

Ephes. 1.

Coloss. 1.

in gloriam nostram, gloriam, quam Deus preparavit diligentibus se, sicuti per similia Christus intrauit in gloriam suam.

1. Cor. 2.

Et factum est dum recumberet, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis: & aperti sunt oculi eorum.

De communione sub vna specie.

Locvs conueniens ostendendi contra importunos horum temporum hæreticos sacram communionē sub vna panis specie, porrigi posse, exemplo Christi hoc in loco. Quem enim in manus acceptum panem, benedictum ac fractum, duobus istis discipulis porrigebat Christus, non nisi ipsam Sacramentum corporis sui fuisse, perpicue ostendi potest. Primum quia easdem hic ceremonias adhibuit, quas in vltima cœna quum corpus suum se ipsis tradere profitebatur, quâsq; in multiplicatione s. panum adhibuit paulo ante doctrinam de futura carnis suę manducatione, sicuti in alia Dominica latè explicauimus. Idem enim agendi modus eundem actionis effectum, maximè in Christo, qui nihil temerè fecisse iudicandum est, satis ostendit. Deinde quia in huius sic porrecti panis actione, aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum in fractione panis. Talis enim, & tam admirabilis effectus ex vulgari pane consequi non potuit. Et notandum quòd isti discipuli postea suis retulerunt, se cognouisse Dominum in fractione panis. His enim verbis non nisi ipsum Sacramentum Lucas exprimere voluit, sicuti idem Auctor in Actis perpetuò loquitur, quoties de huius Sacramenti vsu verba facit. Erant perseverantes in doctrina Apostolorum & communicatione fractionis panis, & orationibus. Et iterum alio in loco. Vna sabbatorum cum conuenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis, &c. Postremò Sancti Patres sic hoc Christi factum intellexerunt, ne à nobis confictum hunc sensum hæretici cauillentur. Diuus Chrysostomus

Luc. 24.

Act. 2.

Act. 20.

mus in opere imperfecto super Matthæum ita scribit, Quod sacerdos de manu sua dat, non solum sanctificatum est, sed etiam sanctificatio est: quoniam hoc non solum datur quod videtur, sed etiam illud quod intelligitur. De sanctificato ergo pane licet, & animalibus iactare, & infidelibus dare, quia non sanctificat accipientem. Si autem tale esset quod de manu sacerdotis accipitur, quale est quod in mensa manducatur, omnes de mensa manducarent, & nemo de manu sacerdotis acciperet. Vnde, & Dominus in via non solum benedixit panem, sed de manu sua dedit cleophe, & socio eius. Quod autem de manu porrigitur, nec animalibus dandum est, nec infidelibus porrigendum, quia non solum sanctificatum, sed etiam sanctificatio est, & sanctificat accipientem. Hæc ille satis luculenter docens panem quem Christus hic porrexit, fuisse ipsam Sanctificationem, id est, venerabile corpus eius quod sanctificat accipientem. Hunc sequitur more suo Theophylactus, dum hanc historiam in commentariis suis exponit. Ait enim. Significat etiam hic, & aliud, videlicet quod accipientibus benedictum panem aperientur oculi, ut cognoscant Christum. Magnam enim, & ineffabilem vim habet Domini caro. Probat nempe ex effectu apertionis oculorum eorum non vulgarem, sed Eucharisticum hunc panem fuisse quem Christus porrigebat istis duobus in via. Ex eodem quoque argumento idem probat, & ostendit Sanctus Augustinus. Oculis, inquit, eorum acciderat aliquid, quod ita manere permissum est, usque ad fractionem panis, certi mysterij causa, ut eis in illo alia ostenderetur effigies, & sic eum non nisi in fractione panis agnoscerent. Pro merito quippe mentis eorum adhuc ignorantis quòd oportebat Christum mori & resurgere, simile aliquid eorum oculi passus sunt, &c. ne quisquam se Christum agnouisse arbitretur, si eius corporis particeps non esset, id est, Ecclesia, cuius unitatem in sacramento panis Apostolus commendat dicens: unus panis, & unum corpus multi sumus: ut quum eis benedictum panem porrigeret, aperirentur oculi eorum, & agnoscerent eum. Et paulo post. Non incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à Satana factum fuisse, ne agnosceretur Iesus. Sed tamen à Christo facta est permissio usque ad sacramentum panis, ut unitate corporis eius participata remoueri intelligatur impedimentum inimici, ut Christus

Hqm. 17.

In com. ad c. 24. Luc.

De consensu Euang. libr. 3. c. 29.

Epist. 19. g.
8.

Christus possit agnosci Rursum alio in loco, quasi de certissima, & indubitata, sic de hoc huius loci sensu scribit. *Quod ab illis duobus in fractione panis Christus est agnitus: sacramentum esse qua nos in agnitionem suam congregat, nullus debet ambigere.* Hæc ille. Nec aliter hunc locum venerabilis Beda Augustini sensum suo more sequutus, exponit. Quum igitur ex horum Patrum vnanimi sensu, & consensu, atque ex causis prædictis, satis liquidò constet, Christum hoc loco duobus illis discipulis Sacramentum corporis sui tradidisse, nullam autem alterius speciei mentionem hic à quoquam fieri, ideòque iuxta ipsam hæreticorū regulam credendum hoc non esse, quod Scripturam non dicit, manifestè consequitur illustre hoc exemplum esse communionis sub vna specie, nec Christi institutioni aut factis repugnare Ecclesiam Catholicam, quæ suis subditis vnicam speciem porrigit. Illud enim certè facit Ecclesia, quod in hoc Euangelio fecit Christus. Et quemadmodum quum Apostolis idem sacramentum traderet, quia eo tum tempore non sacramentum dabant tantum, sed & sacrificium novi testamenti instituit (vt clarè docet Irenæus) & illis hoc dabat, quos eodem temporis puncto huius Sacramenti ministros esse voluit, ideòque addidit, *Hoc facite, &c.* idcirco sub vtraque specie dedit, docens non aliter in sacrificio accipi posse: si cōtra hoc in loco quia discipulis nō Apostolis hoc dedit, sub vnicā specie dat, docens inferiori populo sub vnicā specie dari posse.

Lib. 4. c. 43.

FERIA TERTIA PASCHÆ.

Tunc aperuit illis sensum & intelligerent Scripturas

Luc. 24.

Scripturæ factæ ad intelligentium difficles.



OCVS necessarius admonendi populum fidelem contra superbam, & vulgarem omnium hæreticorum hodie præsumptionem, Scripturas sacras non esse librum cuius perspicuum, & obuium

uium atque intellectu facilem & apertum, vt illi sibi ac suis temerè persuadent, atque ita persuasi non expectato Ecclesiæ interpretantis iudicio, singuli audacter eas legunt, & pro suo quisque arbitrio, etiam mulierculæ ipsæ parum in bonis literis institutæ, eas exponunt: sed esse librum multis mysteriis, & difficultatibus plenum, quique absque multis, & magnis gratiæ, & naturæ adiumentis intelligi nequeat. Ecce enim Apostoli ipsi qui toto triennio Christi lateri adhæserant, ac specialiter de eius morte ac resurrectione eum prædicantem non semel audiuerant, Scripturas tamen in lege, Psalmis, & Prophetis eò pertinentes necdum intelligere poterant, donec Christus aperiret illis sensum, vt eas intelligerent, id est, non solum ipsas Scripturas aperiebat, & exponebat, sicuti paulo antè eodem die duobus discipulis euntibus in Emaus (*tunc enim interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ erant de ipso*) sed etiam Apostolorum ac discipulorum præsentium sensum seu mentem, & intelligentiam (*7. v. v. v.*) aperiebat vt Scripturas intelligerent. Vtitur enim Lucas verbo *vus non dixit*, & de sensu Apostolorum non de sensu Scripturarum à Christo adaptato hoc in loco loquitur. Opus est ergo ad Scripturas intelligendas non tantum multa, & longa seu lectione seu auditione earum (audiuerant enim Christum docentem Apostoli, & audiuerant in Synagogis suis textum Scripturarum legi, per annos satis multos) sed etiam diuina quadam sensus, & mentis apertione. Qua de re sic eleganter & sapienter S. Hieronymus. *Lex spiritualis est, & reuelatione opus habet, vt intelligatur ac reuelata facie Dei gloriæ contemplerur. Liber in Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur, quem si dederis homini scienti literas, vt legat, respondebit tibi, non possum. Signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse literas, & tenent signatū librum, nec aperire possunt nisi ille reserauerit qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Mox exemplum adfert Eunuchi in Actis, in quo non defuit aut studium, & diligentia, aut ardor & desiderium. Et tamen quum librum teneret, & verba Domini cogitatione conciperet, lingua volueret, labiis personaret, ignorabat eum*

Luc. 24.

Opus est aliquo qui aperiat sensum.

In Epistola ad Paulinū

Act. 8.

bat eum quem in libro nesciens venerabatur. Venit Philippus. Ostendit ei Iesum, qui clausus latebat in litera. Hæc Hieronymus. In legendis ergo Scripturis opus est aliquo qui aperiat nobis sensum, tum nostrum intrinsecus, tum ipsarum Scripturarum extrinsecus. Crassus & fœdus eorum error est, qui per se ipsos, suo studio, ingenio, labore, Scripturas sacras intelligere se posse præsumunt, vt vulgus hæreticorum. Liber est sacer & diuinus, non nisi diuino quodam Spiritu accepto, intelligi potest. Hic Dei Spiritus non nisi in Ecclesia vera, non nisi in corpore Christi habetur. Fit enim subministratio Spiritus in mēbra Christo capiti coniuncta, & inter se inuicem compacta, & vnita, vt supra in alio quodam festo explicuimus. Qui ergo intelligere Scripturas vult, & sensum sibi aperiri cupit, vt eas intelligat, ante omnia ad Iesum veniat, corpori eius mystico quod est Ecclesia se adiungat. Extra enim corpus suū caput non inuenitur. Nō sit infidelis, Paganus, Mahometista, hæreticus. Nulli horū quādiu tales sunt, & permanēt, sensum aperit Iesus. Nam & hic solis Apostolis aliisque discipulis iam dudū in Christum credētibz Christus post suam resurrectionem aperuit sensum, vt intelligerēt Scripturas. Ad illos solos venit, illos solos docuit, illis solis apparuit, nō ceteræ turba Iudæorū incredulæ. Illis ergo aperitur sensus, vt intelligant Scripturas, quibus iam Iesus per fidē familiaris factus est. Primus gradus ad sensum aperiendū qui Scripturas intelligat, est fides in Christū eaque orthodoxa Catholica. De Iudæis dicitur, *Quā transferunt ad dominū, auferetur velamē. De gentibus infidelibz dicitur. Ambulāt gentes in vanitate sensus sui, obscuratum habēt intellectum, &c.* De hæreticis dicitur. *Volentes esse legis doctores, non intelligunt neque de quibus affirmant.* Et rursum. *Elati, superbi, semper discentes, & nunquam ad veritatis agnitionem peruenientes.* Ad postremo. *Indocti, & instabiles deprauant Scripturas ad ipsorū perditionem.* Indocti sunt qui nesciunt regulam fidei. Instabiles qui in ea firmi fundati non sunt, sed circumferuntur omni vento doctrinæ. Hac de causa, vt sensus noster aperiat ad intelligendas Scripturas, fidem rectam esse ante omnia necessariam ipsa Scripturæ nos docent

In Festo 5.
Maithie.

Vt sensus aperiat, fide præuia orthodoxa opus est.

2. cor. 5.

Ephes. 4.

1. Tim. 3.

2. Tim. 3.

2. Petr. 3.

Ephes. 4.

docent Esaias dicit. *Nisi credideritis, non intelligetis.* Ex quibus verbis contra varios hæreticos, & infideles Sancti Patres argumentantur, vt Scripturarum in illis ignorantia causam ostendant. Contra Manichæos sic Augustinus. *Sed vos ista non intelligitis: quia sicut Propheta dixit. Nisi credideritis non intelligetis. Non enim estis eruditii in regno calorū, id est, in Ecclesia Christi vera Catholica.* Hæc ille: vbi obiter aliam Scripturā insinuat quæ docet fidem rectam ad intelligendas Scripturas necessariò præquiri: dicente Christo. *Omnis scriba in regno calorū similis est patrifamilias qui profert de thesauro suo vetera, & noua.* Non satis est enim quomodocumque doctum esse, sed in regno calorū, hoc est, in Ecclesia Catholica, vt Augustinus supra exposuit, in fide, & dogmatibus Catholicis bene versatum esse oportet, cuius à Deo sensus aperiat, vt Scripturas intelligat. Contra Iulianum Apostatam verba Esaiæ præallegata sic tractat Cyrillus Alexandrinus. *Subtilis (inquit) valde, & profundus hic sermo est, & errantium cogitationibus non comprehensibilis. Unde propheta Esaias inquit, Nisi credideritis, non intelligetis. Principium enim intelligentiæ, fides.* Hæc ille. Moxque idē probat ex illis Christi verbis. *Nolite sancta dare canibus, neque margaritas proicite ante porcos.* Quid enim sacrosanctis Scripturis sacrosanctius: Non has vel cani infideli & hæretico vel porco vitæ flagitiosæ reuelat Christus, neque huiusmodi hominum quamdiu tales sunt sensus aperit, vt eorum mysteria intelligant, nec vel contra propriam doctrinam facit. Contra Iudæos sic ex hoc loco disputat Cyprianus. *Nihil posse intelligere Iudæos de scripturis, nisi uersus Iudæos. Nisi crediderint in Christum, Esaias docet dicens, Nisi credideritis, non intelligetis.* Denique & Beatus Prosper sic ex hoc loco ratiocinatur. *Populus, inquit, credere debet, vt quæ doceatur intelligat: dicente Propheta. Nisi credideritis, non intelligetis. Unde datur intelligi quod non fides ex intellectu, sed ex fide intellectus existat, nec qui intelligit credat, sed qui credit intelligat.* Porrò idem quod Esaias, apertè etiam docuit Christus: quum murmurantibus Iudæis & verba Christi non intelligentibus,

Esai. 7:

Contra Faustum Manlii. 4. c. 2.

Matth. 13.

Contra Iulianum lib. 7.

Matth. 7.

Li. 1. c. 5. aduersus Iudæos.

De vita contemplatiua cap. 19.

gentibus, ad eoque dicentibus, *Durus est hic sermo, & quis possit eum audire?* subintulit causam murmuris & non intellecti sermonis, dicens, *Verba quæ loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt, id est, spiritualiter intelligenda sunt, ut vitam adferant. Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Ad quæ verba Augustinus. Non dixit, Sunt quidam ex vobis qui non intelligunt: sed causam dixit, quare non intelligunt. Sunt enim quidam ex vobis qui non credunt, & ideo non intelligunt, quia non credunt. Propheta enim dixit. Nisi credideritis, non intelligetis. Per fidem copulamur, per intellectum viuificamur. Prius hærecamus per fidem, ut sit quod viuificetur per intellectum. Hæc ille. Nempè ut alio in loco docuit: Fides debet precedere intellectum, ut intellectus sit fidei premium. Porrò hunc sanè fidei defectum causam esse cur hæretici Scripturas non intelligant: Apostolus quoque luculenter docuit. Si quis (inquit) aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ (id est Regula orthodoxæ fidei) superbus est, nihil sciens, sed languens circa pugnas & questiones verborum. At contra fidem rectam esse proprium & necessarium mediū ad Scripturas intelligendas satis idem Apostolus docuit. Quum enim Timotheo suo dixisset, *Ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, addidit statim, Per fidem quæ est in Christo Iesu.* Non enim possunt instruere ad salutem, nisi per fidem. Subseruiunt potius ad perditionem, ut Petrus supra citatus dixit, ubi est instabilitas in fide, vel ignorantia fidei. Frustra igitur, temerè, & impudenter, addo etiam impiè & sacrilegè hæretici, nostrorum, atque adeò omnium temporum, Scripturarum cognitionem sibi arrogant: frustra Scripturas legunt, tractant, pertractant, clauæ eas intelligendi, quæ est recta fides, destituti. Per illam enim Christus aperit, sine illa non aperit. Suis videlicet aperit, non alienis: fide cum eo copulatis, non per schisma & hæresim ab eo seiunctis. Rursum, fide purificatur intellectus, teste Petro, quæ absente obscuratur intellectus. Hæc populo diligenter suggerenda sunt, ut sciat si Scripturas intelligere desiderat, in Catholica & Orthodoxa fide manendum esse: ut sciat inanem esse hæreticorum adolescentum*

adolescentulorum, muliercularum, & quorumcumque Ministrorum iactantiam de Scripturarum cognitione, quibus Christus sensum non aperit, nec pro legitimis Scripturæ tractatoribus agnoscit. Quæ de re sic pulchrè Tertullianus, *Despici debet cui competit possessio scripturarum, ne is admittatur ad eandem cui nullo modo competit.* Et paulo post. *Ordo rerum hoc desiderabat, illud prius proponi quibus competat fides ipsa, cuius sint Scripturæ, à quo, & per quos, & quando, & quibus sit tradita disciplina quæ sunt Christiani. Vbi enim apparuerit esse veritatem disciplinæ, illic erit veritas scripturarum, & expositionum, & omnium traditionum.* Et paulo post. *Si hæretici sunt, Christiani non sunt: Ita non Christiani nullum ius capiunt Christianarum literarum. Non aliter Origenes de hæreticis scripsit. Nihil ad eos scripturæ pertinent, ut ex illis doceant. Non mirum igitur si Christus eis sensum non aperiat, ut Scripturas intelligant.*

In lib. Presc. contra har.

Hom. 31. in Lucam.

Hæreticorum sensus Christus non aperit.

DE INDE Christus non aperit sensum nisi paruulorum, & humilium, quales quia hæretici numquam sunt, numquam eis aperit. Reuelantur enim ista paruulis ut in Festo D. Marthiæ supra copiose explicatum est. Moneantur igitur heretici, ut si Scripturas intelligere volunt, ad Iesum veniant, ad Ecclesiam redeant, rectæ fidei regulam prius teneant. Dicitur illis quod Manichæis dixit Augustinus, *Ab errore correcti pietate catholica petite, ut accipiatis, quærite ut inueniatis, pulsate, ut intretis.* Dicitur quod Donatistis idem doctor dixit. *Si turbati in intelligendis scripturis non vultis, ad catholicum refugite intellectum: quia non inuenietis exitum responsionis, dum irretimini crimine schismatis.* Dicitur quod de Pelagianis idem doctor scripsit. *Quia scripturas secundum sensum suum legunt, profecto nec in illis quæ aperta sunt contuentur. Qui secundum sensum suum legunt, eorum sensum Christus nunquam aperit. Sic autem legunt omnes hæretici, ideoque errant, & deuiant miserrime. Intuere (inquit Chrysostomus) quomodo ex immoderatione omnes hæretici ceciderunt: alii quidem modum semper excedentes, alii autem infra modum se coarctantes. Quod quum variis exemplis docuisset, subiungit. Propter hoc fidem suscepimus.*

Contra Fan. errorem correcti pietate catholica petite, ut accipiatis, quærite stumli. 3. c. 4.

Contra Par. lib. 2. c. 10.

De gratia Christi. c. 42.

Hom. 8. in c. 5. ad Heb.

non cogamur innumeris heresibus adherere, negotiumque cum illis habere: sed si quid addere aut detrabere fidei aliquis molitus fuerit, hoc nothum esse indicemus. Nempè vt hæretici errant in Scripturis intelligendis, quia sensum suum non fidei regulam sequuntur, sic econtrà Catholicus fidè rectam tenens in eis errare non potest. Vnde Augustinus scripsit, *hominem in Catholica fide bene instructum; & vera pietate munitum, in Scripturis intelligendis decipi non posse.* Quare alio in loco laudat Ecclesiæ Catholicæ disciplinam, & sapientiam: *quæ, inquit, nos inuitat prius credere quod nondum valemus intueri, vt ipsa fide valentiores facti, quod credimus intelligere mereamur, non iam hominibus, sed ipso Deo intrinsecus mentem nostram firmante atque illuminante.* Deus enim iam credentes firmat atque illuminat, vt Scripturas intelligant. Manente autem hæretica, & falsa persuasione nihil in Scripturis intelligi potest. Exemplum illustre ex Augustino de Manichæis afferri huc potest. Dixerat Faustus Manichæus, *quod omnem Moyses Scripturam scrutatus, nullas ibi de Christo prophetias inuenit.* Cui cito respondeo, ait Augustinus, *quia non intelligit. Et si cur non intelligit, quispiam quaesierit, respondebo, quia mimico, quia auerso animo legit, quia non ideo scrutatur, vt sciat, sed quod nescit scire se putat.* Hac præsumptio tumida arrogantia oculum cordis vel claudit, vt omnino non videat, vel distorquet, vt peruersè videat, & aliud pro alio probet aut improbet. Hac ille. Sic & olim & hodie hæretici omnes quia regula fidei abiecta, sua ad Scripturas præiudicia attulerunt, veritates Catholicas in Scripturis inuenire non potuerunt. Sic hodie nostri Sacrificium Missæ, Sacramenti Eucharistici veritatem, Baptismi virtutem, bonorum operum necessitatem, meritam, mercedem, iustitiam inhærentem, Petri primatum, Ecclesiam ipsam eiusque amplissimam potestatem, quæ omnia euidentissimis Scripturis commendantur, videre hætenus in Scripturis non potuerunt. Causa eadem est ob quam Manichæus videre Christum in Mosæica Scriptura non potuit. At verò econtrà vbi fidei regula ad Scripturas affertur, nec ab ea vel latum vnguem deflectitur, ibi sensum

De agone
Christiano
c. 4.

contra Epist.
Fundamenti
cap. 4.

Contra Fau-
stum. li. 10. c.
14.

sensum legentis aperit Christus, vt intelligat. Quomodo omnes Patres, maximè Sanctus Augustinus, hac potissimum via Scripturas scrutari fuerint, latè *Princip. fidei doctr. lib. 11. cap. 3.* lii loco, hæc tria populus saluberrimè doceri poterit. Primùm, non esse Scripturas tam facillè intelligibiles, quàm hæretici eas hodie faciunt, passim eas lætando earumque sibi cognitionem venditando: sed opus esse vt sensus legentium, diuinitus aperiantur. Secundò sensum legentium non aperiri, nisi qui Christo per fidem primò adhæserunt: ideo quæ hæreticos, Iudæos, paganos à Scripturarum intelligentia excludi. Tertiò fidem Catholicam & orthodoxam ad omnem Scripturarum intelligentiam necessariò prærequiri, nec sine ea præhabita à quoquam illas salubriter intelligi posse: atque adeò facilem ad intelligendas Scripturas viam esse, ipsam fidei regulam bene ante omnia receptam & creditam. De qua lege Augustinum de doctrina Christiana, li. i. c. vii. & lib. 2. cap. 7. vbi pietatem Catholicam facit secundum gradum ad intelligendas Scripturas.

Et predicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus à Hierusalem.

L O C V S explicandi contra nostri temporis hæreticos, Ecclesiæ Catholicæ amplitudinem, & successione siem à Christo hoc loco repromissam. Hæretici enim hodie, quia ad veram Ecclesiam Catholicam & Apostolicam in Scripturis declaratam se pertinere non posse, homines tã pauci, tam noui, tam obscuro, vident, aliam sibi fingunt Ecclesiam non omnium gentium à Christo passo, sed paucorum admodum gentium à Luthero nato, nec quæ à Hierusalem incipiens, sic in omnes mundi partes propagata fuerit, sed quæ ab Vvitterberga (vt volunt Lutherani) vel à Geneua (vt volunt Calvinista) incipiens apud quosdam populos hæserit,

De vniuersali
& conspicua
Christi Eccle-
sia.

hæserit: Nec denique illustrem & perspicuam in qua prædicata fuerit pœnitentia in Christi nomine, sed occultam & latitantem, mundo incognitam paucis tantum spiritualibus (quos fingunt) viris patentem: At verò Christus Dominus in hoc Evangelio affirmat debere deinceps prædicari, id est, publicè & apertè doceri (iuxta id quod alibi suis dixit: quod in aure audivisti prædicare super tecta, in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum, id est, ea omnia doceri quæ homines possunt ad pœnitentiam adducere, & ad remissionem peccatorum consequendâ instruere, nempe fidem, sacramenta, caritatem, & quicquid præterea ad veram religionem attinet. Docet hoc debere fieri per omnes gentes: Docet denique certo ordine hæc debere fieri, incipiendo à Hierusalem, & sic ad alia loca pergenda. Hæc est forma futuræ Ecclesiæ Christi, id quod iuxta ea quæ scripta fuerant de Christo in Moyse, psalmis & prophetis, quæ omnia necesse est impleri, ait hic Christus. At perdidit homie hæretici negant ista impleri, negant hanc veræ Ecclesiæ formam esse. Quæ eorû impictas & pestilētissima fraus (hoc enim modo à veræ Ecclesiæ veritate, extra quam salus non est, infinitas animas abduxerunt) vt magis ac magis intelligatur, operæ precium fuerit, alias huic Scripturas adferre quæ idem docent, atque adeo causas ipsas notare, cur talis Christi Ecclesiæ esse debuerit. Et quidem in alia Dominica multa pro amplitudine & claritate Ecclesiæ veræ, prolata sunt, quæ etiam hic dici potuerunt. Nunc alia quædam eodem pertinentia proferemus. Et primum de clara & perspicua & cognita semper veræ Ecclesiæ Christi, omnes illæ Scripturæ efficaciter loquuntur, quæ Christi gloriam prædicant, absolurâ semel humani generis redemptione: gloriam dico etiam in hoc seculo. Hanc enim non nisi in Ecclesiâ sua habet Christus, hoc est, in illa hominum societate quæ in Christum credit, suisque bonis operibus & tota professione Christum glorificat. De hac Christi gloria apertissimè David. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Hoc enim ad regnum Christi in Ecclesiâ militante pertinere satis quæ

Matth. 10.

Luc. 24.

Dominica
24. post Pentecosten.

Ecclesiâ propter Christi gloriam debet semper esse magna. P. sil. 109.

quæ sequuntur ostendunt. Virgâ virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion) quia de Sion exibet lex, & incipientibus à Hierusalem: Dominare in medio inimicorum tuorum, id est, flo-
rere semper & regnare in medio semper siue paganorum, siue hæreticorû: & (vt Augustinus loquitur) frustra circumlatrantibus hæreticis, auctoritatis culmen obtinere. Hæc autem psalmi verba de regno Christi in Ecclesiâ sua (de quo regno Angelus B. Virgini dixit, Dabit illi Dominus sedem David Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum) necessariò intelligi optimus Interpres Apostolus Paulus docet: Primitia Christus, deinde qui sunt Christi, deinde finis, &c. Oportet illum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus eius. Nouissima autem inimica destruetur mors. Finem dicit extrimum iudicij diem: vsque ad quod tempus regnare oportet Christum docet, vt omnia subiiciantur sub pedibus eius. Quæ quidè subiectio non est alia quàm obediencia populorum Christo credentium: de qua idem Apostolus alibi: Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. & omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus est in gloria Patris. Et iterum ad Ephesios. Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam quæ est corpus eius & plenitudo eius. Hæc est gloria noui Testamenti. Hæc virgâ virtutis Christi, hæc inimicorum eius subiectio, hæc Ecclesiæ plenitudo, manifestatio, propagatio: vt sanè Christus caput sit, non obsecrum obsecrum corporis, non ignobile latitans, & fugitiuæ Ecclesiæ, sed illustre, conspicuum, gloriosum, & huiusmodi quod regnet. Ideò Ecclesiâ regnum celorum vocatur, & Christus in eo regnare dicitur. Regnum eius regnû sempiternum. Regni eius non erit finis. Gens & regnum quod non seruiert illi, peribit. Et est quidem regnum hoc spirituale non mundanum, sed tamen ita spirituale, vt ex hominibus constet, non ex spiritibus: & sic ex hominibus, vt illi homines Sacramenta habeant visibilia, prædicationem verbi externam, cultum externum, conuentus frequentes, templa, prædicatores, Concilia, multa quæ alia quæ non nisi in visibili congregatione exerceri possunt, nec sic exerceri vt lateant. Quare Scripturæ sic Christi Ecclesiam describunt, vt populum consti-

E. sai. 2

Luc. 24.

De vii. cred. cap. 17.

Luc. 2.

I. Cor. 15.

Phillip. 2.

Ephes. 4.

Regnum Christi in Ecclesiâ sua.

Dan. 7.

Luc. 2.

E. sai. 60.

Scripturæ con-
spiciam Ec-
clesiam descri-
bunt.

Psal. 47.

Enarrat.
ibidem.

Psal. 21.

Enarrat.
ibidem.

Epist. 48.

tuat frequentem copiosam, illustrem, ipsique Christo gloriosum. Hinc illæ voces, *Magnus Dominus & laudabilis nimis, in Civitate Dei nostri, in monte sancto eius.* In quæ verba Augustinus. *Hæc est Civitas in monte posita, quæ abscondi non potest. Hæc est lucerna quæ sub modio non occultatur, omnibus nota, omnibus dissamata.* Sequitur enim in Psalmo. *Fundatur exultatione vineise terre mons Sion. Latera Aquilonis, Civitas regis magni.* Rursum in alio Psalmo. *Laudis eius plena est terra, & laus mea in Ecclesia magna, id est, Catholica, ait Augustinus, in qua quia Donatistæ non sunt, ideo Deum non laudant.* Propter has & alias Scripturas sic infert Augustinus: *Quomodo confidemus ex divinis literis accepisse nos Christum manifestum, si non inde accepimus & Ecclesiam manifestam? Quælibet quisque ansus & vicus adversus simplicitatem veritatis intexat, quælibet nebulas callidæ falsitatis offundat, sicut anathema erit qui annunciauerit Christum, neque passum esse, neque tertia die resurrexisse, sic erit anathema quisquis annunciauerit Ecclesiam præter communionem omnium gentium, quia eadem veritate utrumque consequenter accepimus in illis verbis: Oportebat Christum pati & resurgere à mortuis tertia die, & predicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma. Est ergo perinde impiû & execrandum negare Christi Ecclesiam per omnes gentes diffusam, in qua prædicatur penitentia & remissio peccatorum (id est, in qua sacramentorum sit administratio, & verbi prædicatio) & cuius exordium sit ex Hierosalem, quàm est impium & execrandum negare Christum passum tertia die resurrexisse. At illud alterum hæretici hodie negant, & pertinacissimè sustinent: impij igitur & execrabiles perinde sunt, ac si Christum cum Iudæis aut paganis negarent.*

Ecclesie illustris propagatio est merces passionis Christi.

DEINDE advertendum est Christum Dominum in hoc Euangelio sic vtrûq; hoc loco coniunxisse, suam videlicet passionem & resurrectionem cum Ecclesie suæ illustri propagatione, ut ex altero alterum consequi ostenderet, ex merito passionis & resurrectionis, gloriam propagandæ per vniuersum orbem illustri Ecclesie. Verissimè enim vnu m

num ex altero consequi plurimæ Scripturæ docent. Primum Christi ipsius verba ad Iudæos. *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Deinde Diui Ioannis verba de Christi gratia. *Nondum fuit spiritus datus, quia Iesus nondum fuit glorificatus.* Multæ quoque veteres prophetiæ, Esaiæ imprimis. *Idèò disperdiam ei plurimos, (vel ut Augustinus legit, idèò hereditate possidebit multos) & fortium dividet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis deputatus est.* Illud quoque Ezechielis. *Scient gentes quoniam ego sum Dominus quem sanctificatus fuero in vobis coram eis.* Quod in passione factum est. Tunc enim Christus sanctificauit semetipsum in oblationem Deo per manus Iudæorum & gentium. Sed omnium apertissimè Apostolus Paulus. *Humiliavit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, &c.* Propter quod Deus exaltauit illum, & dedit ei nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus est in gloria Dei Patris. Hæc est Catholice fidei confessio per omnes gentes, & linguas & populos, iuxta illud Danielis: *Omnis tribus, populus, & lingua illi seruient.* Quod & Dauid prædixit incarnato filio Dei largiturum Patrem. *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, possessionem tuam vltimos fines terre.* Est ergo illustri & copiosa Christianorum Ecclesia propria Christi gloria, merito incarnationis, & passionis eius, ei à Deo Patre retributa. Hac eum gloria, hac propria passionis mercede spoliavit Christum nostri hodie hæretici (qui tamen Christum & eius passionem maximè illustrare videri volunt) ponentes Ecclesiam latitantem & obscuram, negantes illam esse Christi Ecclesiam, quæ sola omnium gentium communionem tenuit, docentes vel perire, vel certè apud paucos obscure latitare veram Christi Ecclesiam, idque adeo per multa secula posse. Contra hanc veterum olim Donatistarum, sed hodie nostrorum quoque hæreticorum impietatem, sic egregiè scribit S. Optatus. *si sic pro voluntate vestra in*

Ioan. 12.
& 4.

Esaiæ. 53.

Ezech. 36.

Ioan. 17.

Philipp. 2.

Daniel. 7.

Psal. 117.

Hæretici detrahunt Christi passioni.

Lib. 2. Cont. Parmeni.

angustum coarctatis Ecclesiam, si vniuersas subducitis gentes, ubi erit illud quod filius Dei meruit? Vbi erit quod libenter largitus est ei Pater, dicens, dabo tibi gentes hereditate tuam? Vt quid tale infringitis promissum, vt a vobis mittatur quasi in quemdam carcerem latitudo regnorum? Quid tantæ pietatis obstare contuditis? Quid contra Saluatoris merita militatis? Permittite solum possidere concessa. Permittite Patri promissa complere. Cur ponitis metas? Cur figitis limites? Hæc ille, quæ totidem verbis nostris hodie hæreticis dici possunt, & tâto iustiore quanto diuturniorem, & ampliore Ecclesiæ casum atque eclipsum impiè imaginantur atque affirmant. Illa quoque Diui Hieronymi disputatio aduersus Luciferianos hic locum habet. Conuersum enim iam schismaticum sic alloquitur. *Gratulor tibi, & Christo Deo meo gratias ago, quia animo bono à fulsitatis ardore ad totius orbis te saporem contulisti: nec dicis more quorundam: Domine saluum me fac, quoniam defecit Sanctus. Quorum vox impia crucem Christi euacuat: Dei filium subiugat Diabolo, & illam complorationem quæ à Domino de peccatoribus prolata est, de vniuersis hominibus dictam intelligit. Sed absit, vt frustra Deus mortuus sit. Alligatus est fortis, & vasa eius direpta sunt. Allocutio Patris impleta est. Postula à me, & dabo tibi gentes, &c. Et paulo post. Vbi quæso sunt isti nimium religiosi, imò nimium presani qui plures synagogas asserunt esse quam Ecclesiæ? Nam, & hodie fi nostris hæreticis credatur, plures profecto Iudæorum synagoga per hos annos mille atque hodie in orbe fuerunt, & sunt quam Christianorum Ecclesiæ. Sed si hoc ita esset. Quomodo (vt Hieron. prosequitur) Destructæ sunt diaboli ciuitates, & in sine hoc est in seculorum consumptione idola corruerunt? Si Ecclesiam non habet Christus, aut si in sardimia tantum habet (sic enim isti Luciferiani dicebant) nimium pauper factus est. En si Britannias Gallias, Orientem, Indorum populos, barbaras nationes, & totum semel mundum possidet Satanas, quomodo ad angulum vniuersæ terræ crucis trophæa collata sunt? Hæc ille. Crucis igitur trophæa, gloriam, mercedem propriam euacuant, & negant proflus nostri hodie hæretici, dum Ecclesiam negant Catholicam, toto orbe diffusam, conspicuam, & cognitam, aliamque fingunt, & obtrudunt.*

dunt à mille, & amplius annis latitantem, obscuram, incognitam, ac paucorum nescio quorum vel vbi, Atque hæc pro manifesta prædicatione penitentia, & remissionis peccatorum, pro illustri, & conspicua Ecclesia dici poterunt.

DE Ecclesia Christi per omnes gentes diffusa, vt plurimè Scripturæ in alia Dominica citatæ, ita maxime, & clarissimè Eusebii in hæc verba loquitur. *Lætare sterilis quæ non parit, &c.* (quæ verba de Ecclesia gentium exponit Apostolus) dilata locum timentorij tui: & multa quæ sequuntur. Concludit tandem. *Redemptor tuus Sanctus Israel, Deus vniuersæ terre vocabitur.* Hic est Deus Catholicæ Ecclesiæ. Christi Redemptoris Ecclesia, est Ecclesia omnis terre, omnium gentium, Catholica. Aliam quia fingunt hæretici, alium sibi Redemptorem querant oportet. Quare sapienter, & apposite B. Prosper. *Generali Ecclesiæ communicans Christianus, & Catholicus. Ab hac segregatus est hæreticus, & Antichristus. Nemo videlicet veræ Ecclesiæ membrum se esse scire potest, nisi eam Ecclesiam teneat, quæ est à Prophetis prædicta, & à Christo Salvatore promissa, vt in hoc Euangelio, Per omnes gentes. Vnde sapienter Sanctus Augustinus, Nulla securitas vitæ est nisi ex promissis Dei declarata Ecclesia, quæ super montem constituta abscondi non potest, & ideo necesse est, vt omnibus terrarum partibus nota sit. Quâ ob causam hac nota veros fideles à falsis alij quoque, Patres semper discreuerunt. Sic Theodoretus. *Is qui colunt veritatem plena quidem est terra, pleni sunt quoque fines orbis terrarum. Vera enim est Dei prædictio, quam fecit per linguas Prophetiarum. Vbi quibusdam enumeratis, Hæc, inquit, omnes prædictiones per Ecclesiam finem accepere. Hæreticorum autem doctrina partim radicitus euulsa est: partim à semiaridis arboribus nihil differens, in paucis vrbibus & vicis manet. S. Basilius orthodoxum se esse probare volens, & veræ Ecclesiæ filium hoc cõmunione vniuersalis argumento vtitur: *Episcopi (inquit) totius orbis literas ad nos mittunt: & vicissim à nobis recipiunt, ex quibus cognoscere potestis quod vniuersim omnes, eodemque sensu præditi sumus.* Ex hac quoque nota Opratus se esse veræ Ecclesiæ membrum probat. *cum manifestum sit & ipsa luce clarus, nos cum tot innumera-***

Ecclesia Christi est vniuersalis.
Cap. 62.
Gal. 4.

De promissis & prædictis.
ca. 5.

Contra Parmen. l. 3 c. 5.

Hæretic. Fabul. lib. 3.

Epist. 75.

Libr. 2. con. Parm.

In dialogo aduersus Luciferianos.

Mat. 3.

rabilibus populis esse, & tot provincias nobiscum esse, iam videtis vos in parte vnius aut alterius regionis positos, & ab Ecclesia vestris erroribus separatos, frustra vobis solis hoc nomen Ecclesie cum suis dotibus vendicare. Eodem argumento probat Augustinus Donatistas ab Ecclesia exiuisse. An ipsi (inquit) a vobis exierunt, an nos potius ab ipsis? Sed absit, vt nos ab ipsis. Tenemus enim hereditatem Christi, illi non tenent. Non communicant orbi terrarum: Non communicant vniuersitati redempte sanguine Domini. Securi sumus de vnitatem hereditatis. Quisquis huic hereditati non communicat, foras exiit. Hæc ille. Ecclesia ergo omnium gentium est hereditas Christi. Talem hereditatem hoc Euangelium sonat. Prædicari per omnes gentes. Ex huius hereditatis possessione suos hortatur Basilius, vt illi Ecclesie se adiungant, quæ toto orbe diffunditur. Sic enim ad Euaisenos scribit. *state in fide. Ipsum orbem inspicite, & videte quàm modica sit ea portio que hoc morbo laborat. Reliqua verò vniuersa Ecclesia, que ab orbis finibus vsque ad fines Euangelium recepit sanam hanc, & rectam doctrinam sectetur, à cuius communionem, vt ne excidatis petimus: simulque precamur, vt partem nobiscum percipere mereamini in die Domini N. Iesu Christi.* Hæc ille Ecclesie Græcicæ lumen singulare. Postremo, vt Ecclesia Christi veram, non nisi Catholicam esse, vt in symbolo profiteamur, vniuersalem, omnium gentium, toto orbe diffusam, magis adhuc populus intelligat, pro ferri hic poterit illustre illud exemplum Athanasij Alexandrini Patriarchæ omniumque episcoporum patriarchatus eius, Ægypti, Thebaidis & Lybiæ, qui omnes in vnum congregati, & ad Imperatorem nouiter electum Iouinianum scribentes, vt eum rectæ fidei defensore haberebant, Arianis autem non faueret, hoc maximè argumento eum inducunt, quòd illi fidè teneant omnium gentium, Ariani autè sint pauci. Huic (inquit) nostræ fidei, omnes vbiq; Ecclesia assensu sunt, vt Hispania, Britannia, Gallia, Italia totius, Dalmatie, Mysie, Macedonia, & cuncta Græcie, & omnes Ecclesie Africae, Sardinie, Cypri, Cretæ, Pamphylie, Lycie, Isaurie, & Ecclesie Ægypti, Lybiæ, Ponti, Cappadocie, & regionum sinimarum, Orientis denique Ecclesie, exceptis paucis quæ sectantur Ariana, Nam istarum omnium re ipsa exploratè cognitum

Tractat. 3. in epist. Iouan.

Epist. 72.

Theodoret. hist. Eccles. lib. 4. cap. 3.

vitam habemus sententiam literasque ab illis accepimus, proque certo scimus Auguste sanctissime, quod quamuis pauci huic fides contradicant, non tamen præiudicium iudic potest, orbi terre fieri vniuerso. Hæc illi. Adeò videlicet apud fideles obtinuit, tantam vim habuit quod Christus in hoc Euangelio, remissionem peccatorum in nomine suo per omnes gentes, prædicandam esse asseruit, iuxta ea quæ in Lege, Psalmis, & Prophetis de eo prædicta fuerant.

Nunc etiam quantum id contra hæreticos, valeat quod adiecit Saluator, Incipientibus à Hierusalem, explicandum nobis est. Valet enim certè plurimum. Nèpe ostendunt hæc Christi verba, vnicum, & certum exordium esse propagandi Euangelij sui: quod videlicet perpetuo postea crescens in mundo, non nisi hoc initium haberet. Vnde sequitur omnem sectam, quæ suæ prædicationis exordium ab alio aliquo loco auspicatur, ab alia origine deducit quam à Hierusalem, ad Christi Euangelium non pertinere. Et notandum bene quòd Christus ait, Prædicationem à Hierusalem incipere. Ait enim, Prædicabitur penitentia, &c. incipientibus sup. ipsis prædicatoribus, à Hierusalem. Hæretici enim hodie cauillantur illi quidè se eam doctrinam tenere quæ incepit à Hierusalem, quia Apostolicam se tenere aiunt: Sed quia hoc dicit omnis hæreticus, & nihil est facilius quam hoc dicere, Christus Dominus posuit non doctrinam, sed prædicationis exordium esse à Hierusalem. Tum quia non nisi ex prædicatione doctrina cognoscitur.

Vnicum exordium Ecclesie Christi.

Hæreticorum casualis recitatur.

Rem. 10.

(Fides enim est ex auditu, & quomodo credent quem non audierunt, quomodo autem audient sine prædicatione?) tunc quia prædicatione certior & illustrior est quam ipsa doctrina. Per prædicatorem enim cognoscit populus veram doctrinam: non per doctrinam discernere populus potest verum prædicatorem. Ipsi quidem inter se mutuò prædicatores ex vera doctrina quam adferunt cognoscuntur, & discernuntur, vel vt sic legitime mitantur à suis collegis, vel vt iam missi retineantur. Sed oues ipsæ, & populus fidelis ex prædicatore, & pastore doctrinam sanam accipere, cognoscere, & discernere debet, magisque considerare quis sit qui loquitur, quam quid sit quod loquitur: vt in quadam Dominica explicatum dedimus. Notandum igitur diligenter prædicationis Euangelicæ originem, & exor-

Prædicationi Euangelicæ verum exordium.

dium vnicum esse, Hierosolymam. Quod quia singulariter notandum fuit, alia quoque Scriptura idem inculcarunt. Sic enim David prædixit, *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, ut supra explicatum est.* Et rursum. *Vocauit terram à solis ortu usque ad occasum. Ex Sion species decorus eius.* Initium Ecclesiæ toto orbe diffusæ ex Sion illustrabitur. Sic & Esaias. *De Sion exiit lex, & verbum Domini de Ierusalem.* Hoc est quod Christus hic dixit. *Incipientibus à Ierusalē.* Et rursū ordinē propagandi Euangelij sui Christi in hæc verba describit. *Erunt mihi testes in Hierusalē, & in omni Iudæa, & in samaria, & usque ad vltimū terre.* Hic ordo, hæc series, hæc successio est prædicationis Euāgelicæ. Hūc ordinē seruarunt Apostoli, ut tandē ad gētes & nationes Euāgelii adferret. Hinc vocatur vera Ecclesia Christi, Apostolica: quia ab Apostolis incepta, & quia ad ipsos Apostolos vel aliquē Apostolicum virū, vnaquæque Ecclesia Catholica suā originē referre potest & debet. Qua de re sic præclare scripsit Tertullianus. *Apostoli apud vnamquamque ciuitatem Ecclesiam condiderunt. Ab his autē ciuitatibus seu Ecclesiis ab Apostolis constitutis, traducem fidei & semina doctrinæ, cæteræ exinde Ecclesiæ mutuata sunt, & quotidie mutuantur, ut Ecclesiæ fiant. Ac per hoc & ipsa Apostolica deputabitur, ut soboles Apostolicarum Ecclesiarū. Omne enim genus ad originē suā censeri debet. Et paulo post hæreticos ad sui Euāgelij originē ostendendā his verbis prouocat. *Edāt origines Ecclesiarum suarū, euoluāt ordines Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentes, ut primus ille Episcopus aliquē ex Apostolis vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseverauerint, auctorem habuerit, & Antecessorem.* Hoc enim modo Ecclesiæ Apostolicæ census suos deserunt. Eodem quoque modo Irenæus contra sui temporis hæreticos. *Habemus enumerare eos qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesiis, & successores eorū usque ad nos, qui nihil tale docuerunt.* Sic & Optatus Donatistas prouocat. *Vestra, inquit, cathedræ vos originem reddite, qui vobis vultis s. Ecclesiam vindicare.* Est ergo omnium Ecclesiarū vna origo, vñū principii. Apostolica prædicatione Hierosolymis facta, ac postea per eosdē Apostolos in varias gentes*

Psal. 109.

Psal. 49.

Esa. 2.

Act. 1.

Propagandi
Euangelij er-
do.

In præscript.
contra hæret.

Lib. 3 c. 3.

ac

ac ciuitates diffusa. Hunc autē post tot secula, et si ceterorum Apostolorū Ecclesiæ perierint, vnius tamen Petri principis Apostolorum singulari Dei beneficio Ecclesia manet. Romana videlicet. vbi & per multos annos docuit. & vitā denique finiuit. Ab hac igitur originem nostrā nos Catholici ostendimus, quia & Petrus ipse in Ierusalē omnium primus prædicauit. Ab hac sede etiā quā aliorū Apostolorū sedes adhuc starent, ut omnium tamen præcipua a Irenæus, b Optatus, c August. d Epiphanius, & e Tertullianus, suæ Ecclesiæ originem contra sui temporis hæreticos deduxerunt. Quæ quum ita sint, moneri diligenter populus fidelis debet ne nouis hæreticis aurem præbeat, quorum secta à paucis annis cœperunt. & non ab Hierusalem, non ab aliquo Apostolo, vel Apostolico viro, sed vel ab V Vittemberga, vel à Geneua, vel alio loco consimili, auctore etiam nouo aliquo, ut vel Luthero vel Caluino, vel alio nescio quo initium suum acceperunt; quique propterea secundum exordium, & nouam collapsæ Ecclesiæ reparationem (quam tamen reformationem vocare malunt) statuerunt, contra huius Euāgelij præscriptam formā, quæ vnicum ponit exordium, *Incipientibus ab Hierusalem.* Contra hanc hæreticorum impietatem prolixè disputat S. Augustinus his verbis. *Perseuerentur Scripturas, & contra tam multa testimonia quibus ostenditur Ecclesia Christi toto orbe terrarum diffundi, vel vnum proferant tam certum, & tam manifestum quàm illa sunt, quo demonstrent Ecclesiam Christi perisse de cæteris gentibus, & in sola Africa (vel vno nostri hodie volunt, in Geneua aliisque locis per paucos ei adhærentibus) remansisse, tanquam ab alio initio, non ab Hierusalem, sed à Carthagine (vel vt nostri hodie dicunt ab V Vittemberga Saxonie) vbi primò Episcopum contra Episcopum leuauerunt. Hæc ille. Et in eodem libro paulo post. c. 10. *Teneamus ergo Ecclesiam ex ore Domini designatam, vnde captura, & quousque peruenitura esset, captura scilicet ab Hierusalem, & peruenitura in omnes gentes. Hæc ille. Nèpè omnes qui fingunt Ecclesiam perisse, aut latuisse, sic vt prædicatores verbi qui fuerint, cognosci nequeat, illi secundum exordium nouæ Ecclesiæ necessariò debent ponere. At Christus Dominus**

Lib. 2.

a Lib. 3. c. 3.

b lib. 2.

c epist. 165.

d h. er. 27.

e in præscr.

Reparatio cel-
lapsæ Ecclesiæ
contradiçit
Christo.

De vnit. Ec-
cles. c. 4.

minus

minus ideo vnum exordium nominatim posuit, ne vnquam postea alia noua exordia quarerentur, ne nouis Ecclesijs vllus amplius locus esset, denique vt suam Ecclesiam vnam, & vnicam esse perpetuo vsque ad finem seculi permanentem ostenderet. Nam & ideo alibi docuit semen veræ doctrinæ crescere vsque ad messem. Ex quibus verbis sic contra nouatores, & noui exordij nouæque reparationis auctores disputat August. *Quid nobis adfertis noui? Nunquid iterum seminandum est bonum semen, quando ex quo seminatum est, creuit vsque ad messem? Si dicitis perisse in omnibus illis locis, quod erat per Apostolos seminatum, & ideo rursus ex Africa esse seminandum, respondemus. Legite nobis hoc ex diuinis oraculis. Quod profecto legere non potestis, nisi prius ostenderitis falsum esse, quod scriptum est semen illic antè seminatum crescere vsque ad messem.* Hæc ille, nihil absurdius iudicans aut Scripturis magis contrarium, quàm collapsa Ecclesiæ nouam, & secūdā reparationem fingere, quod tamen omnes hodie hæretici faciunt, qui à Catholica Rom. Ecclesia descuerunt: adeoque sustinēt habere suas eclipses Ecclesiæ, & verā doctrinā subinde instaurari, quæ subinde extincta iacuerit, sicut antè paucos annos accidisse affirmant, donec Lutherus lucem orbi attulisset. Quæ omnia impietatis plena esse, huius Euangelij verba dexterè tractata, manifestum populo facere possunt.

De vit. Eccl. c. 15.

IN DIE S. MARCI

Euangelistæ.

Orate Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.



L O V S opportunus differendi contra hæreticos nostri temporis de necessitate legitimæ vocationis, & missionis ad operandum in vinea vel messe Dominica: qua videlicet illi penitus car-

rent,

rent, vt in alio Festo explicatum est. Christus enim in hoc Euangelio tum mittit ipse binos, & binos ante faciem suam, tum ante præterea iubet orare, nõ vt veniant operarij, quasi liberum cuique esset operari in hac messe, qui vellet, sed vt mittat Dominus operarios in messem suā. Docet igitur mitti debere operarios, idque à Domino messis, à Deo ipso, non à principe, non à populo, non à scriptis. Sic Apostolus. *Nemo sumit sibi honorem, nisi qui vocatur à Deo tanquā Aaron.* Vocati igitur, & mitti oportet, idque à Deo, à Christo. Hoc est enim mirare per ostium, qui Christus est. Nunc autem populo ostendendum est, eum mitti à Domino messis, eum intrare per ostium, eū vocari à Deo tanquam Aaron, qui eo modo & ordine mittitur quem Christus in Ecclesia sua constituit. Christus dedit Apostolos, Prophetas, pastores, doctores. Isti postea alios dederunt, alios qui sibi in officio succederent miserunt. Et vt ista missio clara, & certa esset, totique populo comperta, adhibita est solennis ceremonia, *Manuum impositio.* Sic Paulus ab Ecclesia ordinatur. *Segregate mihi Paulum & Barnabam ad opus, &c. Illi autem ieiunantes, & imponētes illis manus dimiserunt illos.* Paulus ipse sic dimissus & missus, pari ceremonia mittit Timotheum. *Admoneo te, inquit, vt resuscites gratiam que est in te, que data est tibi per impositionē manuum mearum.* Timotheus similiter alios ad operandū mittens, manus quoque illis imponit, quod vt prudenter faceret, his verbis eum monet Paulus. *Nemini citò manus imposueris, neque communices peccatis alienis.* Hæc quoque manuum impositio, qua mittebantur semper in Ecclesia Christi operarij, nõ ab alio quàm ab iis qui iam antea per manuum impositionem missi ipsi fuerant, aut facta vnquā fuit aut fieri potest. Hæc ob causam in canonibus Apostolicis, & in Cõcilijs antiquissimis cautum diligenter est, ne ab alijs quàm ab Episcopis illa fieret. Tales nempe erant, qui Paulo manibus imponebant, talis ipse Paulus Timotheum mittens, talis & Timotheus alijs manus imponens. Hæc manuum impositio tam certa, & necessaria forma est legitimæ missionis ad operandum in vinea Domini,

In die S. Andrea.

D. vocatione legitima practicatorum verbi. Hebr.

Ioan. 10.

Manuum impositio necessaria ceremonia.

Act. 13.

2. Tim. 1.

1. Tim. 5.

Can. 1.

Conc. Nic. 1.

Can. 4. Con.

Carth. 4.

Can. 2.

Luc. 10.

mini, vt ipsemet Caluinus vi veritatis victus, idipsum confiteri & agnoscere compulsum fuerit. Primum enim ordinationem esse necessariam his verbis fatetur: *Vt ab hominibus designentur Episcopi, omnino ex ordine legitimæ vocationis esse, nemo sobrius inficiabitur, quando in hanc rem tot extant Scripturæ testimonia.* Et paulo post de impositione manuum. *Zicet nullum extet præceptum de manuum impositione, quia tamen fuisse in perpetuo vsu Apostolis videmus, illa tam accurata observatio præcepti vice nobis esse debet.* Denique hanc impositionem manuum non à quibusuis, sed à solis Episcopis factam, ibidem agnoscit his verbis: *Hoc postremo habendum est, non vniuersam multitudinem manus imposuisse suis ministris, sed solos pastores, quos videlicet Caluinus pro episcopis habet, & ministros pro presbyteris nostris.* Valeat igitur ipsorum confessio contra ipsos. Nemo legitime mittitur, nisi ab Episcopo per impositionem manuum mittatur. Hac missione carent hodie hæretici. A nullis enim Episcopis missi sunt. Etsi enim nunc quidem apud Caluinistas & Lutheranos plerisque mittantur ministri per manuum impositionem, tamen quia primi Magistri à nemine ipsimet mittebantur, tota hæc imaginaria missio merum nugamentum est. Quod enim in radice vitiatum est, & à principio nihil fuit, progressu temporis rectificari non potest. Neque enim hic præscriptio locum habet, quia Dei præceptum (vt Caluinus ipse agnoscit) violatur. Isti ergo (vt de schismaticis sui temporis scribit Sanctus Cyprianus) *sine diuina dispositione sese vitro apud temerarios conuenas seu sodales præfecerunt: se præpositos sine ulla ordinationis lege constituerunt, & nemine Episcopatum dante, Episcopi sibi nomen assumpserunt.* Quo in loco notandum nostros hæreticos veteribus multo esse impudentiores, eoque nequiores. Illæ enim olim sectæ quæ nullos Episcopos habebant, Sacramenta administrare, aut alios ad ministerium ordinare non præsumebant. Sic de Acephalis secta Monophysitarum scribit Nicephorus. *Acephali (inquit) dicti sunt, quia sub Episcopis non fuerunt. Proinde Episcopi & sacerdotibus apud eos defunctis, neque baptisimus, neque sacrificium, neque ministerium Ecclesiasticum amplius celebratum est.* Sic

Infti. lib. 4. c.
s. num. 14.

Num. 16.

Hæreticorum
hodie imagi-
naria missio
nihil est.

In lib. de vni.
Eccles.

Hæretici ho-
die veteribus
impudentiores.

Lib. 15. c. 4. s.
hist. Eccle.

& apud

& apud Luciferianos cõtigisse narrat S. Hieronymus. *Hilarus (inquit) cum diaconus de Ecclesia recessisset, & iam mortuus sit, cum homine pariter interit & secta, quia post se nullum clericum potuit ordinare, Ecclesia autem non est quæ a ferianus. non habet sacerdotem.* Hæc ille. Sic & Sæctus Cyprianus. *Ecclesia (inquit) in Episcopo est, & qui cum Episcopo nõ sunt, in Ecclesia non sunt, frustra que sibi blandiantur quod latenter apud quosdam communicare se credunt.* Et alibi definit, *Episcopum esse qui Apostolus vicaria ordinatione succedit.* Quare Diuus August. hanc ordinatam in Ecclesia Episcoporum successionem, id est, hanc missionem Dominicam operariorum in messem vocat radicem Christianæ societatis. Sic enim ad quosdam paganos scribit, docens eos qui inter Christianos, verè tales essent & Catholici, qui non tales essent, sed hæretici. *Videtur multos præcisos à radice Christianæ societatis, quæ per sedes Apostolorum, & successiones Episcoporum certa per orbem propagatione diffunditur, de sola signa originis sub Christiano nomine quasi aresentia sarmenta gloriantur, quas hæreses, & schismata nominamus.* Dicit societatem Christianam per successiones Episcoporum certa propagatione diffundi: hæc certa propagatio est legitima ordinatio. Ab hac propagatione, & radice præscinduntur hæretici, tum quia omni potestate mittendi, & propagandi carent, tum quia nullos apud se habent, à quibus propagentur, & crescant. Hæreticos igitur vel ex hac vna nota certissime deprehendi Optatus docet, quod radicem certæ successionis & legitimæ missionis abruperint. *Videndum (inquit) quis in radice cum toto orbe manserit, quis foras exierit, quis cathedram sederit alteram quæ ante non fuerit, & quis altare contra altare erexerit.* Tales autem sunt, vt omnium temporum, sic & nostri temporis hæretici, qui (vt loquitur Irenæus) *abstint à principali successione, & quocumque loco colliguntur: qui cathedram sedent alteram, qui cum toto orbe in radice non manserunt: quorum videlicet, operarij, Ministri, Superintendentes; seniores, à Domino missis missi non sunt: per certam propagationem suis antecessoribus non successe run, sed illis abiectis & damnatis, se in ipsos ipsi in coru loca intruserunt.* Sic enim

In dialogo ad
uersus Luci-
ferianus.

Lib. 1. Epi. 5.

Lib. 4. Ep. 9.
Successio ordi-
nata radice
Christianæ so-
cietatis.

Epist. 42.

Li. 1. contra
Parnen.

Lib. 4. c. 41.

pulso Genevæ Episcopo, primò Farellus, postea Caluinus, & hodie Beza cathedram occupant. Sic contemp-
 pro Lipsiæ Episcopo, Lutherus Vvittebergæ no-
 uam cathedram tenuit, post Lutherum Melanchthon,
 post Melanchthonem Georgius Maior. Sic isti ad
 Ecclesiam Christi, ad operarios Dei pertinere non
 possunt. *si enim* (vt scribit Beatus Cyprianus) *grex v-*
nus est, Ecclesia vna, quomodo potest gregei annumerari qui in
numero gregis non est? aut pastor haberi quomodo potest, qui
(manente vero pastore, & in Ecclesia Dei ordinatione succe-
danea praesidente) nemini succedens, & à seipso incipiens, ali-
enus sit & profanus, Dominica pacis ac diuinæ unitatis inimi-
cus? Tales alieni, profani, Dominicæ ac diuinæ unitatis inimi-
 citatis inimici, fuerunt Caluinus, Lutherus, omnesque
 hodie in Anglia sunt Pseudoepiscopi, qui veris E-
 piscopis ad vnum omnibus potestate regia, eaque for-
 minea eiectis, & in vincula coniectis, Episcopis in-
 quã qui in Ecclesia Dei ordinatione succedanea præ-
 sidebant, nemini succedentes, sed à seipsis incipientes,
 à nemine manus impositionem accipiebant: ne qui-
 dem à Germanis, vel Gallis, aut alicuius reformatæ
 (vt vocat) Ecclesiæ pastoribus. Fuerunt igitur Calu-
 inus & Lutherus, sunt in Anglia Pseudoepiscopi ho-
 die omnes teste Cypriano, profani & alieni, de qui-
 bus Christus. *Alienum non sequuntur oves, sed fugiunt ab eo.*
 Sunt, sicut Optatus de Victore primo Montensium
 Donatistarum Episcopo scripsit, *Filij sine Patre, tyrones*
sine principe, discipuli sine magistro, sequentes sine antecedente:
inquilini sine domo, hospites sine hospitio, pastores sine grege,
Episcopi sine populo. Denique sunt portenta nostri tem-
 poris, & pestes Ecclesiæ Dei. Monendus igitur hoc
 loco populus, vt Deum ac Dominum messis diligen-
 ter oret, vt exterminatis istis profanis, & alienis, lu-
 pis istis atque latronibus, *Mittat operarios in messem*
suam: legitimos Ecclesiæ præpositos præficiat. Messis
enim multa est, operarij pauci. Multi sub hæreticorum ty-
 rannide gemunt, qui Catholici fierent, si abactis lu-
 pis, legitimi Pastores restituerentur. Vide plura huc
 pertinentia supra in Dominica 7. post Pentecosten,
 ad illa verba. *Qui veniunt ad vos.* Et in die S. Andree, &
 infra in feria 3. Pentecostes.

Lib. 1. Epi. 6.

Hæreticorum
 hodie magi-
 stri, distribu-
 tus.

Ioan. 10.

Lib. 1.

In die

IN DIE SS. APOSTO-
 lorum Philippi & Iacobi.

In domo Patris mei mansiones multe sunt.

Ioan. 14.



L O C V S appositus obseruandi con-
 tra hæreticos distinctionem merito-
 rum in hac vita, & mercedis in altera,
 quam illi quidem per suam impu-
 tatiuum iustitiam impie tollunt, &
 negant: Patres verò ex hoc loco eui-
 denter colligunt. Et hæretici quidem quum in sola
 remissione peccatorum per Christum quam fide ap-
 prehendimus, Christi que iustitia nobis per fidem
 imputata omnem nostram iustificationem ponant,
 omnibus æqualiter remittantur peccata, &
 omnibus æqualiter imputetur Christi iustitia, vo-
 lunt omnes omnino æqualiter corâ Deo iustos esse,
 atque in hoc sensu vnum denarium omnes æqualiter
 accipere. Hinc illa Lutheri vox, *vnunquemque Chri-*
stianum æquè esse sanctum ac fuit B. Virgo. Cuius rigidus
 sectator Flaccus Illyricus in vltima iam sua ætate,
 ante paucos hos annos scripsit: *summam esse blasphemiam*
negare perinde fuisse iustos mulierem peccatricem in
Euangelio, & latronem, quàm erant Ioannes Baptista, vel E-
uangelista, quia vtrisque equaliter peccata Christus condona-
uit, & suam plenissimam iustitiam imputauit. Hæc impius
 ille. Sed contra has blasphemias & profanas vocum
 nouitates (quid enim magis profanum quàm omnes
 æqualiter esse corâ Deo iustos?) vel hic huius Euan-
 gelij locus fidelem populum satis instruat atq;
 armare poterit. Ait enim Christus, in domo Patris sui
 mansiones multas esse: Quod quale sit, Sancti Patres
 exponunt. Et primùm S. Gregorius diligenter expli-
 cat quomodo omnes in vineam conducti vnum dena-
 rium accipiunt, & tamen mansiones, hoc est, mer-
 cedes multæ & variæ in cælo sunt. *Quoniam* (inquit)
electis Dei in hac vita est discretio operum, in alia quoque vita
erit proculdubio discretio dignitatum. Vt quo hic alius alium
merito superat, illic alius alium retributione transcendat. Vnde

De merito &
 mercede bo-
 norum ope-
 rum.

In serm. do
 Natiuit. B.
 Maria.

In defen. con-
 tra Tiletanũ
 c. 6. an. 67.

Quomodo v-
 nus denarius,
 & multæ ma-
 niones.

Mor. lib. 4.
 cap. 71.

In Euangelio veritas dicit: In domo Patris mei mansiones multae sunt. Et paulò post. Et quidem apud Patrem mansiones multae sunt: & tamen eundem denarium labo-
 ratores accipiunt, quia una cunctis erit beatitudo laetitiae, quamuis non una sit omnibus sublimitas vitae. Hęc ille. Rursum alio in loco. Apud Patrem mansiones multae sunt, quia in illa beatitudinis vita non dispari, vnusquisque iuxta dispar meritum locum disparem percipit. Sed adhuc alio in loco clariùs & pressius hoc ostendit: si dispar retributio in illa aeterna beatitudine non esset, vna potius māsio, quam multae essent. Multae ergo mansiones sunt, in quibus & distincti bonorum ordines, & propter meritum consortia communiter laetantur, & tamen vnus denarium omnes laborantes accipiunt. Qui multis mansiombus distinguuntur, quia & vna est beatitudo, quam illis percipiunt, & dispar retributionis qualitas, quam per opera diuersa consequuntur. Hęc S. Gregorius, Similiter & D. Hieronymus. Quum enim Iouinianus hæreticus qui meritum distinctionem negauit, vt hodie hæretici negant, hunc Euangelij locum quem pro hac distinctione facere viderat, insigniter peruerteret, absurdissimè dicens, multas illas mansiones apud Patrem, Ecclesias esse toto orbe diffusas, contra eum sic disputat: *Locus & mansiones quas preparare se dicit Christus Apostolis, in domo vtiq; sunt Patris, id est, in regno caelorum, non in terra, in qua ad presens Apostolos reliquebat. Simulq; sensus Scripturae inueniendus. Si quo minus, inquit Christus, dixissem vobis, quia rado parare vobis locum: si non mansiones multae essent apud Patrem, hoc est, si non vnusquisque mansionem sibi non ex largitate Dei (intellige sola, vt hodie hæretici nulla habita meritum ratione) sed ex proprijs operibus prepararet. Et ideo non est meum parare vobis locum, sed vestrum, quia & Iuda nihil profuit paratus locus, quem suo vitio perdidit. Iuxta quem sensum & illud intelligendum, quod ad filios dicitur Zebedaei, quorum alter à sinistris, alter cupiebat sedere à dextris. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem à dextris meis siue à sinistris non est meum dare vobis: sed quibus paratum est à Patre meo. Si non est filij dare, quomodo est Patris preparare? Parata, inquit, sunt in caelo diuersa & plurima mansiones, plurimis diuersisque virtutibus, quas non persona accipiunt, sed opera.*

Moral. li. vii. cap. 24.

Dialog. li. 4. c. 35.

Lib. 2. contra Iouinianum.

Matth. 10.

opera. Frustra ergo à me petitis, quod in vobis situm est, quod Pater meus illis parauit, qui dignis virtutibus ad tantam ascensuri sunt dignitatem. Hęc Sanctus Hieronymus sapienter & disertè probat ex illis Christi verbis, adeoque textu praesentis Euangelij, sic multas esse mansiones in caelo, vt diuersae sint ac diuersis virtutibus preparatae, neque eas simpliciter Deum ex sola electione preparasse, sed respectu meritum in hac vita eas ab vnoquoque parari & acquiri. Nempè hoc ipsum est quod Apostolus dixit: *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum laborem suum.* Duo dicit, id est, quod propria & peculiaris & certa est vnicuique merces. Proprium enim est, quod aliis commune non est. Propria merces est distincta merces. Secundo dicit, quod illa merces appropriatur vnicuique secundum laborem suum, id est, pro rata laboris & patientiae boni operis (vt alibi loquitur) in hac vita: & vt iterum scribit: *prout gessit quisque in corpore suo.* Quo in loco aduertendum quod Apostolus ponit parem Dei retributionem in bono & in malo. Omnes nos (inquit) oportet astare ante tribunal christi, vt accipiat vnusquisque prout gessit in corpore, siue bonum siue malum. Si ergo de malis certum est, quod non omnes aequalis poena manet (quo quid esset iniustus) sed iuxta Dei verba. *Quantum se glorificauit in delicijs, tantum date ei tormentum & lucrum:* quis dubitare potest aequè certum esse, quod non omnes aequalis merces manet, sed pro varietate meritum in hac vita, erit merces in altera. Quare & Diuus Augustinus hunc Euangelij nostri locum de hac disparitate mercedis ex meritum diuersitate cum cæteris Patribus intellexit. *A perturbatione (inquit) recreantur Apostoli, certi ac fidentes etiam post pericula tentationum se apud Deum cum Christo esse mansuros: quia etsi alius est alio fortior, alius alio sapientior, alius alio iustior, alius alio sanctior, in domo Patris mei mansiones multae sunt. Nullus eorum alienabitur ab illa domo, vbi mansionem pro suo quisque accepturus est merito. Denarius quidem ille aequalis est omnibus quem Pater familias eis qui operati sunt in vinea iubet dari omnibus: quo vtiq; denario vita significatur aeterna, vbi amplius alio nemo viuit: sed multae mansiones di-*

Diuersitas meritum ex scripturis probatur.

1. Cor. 3.

Rom. 2.

2. Cor. 5.

Apoc. 18.

Tract. 67. in Ioan.

1. cor. 15.

uersas meritorum in una vita aeterna significant dignitates. Hæc ille, moxque ex alia Scriptura idem probans, subiungit: *Alia est enim gloria solis, alia gloria lune, alia gloria stellarum. Stella enim ab stella differt in gloria: sic & resurrectio mortuorum: tamquam stellæ sancti diuersas mansiones, diuersas claritates tamquam in cælo sortiuntur in regio: sed propter unum denarium nullus separatur à regno.* Hæc Augustinus. Sunt ergo vt mansiones & retributiones multæ in cælo, sic varia vitæ merita in terra: ideòque nec sola fide, sed ex ratione quoque bonorum operum, nec æqualiter, sed alius alio magis (vnde & Scriptura dicit: *Qui iustus est, iustificetur adhuc*) nec ex Christi iustitia nobis imputata, sed ex sua quisque iustitia quam per Christi gratiam adeptus est, coram Deo in hac vita iustificatur, & apud Deum in altera vita coronatur.

Apo. 22.

Tanto tempore vobiscum sum, & nondum cognouistis me?

Hæreses moderna quam sunt impia.

Locvs iustus exclamandi contra horrendas huius temporis hæreses & fidei corruptelas, in quas hæreticorum fraude populus Christianus adductus fuit. Horum enim nequitia & impietate iam factum est, vt præter alia quamplurima fidei capita abnegata & violata. etiam ipsi Articuli Symboli nostri corrupti & in dubium vocati fuerint post annos iam 1500. & amplius. Iam enim negatur Ecclesia Catholica Apostolica, & alia substituitur particularis noua, nec locis Catholica. nec tempore & successione Apostolica. Iam negatur communio Sanctorum, tam eorum qui in cælo sunt per preces & intercessionem eorum pro nobis, perque uenerationem nostram erga illos, quam eorum qui hac vita defuncti in pœnis purgatorij ingressum beatitudinis expectant, quos precibus iuuare impium aut certe ineptum & vanum esse affirmatur. Iam doctrina de remissione peccatorum horrendè contaminatur, siue tollendo clauas Ecclesiæ per quas remittuntur, siue negando veram & imputatiuam supponedo remiss

remissionē, siue in sola fide illa tali quali totā nostrā coram Deo iustificationem constituendo. Hæc inquam omnia, vt Ecclesia docet contaminantur, & vt ipsimet negare non possunt, vt minimum cōtrouertuntur, in dubium vocantur, vt res incertæ de nouo examinantur. Meritò igitur & nobis Christus dicere potest. *Tanto tempore vobiscum sum, & nondum cognouistis me?* Post annos 1500. de meæ doctrinæ præcipuis capitibus, de fidei communis articulis, de Sacramentis, de Euangelio ipso, de iustitia fidei, controuertitis, litigatis, inquiritis? Nec dū post tot sæcula me & corpus meum, Ecclesiam meam, vocem meam, doctrinam meam, nondum cognouistis. Meritò quod Hebræis olim Apostolus exprobrauit, id multo fortius nobis expr obrare poterit. *Quum deberetis Magistri esse propter tempus, rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei.* Exordia sermonum Dei sunt, articuli symboli Christiani, Ecclesia & eius auctoritas, Sacramenta, cultus externus, iustificatio coram Deo. At hæc fidei nostræ principia propter importunas hæreticorum contradictiones & blasphemias de nouo ostendere, probare, statuere, stabilire nos Catholici cogimur, & per Dei gratiam solidè facimus. Sed vā hæreticis per quos hæc facere cogimur: per quos principia ipsa fidei nostræ in dubium vocantur: per quos tot seculorum Ecclesia Christiana erroris, ignorantia, adeòque fœdæ idololatriæ accusatur. Ergo tanto tempore vobiscum Christus fuit, & nondum cognoueramus eum. Sed reiicienda penitus & prorsus execranda est hæc hæreticorum impietas, quæ tot seculorum in Catholica Christi Ecclesia errorem ponit. Exclamandum cum S. Polycarpo. *O Deus in qua me tempora seruasti, vt hæc blasphemia sustineam?* Et tamen exigui tēporis (erat enim D. Ioannis Apostoli auditor) traditionem Apostolicā contemni viderat. Dicendū cum sapientiss. Theologo Gregorio Nazianeno. *Si ante hos 30. annos fides incepit, quum 400. ferè anni sint ex quo manifestatus est Christus, certè Euangelium tanto tēpore fuit inane.* Hæc ille post annos 400. quāto magis nos post annos 1500. dicendū cū S. Hieronymo. *cur post. 400. ann. doceret nos miteris quod ante nescimus? vsq; ad hunc diē sine ista Oceanum.*

Heb. 5.

Euseb. lib. 5. cap. 20. Hist. Eccles.

Epist. 2. ad Cledonium.

In Epist. ad Pamach. & Oceanum.

In praescript. *Domi. 5. post Epiphian.* doctrina Protestantium noua) *mōdes Christianus fait.* Dicē dū quoq; cū Tertul. *Quomodo ter. & tanta Ecclesia in vna fidem errauerint?* Ergo *uicinus Deus* (sic Spiritum S. vocat) *suis est, cum nō fuerit.* Vide plura huc penitentiā in alia Dominica. Quod si enim propter triennij ad summū disciplinam arguuntur Apostoli quod tāto tempore Christum non cognouerint, neppē quod nescierint quia *ille in Patre, & Pater in se ipso erat,* quod si non ex doctrina (quam tamen sēpē antea inculcauerat, vt apud Ioānem patet) saltem ex operibus eius cognoscere debebant, sicuti in hoc Euangelio Christus arguit dicens. *Alioquin propter opera ista credis,* quanto magis arguendi hodie Christiani, qui post 1300. annorum traditionem, & disciplinam, adhuc nesciunt quod Christus in Ecclesia sua est, & Ecclesia in Christo: quod Ecclesia est vna, & vnica Christi sponsa, *corpus eius, & plenitudo eius,* quod extra hanc Ecclesiam nulla est salus: quia illa est, *columna, & firmamentum veritatis,* quod profecto si non ex doctrina Christi Euangelica didicissent (rem tamen in literis Euangelicis perspicuam) saltem ex operibus Christi in hac Ecclesia vel ex operibus huius Ecclesie in Christo cognoscere hoc debebant: ex tot gentium in ea cōuersione, ex tam celebri, & per orbem totum propagata Christiani nominis confessione, ex religionis Christiane monumentis in ea amplissimis, templis, collegiis, monasteriis, Academiis, & aliis infinitis. Scilicet, tanto tempore Christiani fuimus, & iam primum Christiani esse incipimus? *An sic didicimus Christum, si tamen illum audiuimus, & in illo edocti sumus.* Amplificanda sunt ista.

Nemo venit ad Patrem nisi per me.

Quomodo **L**OCVS contra corruptelas, & imposturas hæreticorum sanē, & orthodoxē populo fideli explicādus. Hæretici enim ex hoc loco euertere se posse putant omnem Sanctorum pro nobis intercessionem, nōsque præterea grauiter accusare, quod alios quasi mediatores quæramus, quā Christus hic aper-

tē dicat. *Nemo venit ad Patrem nisi per me.* Et paulo post, quod ille est, *via, veritas, & vita.* Non igitur quærendi alij per quos ad Deum veniamus. Sed breuiter, apertē, & solidē dicendum, Christus est vnus Mediator inter Deum, & homines principalis, & immediatus seu proximus, qui alios tamen mediatores minus principales seu secundarios, & mediatores non excludit. Paulus hoc apertissime docet. *Deus* (inquit) *erat in Christo mundum reconcilians sibi.* Hic ponitur Christus reconciliator, & mediator mundi principalis. Sed vide quid addat Apostolus. *Et posuit in nobis verbum reconciliationis.* Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Paulus ergo seipsum ponit reconciliatorem hominum cum Deo per modum ministerij. Sicuti ergo *Christus est vnus magister noster,* & tamen dedit alios doctores: Christus est vnus pastor bonus, & tamen dedit alios pastores, vtique bonos: Christus est lux mundi, & tamen Apostolis dixit, *vox estis lux mundi:* sic est vnus Mediator principalis videlicet, & per seipsum, alij tamen sunt ex parte mediatores. Nā & eo ipso in loco quo dixerat Paulus, *vnus mediator hominum Iesus Christus,* obsecrat tamen fieri per Ecclesie præpositos, *obsecrationes, orationes, pro regibus, &c.* Vbi alios secundarios constituit pro hominum salute mediatores, & intercessores. Rursum Christus est via immediata, & proxima, Sancti & Ecclesiarum præpositi qui pro fidelibus apud Deum intercedūt, non nisi per Christum, & mediante Christo ad Deum Patrem accedunt, non enim suo sed Christi nomine perunt. Nemo igitur venit ad Deum nisi per Christum, quia quocumque alio medio peruenire ad Deum contendimus, quando rectē contendimus, illud medium Christo est subordinatum. Sed his verbis excluditur Iudæorum incredulitas, qui per sua legalia excluso Christo, philosophorum vana sapientia, qui per suas prærogatiuas virtutū sine fide in Christum: omnium denique infidelium & hæreticorum vana contentio, qui extra Christum, id est, extra Ecclesiam & corpus Christi ad Deum se venire posse præsumunt.

2. Cor. 5.

Matth. 22.

Ephes. 4.

Ioan. 10.

Ephes. 4.

Ioan. 8.

Matth. 5.

1. Tim. 2.

IN INVENTIONE

S. CRUCIS.

Ioan. 3.

Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet, & filium hominis exaltari.



De S. Crucis adoratione.

L O C V S conueniens explicandi iustam, & Sanctam Catholicæ Ecclesiæ pietatem, tam in hoc inuentæ Crucis festo celebrando, quàm in vniuersa S. Crucis per omnia Christianorum templa adoratione contra hæreticorum hodie insanas blasphemias (quibus utroque nomine Catholicos onerant, fœdæque idololatriæ accusant. Sanè Christus his verbis aperte docet non secus crucem in qua exaltatus est, à fidelibus Christianis, vt signum salutis studiosè contuendam, quàm serpens in deserto exaltatus aspicientibus o-
 lim salus fuit. De serpente in deserto exaltato dicit ad Moysen Deus. *Pone eum pro signo. Qui percussus aspexerit eum, uiuet.* Non dicit qui tetigerit eum, qui amplexus fuerit, sed qui aspexerit eum. *Sic exaltari oportet filium hominis.* Haud dubiè in Crucè, vt qui percussus à serpente, qui peccato læsus aspexerit hoc signum, oculis fidei Christum crucifixum intueatur, vita uiuat. Ideò enim adiecit in hoc Euangelio Christus. *Vi omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Hoc iterù multis Iudæis præsentibus Christus repetit. *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Quæ verba expendens B. Leo sic exclamat. *O admirabilis potentia crucis, o ineffabilis gloria passionis. Traxisti enim Domine omnia ad te, & cum expandisses tota die manus tuas ad populum non credentem consistenda*

Maie-

Num. 21.

Ioan. 12.

Sermon. 8. de Passione.

Maiestatu & sensum totus mundus accepit. Est nêpè Crux Christi seu signum Christi crucifixi, omni ueneratione, & honore dignum, quia sola Crux Christi pro humano genere exaltationem, & redemptionem per Christum factam nostris oculis ad viuum repræsentat. Ideò hæc propriè Crux, vocatur *signum filij hominis*: de quo dicitur quod apparebit in cælo, Christo ad iudicium ueniente, vt alio in loco explicuimus. Et in Apocalypsi vocatur, *Signum Dei viui*. Sed, & hoc propriè epitheto Christus in Scriptura insignitur, postquam salutis nostræ mysterium cõsummatum erat, Angelus mulieribus dixit, *Iesum queritis Nazarenum crucifixum*. Pauli vox est. *Prædicamus Christum crucifixum*. Et iterum paulo post. *Non iudicauit me aliquid scire nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum*. Hæc ob causam ipsa Crux in qua Christus pendebat, ex pretioso contactu Christi sanctificata, & sanguine eius aspersa, sed, & cuiuslibet materiæ Crux à fidelibus honoratur: quia inquam non instrumentum tantum (vt lancea, clauis, & alia) passionis Dominicæ, sed signû, & imago quædam est Christi crucifixi, ipsûmq; Christum in maximo suo erga nos amore, & beneficio repræsentat. Neque quicquam honori debito detrahit, quòd cruces istæ materiales quas Ecclesia veneratur, à Christi corpore, & contactu absint longissimè: Nam & literas regias, & purpuram regiam exutam, & ipsam cathedram regiam vacuum (vt in Anglia fit) variæ gentes etiam Christianorù sine vlla superstitionis nota variè venerantur. Sed, & huc facit quod propheta dicit. *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius*: non solum ubi stant pedes eius. Adeòque hunc locum de S. Cruce S. ^a Hieronymus, & post eum ^b Damascenus. Sanè Dauid, *percussit cor suum quòd tantum oram chlamydis Saul regis abscidisset*. Exuta tamen tunc iacebat in terra, ipso Saul opus naturæ agente. Denique Catholicis sufficere debet, quòd tota SS. Patrum antiquitas hoc signum crucis piè ac studiosè venerata semper fuerit. Propterea à ^a Chrysostomo vocatur, *Argumentum multa benedictionis*: ab ^b Augustino, *venerabile monimen-*

Curcruis signum honoratur.

Matth. 24.

Domin. 1.

Aduentus.

Apocal. 7.

Mar. 16.

1. Cor. 1.

1. Cor. 2.

Cruces materiales cur non honorantur.

Psal. 131.

a in com. ibidem.

b de orthod. fide, l. 4. ca. 12.

1. Reg. 4.

a in demõstr.

cont. gentes.

b de uisitat.

in firm. c. 3.

lib. 6. con-
tra Iulianū.
li. 4. c. 16.
e hom. 55. in
Matth.
fepist. II. ad
Sener.
De incarn.
Dom. sa-
cram. c. 7.
In epitaphio
eius.
In carm. de
pas. Domin.
In carm. pas-
chali.
In demon-
strat. quod
Christus sit
Deus, tom. 5.

tum, à c Cyrillo Alexandrino, saluare, pretiosum, & vene-
rabile lignum: à S. Ephrem in Sermon. de pœnitentia, vi-
uificum signum: à d Lactantio, celestis nota, maximum, &
immortale signum, à S. e Chryostomo, signum salutis
nostræ, à S. f Paulino pignus æternæ salutis. D. Ambrosius
eius venerationem discere docet. Nunquid quom in
Christo imaginem Dei, crucemque eius veneramus, diuidimus
eum. S. Hieronymus Paulam sceminam sanctissimam
laudat, quod prostrata ante crucem adoraret. Lactantius
sic cecinit.

Flecte genu lignumque crucis venerabile adora.

S E D & Sedulius poëta Christianus & antiquus
similiter.

Neue quis ignoret speciem crucis esse colendam.

S E D omnium pulcherrimè & latissimè Chryso-
stomus antiquitate, & eruditione celeberrimus Pa-
ter, isque Græcus, cuius totam orationem hic infe-
ram. Hoc maledictum, hoc abominabile, hoc extremi suppli-
cij symbolum, crux diadematis, & coronis clarius factum
est. Neque enim sic regia corona ornatur caput, ut cruce, qua
omni cultu dignior, & quam omnes prius abhorrebant, eius sig-
guram tantopere querunt. Atque adeo ubique ea inuenitur: a-
pud principes, apud subditos, apud mulieres, apud viros, apud
virgines, apud nuptas, apud seruos, apud liberos, subinde om-
nes ea se signant inscribendo in nobilissimum membrum no-
strum. In fronte enim nostra, quasi in columna quotidie figura-
tur. Sic in sacra mensa, sic in sacerdotum ordinationibus, sic
iterum cum corpore Christi in mysticis cœnis fulget. Hanc ubi-
que celebrari videre licet, in domibus, in foro, in solitudine, in
viciis, in montibus, in collibus, in vallibus, in mari, in nauigiis,
& insulis, in lectis, in vestibus, in armis, in thalamis, in sym-
positis, in vasis argenteis, in aureis, in margaritis, in murorum
picturis, in corporibus brutis male affectis (ad ea sananda)
in corporibus à dæmonii obsessis (ad ea liberanda) in bel-
lis, in pace, in noctibus, in delicatarum choreis, in
monachorum ordinibus. Adeo certatim donum hoc mirabile
rapiunt omnes. Mira hæc est gratia. Nullus confunditur, nul-
lus erubescit, cogitâs quod maledictæ mortis symboli fuerit: sed
omnes ipso magis ornatur quam diadematum coronis, vel multis
gemmatibus, & torquibus. Et non solum non fugitur,
sed

Crucis signum
vbique posi-
tum.

sed & desideratur, & adamatur, & omnes de ea solliciti sunt:
& ubique fulget, & sparsa est in parietibus domorum, in cul-
minibus, in libris, in ciuitatibus, in vicis, in locis qui habitantur,
& non habitantur. Vellem audire à pagano, unde symbolum
tam maledictæ mortis ac supplicij omnibus tã desiderabile sit, si
non magna crucifixi virtus? Hæc S. Chryostomus de ip-
so signo crucis eiusque honore, ab omnibus perso-
nis, in omnibus locis, in sacramentis, habito. Sub-
iungit paulo post de ipso ligno crucis Dominicæ in
hæc verba. Ipsum lignum, in quo positum sanctum corpus
Domini, & crucifixum est, quare: nam habere totus orbis ita
contendit, ut qui paruum quiddam ex illo habent, hoc auro in-
cludant tam viri quam mulieres, & ceruicibus suis aptant,
hinc validè honestati, & magnifici, muniti, & protecti, licet
condemnationis fuerit lignum. Sed qui omnia operatur, &
preparat, qui orbem terrarum à peccato tanto transfert, & ter-
ram calum facit, etiam rem hanc licet contemptam, & omnibus
mortibus turpiorem, supra calos eleuauit. Hæc igitur omnia præ-
uidens propheta dicebat. Erit requies eius honor. Vel ut nos
legimus iuxta Hebræum. Et erit sepulchrum eius glorio-
sum. Hæc ille. Videmus hic descriptam veteri Christiano-
rum pietatem, quam hodie in inflatis buccis sub-
fannât prophani hæretici, luculenter descriptam.
Crucis signum in frontibus signabant, locis omnibus
publicis erigebant, vasis domesticis insculpebant,
in parietibus figurabant, in sacramentorum cele-
bratione, ad morborum curam, ad dæmonum ex-
pulsionem adhibebant: denique lignum ipsum S.
crucis auro includebant, & collo circumgestabant.
Hæc olim Christianorum summa fuit religio. Hoc
hodie cæca habetur superstitio, & quidem in Anglia
hæretica læsæ Maiest. crimen (pro pudor) iudica-
tur. Hoc enim solo nomine, quod cruces argenteas
vel aureas circumferebant, multi Catholici dire vex-
ati, bonis spoliati, in vincula coniecti fuere. Sed his
absurdissimis hominibus relictis, veterum Christia-
norum fidem ac religionem circa S. Crucis venera-
tionem adhuc magis inspiciamus, ut illorum Bar-
bara impietas magis elucescat. De efficacia signi cru-
cis contra dæmones hunc in modum scripsit Lactan-
tius

Lignum crucis
Dominicæ
quàm precio-
sum.

Anglicanæ
hæresis barba-
ries.

Li. 4. c. 27. tius scriptor antiquissimus. *Quanto terrori sit dæmonibus signum crucis, sciet qui voluerit quatenus adiutati per Christum de corporibus quæ possederint, fugiant. Nam sicut ipse quum inter homines ageret, vniuersos dæmones verbo fugabat, ita nunc sectatores eius eisdem spiritibus inquinatos de hominibus, & nomine Magistri sui & signo passionis excludunt. Nam quum diis suis immolant, si assistat aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant. Et hæc sepe causa præcipua iniustitiam persequendi malis regibus fuit. Hæc ille. Nota est historia Iuliani Apostatæ qui visa dæmonum specie inter sacrificia (hoc enim desiderauerat) spectaculo perterritus quum cruce se signaret, more Christianorum, ex quibus olim fuerat, disparuerunt dæmones. Scribit Gregorius Nyssenus D. Basilij frater, & Episcopus ipse doctissimus de sorore sua Macrina virgine sancta, quum iam defuncta esset, inuentam fuisse habere ferream crucis signū & annulum ex eadem materia, in quo particula ligni vitæ condita erat, ex collo ante pectus dependens, & cordi semper adherens. Hanc deuotionem fuisse veteribus communem, vt antea ex Chrysofomo ostendimus, alio adhuc exemplo vetustiori docebo. Quum Lysias sub Imperatore Diocletiano dux exercitus milites in campo recenseret, Orestes quidam vir Christianus ad nomen vocatus, & ordinem astitit Lysias: qui specie collaudata iussit eum pilum torquere ad scopū. Cum is verò manū direxisset, & arma concussisset, quæ ab eo ferebatur in pectore crux aurea è veste eius excussa extrinsecus apparuit, ita vt omnes eam cernerent, & ipse etiam Lysias. Quo eum interrogante cur hoc gestaret, & an Christianus esset, Sum, inquit, seruus crucifixi Domini Dei mei, & hoc gesto amuletum ad omnia mala euer-tenda quæ mihi ingruunt. His dictis in vincula conicitur, & paulo post gloriosum martyrium obiit. Plura ad hanc rē pertinentia, vide in Dom. 1. Aduentus, & infra Octauas Nat. Domini. De inuentione S. crucis per Helenam Constantini Magni matrem lege a Ruffinum in historia Ecclesiastica Eusebio adiuncta, & b Nicæphorum.*

Signi crucis efficacia.

Gregor. Nazian. orat. 1. in Iul. In vita S. Macrina.

In vita S. Eustrelij mart. & sociorum eius.

Crucis collo circumgestate ante annos 1200.

a lib. 1. ca. 7. b lib. 8. c. 27. hist. Eccl.

Vt omnis qui credit in eum non pereat & cat.

V I D E in feria 2. Pentecostes, vt moneatur populus solius fidei iustificantis doctrinam ex his verbis nullo modo colligi posse.

IN DIE ASCENSIONIS Dominicæ.

Exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia iis qui viderant eum resurrexisse non crederant.

2 Marc. vii.



O c v s taxandi incredulitatem hæreticorum, qui non credunt voci Ecclesiæ in rebus fidei, qui eius testimonium non admittunt, nisi ex Scriptura prout illi iudicant intellecta suum testimonium probent. Apostoli enim & cæteri Christo credentes Ecclesiam quæ tunc erat fidelium constituiebant, vt ipsimet hæretici docent. Magdeburgenses Centurialistæ, Melancthon, & alij: His Christus resurgens apparuit, hos testes suæ resurrectionis prædicauerat, vt disertè Petrus affirmat. Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, nobis qui manducauimus, & bibimus cum illo postquam resurrexit à mortuis. Christus ergo quum iam per dies 40. conuersatus cum suis esset, quibusdam apprensus, quibusdam non apprensus, arguit hoc loco illos qui eo quòd ipsi Christum non viderant, cæteris eum vidisse testantibus, non crediderant. Et hoc vltimum documentum, iam iam ad Patrem ascensurus, suis reliquit: docens profectò hanc esse Christi voluntatem, vt credamus in eum, & quæcumque alia credenda sunt, per testimonium Ecclesiæ suæ, per vocem Apostolorum suorum, & successorum: per

Ecclesiæ voci credendum.

Act. 10.

per prædicationem & testificationem eorum, quos in Ecclesia sua dedit, pastores & doctores ad consummationem sanctorum, & in opus ministerij. At hodie hæretici Ecclesiæ credere recusant, nisi quod affirmat ex Scripturis Ecclesia, idem probet: id est, nisi ita probet ex Scripturis, vt hæc ipsa probatio hæreticis probetur. Quod quid est aliud, quam vt ipsimet videant clarèque intelligant ita se rem habere: sicuti in hoc Euangelio quidam discipuli Christum resurrexisse ex aliorum testimoniis credere nolebant, nisi ipsimet eum vidissent, quod illis Christus grauitè exprobrauit, eis hoc nomine & incredulitatem & duritiam cordis, meritò impingens. Sic (exèpli causa) Ioannes Caluinus Conciliorum generalium definitiones ideò se acceptare profitetur, quia ex Scripturis eas rectè disputasse ipsemet vidit & intellexit. sanctos (inquit) illos viros sic in indicando sequimur, vt Dei verbum quod illis præluxit, nobis quoque præluceat. Hæc ille. Quod si ergo Dei verbum Caluino non præluceret, si aliter ille Dei verbum intelligeret, Concilium generale etiam antiquissimum ille stocci non faceret. Hæc enim verba scripsit de Concilio Chalcedonensi general. 4. in quo plusquam 600. Episcopi ante annos 1100. collecti fuerant. Sic eodem in loco de omnibus Synodis profitetur, vt (inquit) omnes Dei verbo examinemus. Hæc est hodie superbia hæreticorum omnium, hæc eorum incredulitas & duritia cordis, quòd voci Ecclesiæ neque in Sanctis Patribus, neque in generali Concilio vllam fidem adhibere volunt, nisi ipsi postea examinent, an iuxta verbum Dei doceant. Sic de Concilio definiuit Aristarchus Caluinus. Concilio, inquit, definitio sit instar præiudicij, ita tamen vt examen non impediatur. Et adhuc paulò post multò generosius, id est, arrogantiùs. Nulla, inquit, Conciliorum, Pastorum, Episcoporum nomina nos impediunt, quo minus omnes omnium spiritus ad Diuini verbi regulam exigamus, quo probemus num ex Deo sint. Profitentur ergo diserte ista ætatis nostræ portenta (nullus enim vetus hæreticus tam impudentè locutus legitur) se nolle Ecclesiam audire, nisi ipsam Ecclesiam ad Dei verbù ipsimet examinent. Loquitur enim in prima persona Caluinus,

Vt verbo

Vt verbo Dei examinemus: vt ad diuini verbi regulam exigamus. Nolunt credere nisi ipsi videant ita se rem habere. Alii qui hoc viderunt, & intellexerunt, fidem dare recusant. Hæc est illa incredulitas, & duritia cordis, quam Christus hoc loco reprehendit. Contra vero Christi voluntas, & sancta ordinatio est, vt Pastoribus, & Episcopis ab eo missis (quos tam fastuosè reiecit Caluinus, & quorum omnium se iudicè constituit) humiliter obediamus, & credamus. Hæc suam voluntatem in hoc ipso hodierno Euangelio patefecit. Postquam enim aliorum incredulitatem taxasset, auctoritatem in sua Ecclesia perpetuam ponit, quam audire, cui credere omnes iubet. Emitte (inquit) in mundum prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò nõ crediderit, condemnabitur. Qui non crediderit vobis prædicantibus, condemnabitur. Quomodo enim credent, quem non audierunt? Quomodo auaiem sine prædicante? Qui vestram vocem, vestrum testimonium non receperit, condemnabitur. Annon verò, & prius quam ad solos Iudæos suos mitteret, tantundem nõ dixerat. Quicumque non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes inde excutite pulcrem de pedibus vestris in testimonium illis, id est, in condemnationem eorum. Vnde & Matthæus addit. Amen dico vobis, Tolerabilis erit terra Sodomorum, & Gomorrhæorù in die iudicij, quàm illi ciuitati. Et verò quails illa missio Apostolorum, & discipulorum ad Christo tunc fuisset, si cuiilibet auditori liceret prædicationem eorum ad veteres tunc Scripturas examinasse? At Christus auditori non examen relinquit, sed fidem imperat. Quanto magis absurdum foret, pastores, & Episcopos in Ecclesia Christi, in Luce Euangelij, in plenitudine Spiritus Sancti, non aliter apud suas oues, & subditos fidem habere in his que docent, nisi omnia ex Scripturis probet, & ita probent, vt ipsi subditi bene, & sufficienter probata esse singula, videant, intelligant, approbent: An nõ hoc est constituere vnumquemque sui pastoris, & Episcopi iudicem? id est, totum ordinem à Christo in Ecclesia positum funditus subuertere? Sed contra hanc arrogantiam, & incredulitatem, tum in hoc Euangelio

A

Chri-

Hæretici volunt videre Christum non credere.

Inst. lib. 4. c. 9. num. 9.

cap. eo. nu. 8

ca. eo. nu. 12

Hæreticorum hodie portenta: ipsa arrogantia.

Christus docet credendum esse voci Ecclesiæ.

Marc. vii.

Rom. i. 6.

Marc. 6.

Matth. x.

Christus acriter nos monuit, tum aliis multis in locis luculenter armavit: sicuti alio in loco huius operis à nobis explicatum est: quibus tamen nunc pauca adiciemus.

DEVS nempe in hoc statu Euangelico quum non per se vel per angelos, sed per Ecclesiã suã loquatur, & illã testẽ posuerit omnis veritatis, debet illa vt testis legitima simpliciter audiri in omnibus quæ docet. Illa testimonium perhibet Scripturis nostris, has demum veras esse atque canonicas. Illa Scripturarum sensum nobis tradit certum & indubitatum. Illa docet nos multa nõ scripta, sed ab Apostolis tradita Ecclesiã: idest, Ecclesiã prapostis, & futuris Magistris: dixit Christus in persona Apostolorum. Vos eritis mihi testes vsque ad vltimum terræ. Mittam vobis à Patre spiritum veritatis. Ille testimonium perhibebit de me:

tum docendo vos omnem veritatem, tum per miracula exterius confirmando, tum per suggestionem internam corda illustrando. Et vos testimonium perhibebitis de me, quia ab initio mecum estis. Quem locum alio in loco tractauimus, atque ostendimus testimonium Ecclesiã externum ad internum Spiritus S. testimonium (ordinariẽ loquendo) semper & necessariõ requiri. Hanc testificandi potestatem sibi datam Apostoli diligenter agnoscunt, proferunt, & venditant. Petrus suo & suorum nomine dixit, Huius rei omnes nos testes sumus. Rursum. Præcepit nobis prædicare populo, & testificari. Duo dicit. Non solum prædicare, sed & testificari. Paulus similiter de se, sui que similibus dicit. si nõ est resurrectio mortuorũ, inuenimur falsi testes. Et ei in Actis à Christo dicitur. Ad hoc apparui tibi vt constituam te ministrum, & testem eorum quæ vidisti. Non solum ministrum sed & testem. Non nudum ministerium habet Ecclesia. sed & testimonium. Sic D. Ioannes. Vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annunciamus vobis. Duo rursum dicit, testari, & annunciarẽ. Et quidem hæc duo multum differunt. Si enim pastor aut Episcopus Ecclesiã, simplex esset narrator, & annunciator, & prædicator eorum quæ docet, quasi referens tantum mandatum Domini sui

Domin. 2.
Quadrages.

Ecclesia est testis omnis veritatis loco Christi.

Act. 1.

Ioan. 15.

Domin. 6.
post Pascha.

Act. 2.

Act. 10.

1. Cor. 15.

Act. 26.

1. Ioan. 1.

Testari plus est quam annunciarẽ.

fui (quale esse Ecclesiã ministerium, & non aliud, hæretici hodie ignoranter affirmant) nulla esset certitudo doctrinæ, quam adfert: ideõque liberum esset auditori credere, vel non credere, nisi ea probaret, quæ diceret. At Ecclesiã prapostis non solum annunciat, prædicat, narrat, sed & testificat ea quæ dicit, loquitur vt testis veritatis à Deo constitutus: ideõque ei simpliciter credendum. Quid enim? An contra testes à Deo missos & constitutos vllus erit exceptio locus? An non hoc est Deo repugnare? In causis humanis, quia ad veritatem explorandam, ex arbitrio partium testes assumuntur, est exceptio ni locus. At in veritate Diuina, quia non ex arbitrio partium, non ex hominum voluntate, sed à Deo tamquam iudice testes assumuntur, eliguntur, segregantur, ordinantur, non magis tam contra illos, quam contra Deum excipi potest, iuxta illud Christi: Qui vos audit, me audit: Qui vos spernit me spernit. Hoc discrimen inter testari, & dicere, ac docere his verbis docet Augustinus: Non sumus (inquit) apud quoscumque loquimur, eorum quæ loquimur testes, sed apud eos quibus expedit, & debetur per nos cognoscere aut credere veritati. Mox que vtriusque exemplum ponit. Sicuti est Iudex in iudicando ne erret (huic enim expedit per testes veritatem explorare) aut qui docetur doctrina religionis: ne videlicet erret in fide, aut in ipsa doctoris auctoritate dubius fluctuet: Hæc ille. Fuit igitur necessarium, vt Ecclesia tamquam testis mitteretur, vt de eius auctoritate nullus relinqueretur ambigendi locus. Christus profiteretur se ideõ in mundum venisse, vt testimonium perhiberet veritati. Christus rursum ita mittit Apostolos in mundum, sicuti ipse missus erat. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Et Ioan. 20. apertius, Eritis mihi testes vsque ad vltimum terræ. Sic Act. 1. ergo displicuit Christo in hoc Euangelio, quod Apostolis testibus præordinatis cæteri discipuli Christũ resurrexisse non crederet, sic displicet semper Christo: magnum peccatum in ipsum Christum est, quod Apostolorum successoribus reliquus populus in tota Ecclesiã sum-

Luc. 10.

In l. de mendacio. c. 17.

Ioan. 19.

Ioan. 20.
Act. 1.

doctrina religionis non credat, non obediat, non acquiescat. Talem obedientiam exigit à suis Paulus, non tamen de numero eorum qui viderant Christum, ne

Peccant in Christum, qui Ecclesiã simpliciter non audiunt.

2. Theff. 1.

2. Theff. 3.

1. Tim. 3.

Absurditas hereticorum hodie.

Princip. fid. doct. libr. 8. c. 8. & 10.

stum, ne quis putet eos solos testes fidei esse. *credimus est.* (inquit) *testimonium nostrum super vos in die illos & paulo post. repetens ac in memoriam reuocans quaedam præcepta antea illis tradita. sicut illis (inquit.) prædicimus vobis, & testificati sumus.* Statimque subiungit, vt huius testificationis vim agnoscas. *Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum.* Tale est Ecclesie testimonium. Propter hanc testificandi vim indubitata, & infallibilem vocatur Ecclesia ab eodem Apostolo: *columna & firmamentum veritatis.* Columna cui innitantur fideles, firmamentum in quo fundentur, firmentur, & conquescant. Egregia verò columna esset, & baculus siculneus, si in docendo & testificando errare posset, ideoque non ei aliter credere tutum esset, nisi omnia quæ docet probaret, atque ita probaret, vt qui credere debeat, rectè rem esse probatam intelligat. Egregium esset firmamentum, in quo nihil esset firmitatis.

DEINDE dicant mihi velim isti Gigantes superbi nostri temporis hæretici. Aiunt se Ecclesie vocem non suscipere, nisi ex Scripturis sic omnia probet, vt ipsi re bene examinata idem approbent. Quæro ab illis. Populus indoctus quem ipsi postea docebunt, an patienter, vt non alia lege illos audiat, quam qua isti Ecclesiam audiunt? An patienter, vt populus ipsorum doctrinam ad regulam Scripturæ examinet? Si sic, quando id populus præstare poterit, totius Scripturæ ignarus? An non erit necesse vt indoctus populus doctoribus credat, doctrinam Ecclesie esse Scripturis conformem? Si non (quod est verius) quis non videt hos hæreticos ideo Ecclesie auctoritatem infirmare, ideo pastores, Episcopos, &c. audire nolle, vt tota Ecclesie & pastorum auctoritas ad ipsos postea transferatur? Porro hanc testificandi auctoritatem, in Ecclesia à Christo positam esse auctoritatem planè diuinam, & qua maiorem Deus ipse in causa fidei non habet, ideoque attestanti Ecclesie simpliciter credendum & acquiescendum nobis esse, in alio quodam libro nostro copiosius videre potest, qui plura videre desiderat.

Qui crediderit & baptizatus fuerit.

saluus erit.

LOCUS illustris ad duplicem hæreticorum hodie impietatem, seu impiam huius Scripturæ peruetionem populo fideli aperendam, vnam circa paruulorum baptismum, alteram circa baptismi effectum. Prior impietas est, eaque absurdissima, quod vt Ecclesie fidem in qua credunt, & baptizantur paruuli euertant, docere eos nõ pudeat, paruulos quum baptizantur, actualem fidem habere, non secus atque adulti habent, & actu credere sicut credunt adulti: alioqui baptizari eos ad salutem non posse. Sic in sua captiuitate Babylonica docuit Lutherus, & post eum Chemnitius in examine. Conc. Trident. ad canonem 13. Ideo autem hoc docent, ne in fide Ecclesie paruulos credere & baptizari agnoscant. Hoc enim, tamquam dogma non scriptum: & quia propriam cuiusq; & specialem fidem promissiones apprehendentem euerit, ferre non possunt. Sed tum eorum sententiam absurdissimam esse, tum Ecclesie dogma firmum esse breuiter ostenditur. Sententiæ hæreticæ absurditas ita per se patet, vt de ea sic scribat S. Augustinus: *scire diuina paruulus (actu autem credere est per fidem scire) qui nec humana videtur nauerint, si verbis velimus ostendere, vereor ne ipsi sensibus nostris videamur ficere iniuriam, quando id loquendo suademus, vbi omnes vires officiumq; sermonis superat euentia veritatis.* Hæc ille tam absurdum iudicans dicere, quod paruuli actu credant, vt pudeat quemquam hoc suadere velle. Sanè si propter hæc verba, *qui crediderit, &c.* paruulos baptizandos actu credere, & propriam fidem habere necessariò sequeretur, sequeretur quoque eisdem prædicari Euangelium debere, vt credant. Ait enim Christus: *Prædicare Euangelium omni creatura, qui crediderit, prædicationi scilicet, & baptizatus fuerit, saluus erit.* Vtrumq; ante baptismum ponit Christus, prædicationem verbi ex parte Ecclesie, & fidem ex parte audientium, vt sequatur baptismus salutem adferens. Si ergo in paruulis, vt ad salutem baptizentur

De baptismo paruulorum in fide Ecclesie non sua propria.

Paruuli nullam habent fidem actu propriam.

Epist. 57.

fides propria & actualis requiritur, auditus quoque Euangelij ex parte ipsorum necessario requiritur. At est hoc per se absurdissimum: ergo & alterum similiter. Iam verò Catholicum dogma paruulos, vt ad salutem baptizentur, credere, sed fide aliena non propria, perspicue & frequenter docet Augustinus, idque tamquam dogma in Ecclesia receptissimum. Dogmatis quoque Catholici veritatem nihil habere absurdi inde ostendit, quia paruulus non peccauit in se, sed in alio. primo scilicet parente, nec proprium habet peccatum actuale, sed originale: quod sanè origine alienum est, proprietate suam. Sic enim hæc de re scribit: *Scriptum est, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Propter quod in Ecclesia Saluatoris, per alios paruuli credunt, sicut ex alijs ea quæ illis in baptizate remittuntur peccata contraxerunt. Et rursum alibi. Pæne rectè que creditur prodesse paruulo eorum fidem, à quibus consecrandus offertur: (hoc est à parentibus, & patrinis) & hoc Ecclesia cõmendat saluberrimam auctoritas. Hæc ille. Rursum alio in loco. Absit, vt ego dicam non credentes infantes. Iam superius disputauit. Credit in altero, qui peccauit in altero. Dicitur credit (scilicet à patrinis) & valet: & inter fideles baptizatos computatur. Hic habet auctoritas matris Ecclesia. Vide vt semper cõfirmat suam sententiam ex auctoritate matris Ecclesiæ. Rursum. Sicut (inquit) paruulos renasci per ministerium baptizantium, ita & eos etiam credere per corda, & ora gestantium confitemur. Credunt ergo paruuli, & credentes baptizantur, sed fide illud fit aliena, sicut hoc ministerio aliorum. Denique Ecclesiæ fidem applicari paruulis dum baptizantur, & in fide non sua, sed Ecclesiæ illos credere & baptizari & saluari clarissime multis in locis idem docet Augustinus. Mater Ecclesia (inquit) cor maternum paruulis præstat, vt sacris mysterijs imbuantur, quia nondum possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Nec idèo tamen eos quisquam fidelium fideles appellare cõtinetur, quod à credendo vtique nomen est: quæuis hoc nō ipsi, sed alij pro eis inter sacramenta responderint. Hæc ille. Hoc autem quo modo fiat, quomodo fides matris Ecclesiæ applicetur paruulo, & proficit paruulo, alio in loco perspicue docet: *Vt paruulus* (inquit)*

regeneret

regenerari per officium voluntatis aliena, cum offertur consecratus possit, facit hoc vnus Spiritus ex quo regeneratur oblatus. Non enim scriptum est, Nisi quis renatus fuerit ex parentum voluntate aut offerentium vel ministrantium fide, sed nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Aqua igitur exhibens formisecus sacramentum gratiæ, & Spiritus operans intrinsecus beneficium gratiæ soluens vinculum culpæ, reconcilians bonum naturæ, regenerat hominem in vno Christo ex vno Adam generatum. Regenerans ergo Spiritus in maioribus offerentibus, & paruulo oblato reuatoque, communis est. Idèo per hanc societatem vnus eisdemque Spiritus prodest offerentium voluntas paruulo oblato. Hæc ille. Ne tamen à solis specialiter offerentibus paruulum, seu parentibus, seu patrinis hæc fides paruulo applicata, quoad fructum fidei scilicet, proficisci videatur. Paulò clariùs in eadem Epistola rem totam his verbis aperit postea Augustinus. Offeruntur paruuli ad percipiendam spirituales gratiam non tam ab eis quorum gestantur manibus (quamuis & ab ipsis, si & ipsi boni fideles sunt) quam ab vniuersa societate sanctorum atque fidelium. Ab omnibus nempe rectè offerri intelliguntur, quibus placet, quod offeruntur: & quorum sancta atque indiuidua caritate ad communicationem Sancti Spiritus adiuantur. Tota ergo hoc mater Ecclesia quæ in sanctis est facit, quia tota omnes, tota singulos parit. Hæc Augustinus. Ex quibus satis constat Catholici dogmatis sensus & veritas, Paruulos aliena fide credere & baptizari, quod hæretici hodie ferre non possunt. Altera hæreticorum hodie circa hæc Christi verba impietas, seu doctrina impia, & quæ infinitis animabus perniciem attulit, hæc est, quod ex his Christi verbis colligunt & inferunt, baptizatos relapsos non per penitentiam remedium quasi per secundam post naufragium tabulam, sed per baptismum semel accepti solam cum fide recordationem, saluari, & in integrum restitui. Sic enim hæc verba Christi exponunt. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, id est, quisquis iam baptizatus credit, in ipsam scilicet promissionem de salute hic factam, eamque fide apprehenderit, hic saluus erit, id est, per illam fidem quæ semel datam in baptizato salutem respicit, eamque recordatur, perpetuò saluabitur.* Volunt enim

Peccata post baptismum non remittit per baptismum.

Paruulos aliena fide credere, vt baptizentur.

Contra 2. Ep. Pelag. libr. 1. cap. 19.

De lib. arb. lib. 3. c. 23.

Serm. 14. de ver. Apost.

Epist. 104.

De pecc. mer. & remiss. lib. 1. cap. 25.

Epist. 23.

Lib. 4. c. 13.
Nun. 3.

Pestilētissima
hæreticorum
doctrina.

In exam. ad
C. u. 10.
fess. 7.
Denuptiis &
concup. lib. 1.
cap. 33.

isti hæretici, Lutherus in Captiuitate Babylonica, Chemnitius in examine ad Can. 3. & 10. scilicet 7. de baptismo, Calvinus in sua institutione, nos sic in omnem vitam baptizari, ut per baptismum non solum peccata præterita, sed etiam omnia subsequētia deleantur, quoties per fidem recurrimus ad pactum, & promissionē hanc Christi in baptismo cuiusque factam. Ideoque penitentiam quidem adesse oportere, eam videlicet, quæ in terrore, & pauore conscientie consistit, non tamen per aliquod penitentia sacramentum, non per contritionem, confessionem, & satisfactionem peccati, ut Ecclesia docet, sed per fidem baptismi seu promissionis, & pacti à Deo nobiscum in baptismo iniçi in numquemque saluari: quia videlicet Christus semel dixit. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit*, id est, qui semel baptizatus postea credit in baptismum præteritum, ille saluus erit per talem fidē quæ baptismum præteritum apprehendit. Hæc est hæreticorum hodiē doctrina carni dulcissima, sed spiritui perniciosissima, ex his Christi verbis sceleratē corruptis hausta, qua infinitas animas perdiderunt, penitentia sacramento hac vna impia persuasione sublato. Sed & ex S. Augustino hanc corruptissimā doctrinam sese accepisse aiunt. Eius enim hæc verba citat Chemnitius. *Ea regeneratione quæ nunc fit per sacrum lauacrum usque in finem cuncta mala hominis sanantur atque purgantur. Sic enim accipiendum est quod ait Apostolus, Christus mundauit Ecclesiam suam lauacro aquæ in verbo, &c. Ut eodem lauacro regenerationis, & verbo sanctificationis, omnia prorsus hominum regeneratorum mala sanentur atque mudentur: non solum peccata quæ omnia nunc remittuntur in baptismo, sed etiam quæ posterius humana ignorantia vel infirmitate contrahuntur. Non, ut baptisma quoties peccator repetatur, sed quia ipso quod semel datur fit, ut non solum antea, verum etiam postea, quorumlibet peccatorum venia fidelibus impetretur. Hæc Augustini verba huc vsque citat Chemnitius, sed ea quæ sequuntur dolo malo prætermittit, in quibus Augustinus quo sensu hoc totum dixerit, manifestè declarat, quæ mox proferemus. Sed, ut prius tota hæreticorū sententia declaretur, illi ex his Christi verbis sic,*

vt

vt iam diximus peruersè explicatis, & ex hoc Augustini loco affirmant, ad omnia peccata delenda, & ad plenam salutem consequendam solam baptismi cum fide, & penitentia recordationem sufficere. Sed penitentiam adiungunt non veram, ceterum terrores quosdā conscientia, quibus vbi peccator concussus fuerit, mox recolendo baptismum refocillatur, reconciliatur, saluatur. Sic Calvinus docet. *Non est (inquit) existimandum baptismum in præteritum dumtaxat tempus conferri, ut nouis lapsibus post baptismum querenda sint alia noua expiationis remedia in aliis nescio quibus sacramentis, perinde ac si illius vis absoluta esset, sic autem cogitandum est quocumque baptizemur tempore, nos semel in omnem vitam ablui, & purgari. Itaque quoties lapsi fuerimus, repetenda erit memoria baptismi, & hac armatus animus, ut de peccatorum remissione certius securusque sit. Nam etsi semel administratus præteritis visus est, posterioribus tamen peccatis non est abolutus. Puritas enim Christi in eo nobis oblata est: ea semper viget: nullis maculis opprimitur: sed omnes nostras sordes obruit, & extergit. Hæc ille, totum sum effundens venenum, quod tamen, ut melle aliquo obliniat, & ne omnem prorsus penitentiam excludere videatur, subiungit statim, Neque hinc tamen peccandi in futurum licentia captanda est: sed hæc doctrina iis tantum traditur qui vbi peccauerunt, sub peccatis suis fatigati, & oppressi gemunt, ut habeant quos se erigant ac consolentur, ne in confusionem ac desperationem ruant. Hæc ille. Nempe isti hæretici si aliqua asperior subeunda esset penitentia, delicati homines desperarent. Sic, & Lutherus docet. *In omnibus, inquit, conscientia terroribus, & pauoribus (quos profecto etiam sceleratissimi homines inuiti patiuntur sæpè) si stet vel redeat fides in promissionem in baptismo factam, in momento absorbentur omnia peccata: idque propter hanc promissionem in baptismo annexam. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Hæc ille. Hæc est illorum pestilētissima doctrina in his Christi verbis pessimè intellectis fundata. Docebit ergo hoc loco populum pius cononator, vel vt hanc pestilentem doctrinam eorum animis eximat, si ea infecti sunt, vel vt hereticos traducat atque in iustum odium pertrahat, si ea att-**

Loco iam citato,

In captiuit. Babylon.

Eti non sunt, vel certè, vt Christi verba ab hæreticorum corruptione vindicet, hæc tria. Primùm q̄ Christi verba hunc nouitum sensum nullo modo ferunt. Secundò q̄ hæc noua doctrina Euangelicæ ex diametro repugnat. Tertiò q̄ S. Augustini verba citata eam nõ iuuant quicquam. Quod ad primùm attinet, manifestum est in his verbis, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.* Christum docuisse primùm fidem postea baptismum ad salutem necessariò requiri: iubet enim Apostolos *Euangelium prædicare vniuersæ creaturæ.* Deinde adiungit. *Qui vobis prædicãtibz Euangelio crediderit, & fide accepta baptizatus fuerit* (hoc enim Sacramentum, & externum signum fidei coniungi volo) ille *saluus erit.* Agit de fide baptismum præcedente non subsequente, *credere* hoc loco non significat baptismum præteritum credere, vel credendo apprehendere aut recolare aut recordari (vt isti hæretici insulsiuimè volũt) sed significat ad baptismum futurum sese disponere. Loquitur Christus de fide adhibenda Euangelio annunciato, non de fide adhibenda promissioni in dicto verbo factæ: quam certè nisi baptizandus haberet, numquam baptismum peteret. Agit enim disertè hoc loco Christus de prima fidelium vocatione, & initiatione. Docet Apostolos quid illi primò, & ante omnia facere debeant, *Prædicare Euangelium.* Docet omnes gentes, quid illæ audita prædicatione facere debeant. *Credere, & baptizari.* Non docet quid homines iã baptizati, iã fideles iam credentes facere oporteat, sed primam salutis ianuam, primùm aditum Christum hoc loco docet, & addens apud Matthæũ, quid iam baptizati ab Apostolis doceri, quid ipsi facere debeant, ac dicens, *Docentes eos seruare omnia quaecumque mandauit vobis.* Hoc incumbit iam credentibus, & baptizatis, vt seruent mandata Dei in fide recta, quam in baptismo professi sunt. Hunc quoque esse apertum, genuinũ, & necessarium verborum Christi sensum tota praxis Ecclesiæ docet, (quam etiã ipsi hæretici hodiè violare non sunt ausi) vt à baptizandis fidem ante omnia requireret, ac sic postea baptizarentur. Interrogatur, *Credis:* & respondent vel per se vt adulti, vel per paruuli, *credo.* facta fidei professione baptizantur. Non ergo ille

Verborũ Christi explicatio.

Matth. 28.

sensus nouellus stare potest, quo Christum hoc loco de fide baptismum subsecuta loquutum esse affirmant: ideòque tota illa speculatio de apprehensione, & recordatione baptismi præteriti in his verbis fundata, funditus corrui. Catholici sensus nõ in Ecclesiæ praxi tantum, sed & in ipsi Scripturis ex plã manifesta sunt. Eunuchò postulatũ baptismum respondit Philippus. *Si credis ex toto corde, liceo tibi baptizari.* Iudæis primam Petri cõcionem audientibus, iam *compunctus corde.* id est, credentibus verba Petri, alioqui non compungerentur, sed iocularentur, & irriterent ea, ait Petrus. *Penitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum.* Sic Ananias conuersum iam, & orantem, ideòque credentem Paulum baptizauit. At nouellus hæreticorum sensus omni prorsus ex plõ, & in Scripturis, & in Ecclesiã caret. At dicit hoc loco hæreticus, *Etiã fortè verborum Christi sensus talis non sit quem diximus, tamen quia credentibus baptizatis Christus salutem promittit, debet certè illa promissio firma, & immota manere, ideòque quum in peccata prolapsi, & de peccatis per dolorem compuncti sumus, ad huius promissionis firmitatem recurrere debemus, eaq; nos consolari ac reficere.* Nã baptismus est solennis obsignatio, & perpetuũ sigillum atque testimoniũ nos admissos esse in participatione beneficiorũ Christi, &c. Hoc autem fœdus semel à Deo nobiscũ in initum, numquam irritatur, iuxta illud Esaiæ. *In misericordia sempiterna miserius sum tui.* Hæc quidem eorum vana speculatio est, qua se, & alios decipiunt. Sed illa promissio salutis facta credenti, & baptizato, non aliter firma, & perpetua est, nisi si innocentie stolam in baptismo acceptam integrã conseruet: *nisi omnia quaecumque mandauit Christus custodiat.* Hanc legem, hanc conditionem Christus baptizatis apud Matthæum posuit, vt alio in loco latius ostendimus. Pactum semel à Deo in initum ex eius parte firmum, & immotum est. sed ex parte nostra, heu nimis facile, & frequenter violatur. Deinde hæc verba, *saluus erit,* duplicem habere sensum possunt. Primùm, salutem, id est, remissionem peccatorum cõsequetur: qui certè proprius est, & literalis. Sic enim Ana-

Act. 8.

Act. 1.

Act. 9.

Hæreticorum alia speculatio.

Esa. 54.

Eadem euer-titur.

Dominica SS. Trinitatis.

Act. 22. nias Paulo difertè dixit. *Surge & baptizare, & abluere peccata tua.* Sic Petrus ad Iudæos. *Baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum.* Sic Paulus scribit, *in baptismo donata esse nobis omnia delicta.* Ista autem remissio fit tantum præcedentium peccatorum, non autem eorum quæ postea sequuntur: dicente Paulo difertissimè. *Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, id est, baptizati (vt omnes veteres intellexerunt) & prolapsi sunt, rursus renouari ad penitentiam, id est, baptismi beneficio rursus gaudere.* Secundò, hæc verba, *saluus erit,* significare possunt: salutem consequetur æternam. Et hoc etiam verum est si cætera ad salutem hanc necessaria compleuerit: hoc est, *si omnia quæcumque mandauit Christus serauerit,* & relapsus in peccatum non fuerit. Vterque igitur sensus sententiam hæreticam refellit, & scèdissimam deprauationè verborum Christi subuertit. Quod nunc ex secundo partitionis factæ mēbro elucefcat. Prolapsi enim post baptismū nō ipsi? baptismi præteriti aut promissionis in eo factæ fidè ac recordationem, sed bonā penitentiā proprium remediū esse, Scriptura clarè docuit, & Ecclesia hætenus nemine dubitante semper credidit. Simoni Mago iam baptizato, & relapso, quid quæso dicit Petrus? An quod diceret Lutherus vel Caluinus? Memineris te esse baptizatum, & in baptismo salutem consequutum. Crede nunc eandem salutem tibi certam, & repositam esse. Nihil tale Petrus: sed apertè dicit, *Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* Et quidem hoc dixit Simoni iam tremefacto & concusso. Dicebat enim Simon. *Precamini vos pro me ad Dominum. vt nihil horum veniat super me.* Sic Ioannes in Apocalypsi Episcopo Ephesino, qui caritatem primam reliquerat, *Memor,* inquit, *esto vnde excideris, & age penitentiam, & prima opera fac.* Rursum in Euangelio filius perditus typlus est baptizatorum qui in peccata grauia relabuntur, vt studiosè docet S. Basilius. Ille autem per penitentiam patri reconciliatur, nō per fidem prioris substantiæ & gratiæ à patre acceptæ, quam viuendo luxuriosè dissipauerat. Hoc vnicum, & proprium penitentia

nitentiæ remedium omnes vno ore Patres docent. Certè hæc pestilens doctrina alia Christi verba prorſus euacuat, & clauis Ecclesiæ datas pœnitus confringit: illa sanè, quibus dixit. *Accipite Spiritum Sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c.* De qua potestate remittendi peccata Ecclesiæ data in aliis Euangelii tractauimus. Iam verò quod tertio dicendum posuimus, Augustini verba citata nihil prorsus hanc hæreticam sententiam iuuant. Docet quidem Augustinus, baptismum non pro eo solū tempore quo administratur, & confertur, sed & in omnem vitam valere, sic vt totius vitæ peccata lauacro regenerationis tollātur. Sed non alio sensu dicit quàm quia ipsa pœnitentia, oratio, Eleemosyna, aliæque peccatorum remedia, quibus relapsi baptizati in integrum restituntur, non nisi baptizatis possunt prodesse, idèoque ipsum baptismum aliquo modo facit, vt peccata postmodum commissa condonentur. Hunc suum sensum in verbis proximè subsequētib; manifestè ostendit. Sic enim scribit. *Quid enim prodesset vel ante baptismum penitentia, nisi baptismus sequeretur, vel postea nisi procederet: In ipsa quoque Dominica oratione, quæ quotidiana est, nostra mundatio quo fructu, quo effectu diceretur: dimitte nobis debita nostra, nisi ab eis qui baptizati sunt diceretur? Itemque Eleemosynarum largitus, & beneficentia quantalibet cui tandem ad sua peccata dimittenda prodesset, si baptizatus non esset? Postmodò regni calorum ipsa felicitas vbi nullum amplius vel concupiscentiæ vel aliud malum erit, quorum erit nisi baptizatorum!* Hæc Augustinus. In quibus apertissimè docet baptismum ad peccata postmodum tollenda ipsamque vitam æternam consequendam valere, non vt hæretici imaginati sunt, per fidem aut recordationem baptismi vel promissionis in eo factæ, sed hoc solū sensu ac modo, quia baptismus est horum omnium bonorum ianua, aditus, principium: quia non nisi baptizati ad hæc bona perueniunt. Baptizatus quippe & per baptismum Christo incorporatus, vel vt Apostolus loquitur, *Christum induens,* ad cætera Dei & gratiæ beneficia participanda ius quoddam habet, sicuti videlicet non iam hospes, & advena, sed ciuis, & domesticus, adèoque filius Dei. Ius inquam ha-

Domin. in A. b. i. s. & Do min. 18. post Pentecosten.

Augustini verba supra allegata exponuntur.

Incorporatio per baptismū, quantum valeat.

Gal. 4. Ephes. 3. b et

bet non quidem, vt cum Dei offensa, & in peccatis manens hereditatem accipiat, sed vt noua adoptione opus non habeat, vtque remedia reconciliationis quæ relapsis ordinantur iure suo accipiat. Infideli aut non baptizato beneficium absolutionis in Ecclesia, participatio corporis Dominici, cuiuslibet denique Sacramenti vsus prorsus negatur. Infidelis aut non baptizati pœnitentia, oratio, elemosyna ad remissionem peccatorum numquam valebit. Sed facit fides, & sacramentum fidei, quod est baptismus, vt hæc singula ad salutem profint, tamquam membris iam corporis Christi: palmæ à suo trunco rescissus, vt cumque terræ infigatur, vt cumque irrigetur, colatur, numquam virescet. Inferi oportet Christo, vt Christi beneficia, Sacramenta, charismata participare quis possit. Hæc est ergo baptismi vis, per quem Christum induimus. vt eo accepto, omnia postea bona opera nostra apud Deum sint efficacia: nostra pœnitentia, oratio, Elemosyna, &c. coram Deo valeant ad remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Hoc est, illud quod Augustin. loco citato docuit. Quod quia hæretici non intellexerunt, ideò & se & alios deciperunt. Sola filiorum Dei bona opera (non paganorum, Iudæorum, hæreticorum) merentur vitam æternam, non quia esse filium Dei, vel esse in gratia sit causa proxima, aut vnica, aut sufficiens, producens meritum, sed quia est radix meriti tantum. Sic omnino baptismus est radix, & fundamentum non causa proxima, sola, sufficiens, aut operans, beneficiorum omnium quæ baptizatos consequuntur. Simile videre licet in ciuilitate quam vocant, quæ facit ciuem. Illa enim non est quidem causa proxima, aut sola totius lucri, quod in ciuilitate consequi aliquis potest artem suã exercendo, sed est certè radix & principium illius, quia eo quod ciuis est, vel natus, vel adoptatus, ius habet suam artem in tali ciuilitate exercendi, quale ius hospes, & aduena non habet. Hæc explicatio uox solum ad hæreticorum pestilentem doctrinam aperiendam, & refutandam, sed etiam ad ipsius baptismi vim melius intelligendam, & ad hæc Christi verba plenius exponenda,

Baptismus radix non causa proxima beneficiorum per Christum.

vtilis,

vtilis & accommodata esse poterit.

Postquam loquutus est eis, assumptus est in calum.

Locus esse potest in modo & circumstantiis Ascensionis Dominicæ explicandis, illam circumstantiam seu ceremoniam attingendi, quam D. Lucas adiecit, dicens. *Et eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in calum.* Hæc enim circumstantia tam diligenter à D. Luca expressa, & in ipso Ascensionis Dominicæ puncto à Christo adhibita, nec præteriri debet, & contra hæreticos horum temporum commodissimè tractari potest. Barbari enim hodiè hæretici & omni spiritali gustu destituti, hac benedictionis ceremonia nec vtuntur ipsi, & Ecclesiam Catholicã, quæ illa frequenter vitur ludibrio habent. At Christus in hoc Euangelio, suis dilectissimis discipulis, *Benedixit, & eleuatis manibus benedixit, & ascendens in calum benedixit, & benedicens ab eis recessit:* benedicens valedixit. Quæ non moueat postrema in terris Christi actio, postrema ceremonia, eaque ab Euangelista tam diligenter expressa? Non solum ait Lucas, *Benedixit eis*, sed addit: *dum benediceret illis recessit ab eis, & ferebatur in calum:* vt intelligeremus postremam prorsus Christi in terris actionem, hanc fuisse benedictionem. Deinde ne quis putaret vocalem aliquam comprecationem hanc fuisse tantum, addit Lucas, *eleuatis manibus*, vt non dubitemus eam fuisse benedicens formam, quam postea Apostoli conspecta hac Christi benedictione, eiusque forma, ipsimet vsurparunt, suisque successoribus, & posteris tradiderunt. Fuit, & in veteri lege benedictionis externæ vsus. *Moyse & Aaron egressi tabernaculum benedixerunt populo. Aaron extendens manum ad populum. (i. versus populum,) benedixit ei.* Sic Iacob extendens manus benedixit duobus filiis Ioseph, Ephraim, & Manasses. At verò post Christum, & ex hoc Christi exemplo, tum in sacris mysteriis, tum in priuatis congressibus, Ecclesiarum præpositi Apostolorum successores hac benedictionis ceremonia religiosè semper

Luc. 24.

De benedictionis ceremonia.

Leuit. 9.

Gen. 49.

Epist. 59. ad
9.6.

per sunt vsi, populufque Christiani reuerenter eam accepit. De benedictione sacerdotali in sacris mysteriis ita scribit Augustinus. *Cum populus ad altare benedicitur, tunc Antistites veluti Advocati susceptos suos per manuum impositionem misericordissima offerunt potestati.* Nempe sicut Christus ex hoc mundo recedens suis Apostolis & discipulis per manuum impositionem benedicens, eos Dei patris misericordia obrulit & commendavit, sic postea Christi vicarij, Ecclesiarum antistites faciunt, & potissimum ad altare faciunt. Huius in sacris Miste mysteriis, sacerdotalis benedictionis mentionem faciunt antiquissima Concilia, Agathense & Aurelianense primum. Benedictionem vero Episcopalem in priuatis congressibus veteri quoque Ecclesie in vsu fuisse, vno aut altero exemplo monstrabo. D. Augustinus commemorans se cum alijs (quam necdum Episcopus ipse esset) egrotum quendam amicum, vbi & presens Episcopus loci erat visitasse, ac visitatione peracta discessisse, ait. *Accepta ab Episcopo benedictione discessimus.* Hæc videlicet Christianorum tunc religio ac deuotio erat. Similiter in Ecclesia Græca, quo tempore Constantinopolitanū Concilium primum Constantinopoli celebraretur, Nectarius ciuis Tarsensis (qui & eodem tempore, atque adeo ex huius facti occasione Archiepiscopus Constantinopolitanus factus est) reditum in patriam cogitans, venit prius ad Diodorum Tarsi Episcopum, Diocesanum suum, *vt ab eo cum precatione benedictionem acciperet.* At verò hæc Episcopalis benedictio quantum vim habeat, illustre exemplum S. Antonini Archiepiscopi Florentini docere potest. Dederat ei munusculum quoddam rusticus aliquis. Episcopus datori benedixit dicens, *Retribuat tibi Deus.* Rusticus alterius generis mercedem expectans, quum iratus discederet, Episcopus eo reuocato, iubet afferri bilancem, & rustici donum in vna lance reponi, suam verò benedictionem cum verbis citatis in chartula conscriptam in altera lance, vt quid cui præponderaret, probaretur. Mira res: Benedictionis Episcopalis chartula donum rustici grauius deprimebat. Voluit hoc crasso

can. 47.
can. 28.

De ciui. Dei
lib. 22. ca. 8.

Niceph. hist.
Eccles. lib. 11.
cap. 12.

Psal. 108.

exemplo

exemplo docere Deus, quanta esset benedictionis Episcopalis vis. Quod ad hæreticos attinet qui ista vel non credunt, vel non curant, accidit haud dubie illis quod propheta imprecatur. *Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Nobis Catholicis, Christi Saluatoris exemplum, & perpetua antiquissimæ Ecclesie praxis, & consuetudo contra omnes eorum infideles cachinnos sufficere merito potest, & debet.

In vita eius
apud Suriu.

FERIA SECVNDA

PENTECOSTES.

Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum unigenitum daret, vt omnes qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Ioan. 3.



IOCVS opportunus explicandi populo contra hæreticorum fraudes, & imposturas. verum & germanum sensum dulcissimæ huius erga homines dilectionis diuinæ. Ineffabilis enim certè hic Dei Patris amor erat, quo sic mundum dilexit, vt vnigenitum suum daret, hoc est, in mundum mitteret, carnem assumere, hominem fieri, nasci, pati, ac mori voluerit, *vt omnis qui credit in eum non pereat, &c.* Sed hoc ineffabile beneficium peruertit hæreticus, & planè reddit infructuosum, dum eius vim atque effectum peruersissimè exponit, verbè que Christi Redemptoris in sensum alienissimum detorquet. Quia enim Christus Dominus hoc loco dixit huius beneficii eam esse vim, cum finem ac fructum, *vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam,* isti importuni homines, quasi capientes Christum in verbo suo, inferunt statim hoc ipso, & solo quòd quis credat in filium Dei, saluum esse vnumquemque, & ad vitam æternam per Christum consequendam. solam fidem sufficere, solam fidem esse propriè necessariam: Christum de-

Contra solam
fidem hæreticorum.

Hæretici capiunt Christum
in verbo.

nique credentibus in eum, non operantibus, pœnitentibus, &c. vitam æternam promittere. Omnis (inquiunt) qui credit in eum non peribit. Ergo ne pereamus satis est credere in eum. An non hoc est Christum in verbo capere? & rigorem verbi rigidè premere? Ergo ò hæretice alia Christi verba non attendis, vbi mandatorum obseruationem postulat dicens, *Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Ergo Christi verba commodè interpretari non permittis, vt fidei hoc in loco non sufficientiam omnimodam, sed necessitatem absolutam eius verba doceant. Planè omnis qui credit in Christum non peribit, sed habebit vitam æternam, quia profectò quicūque credit in Christum, alia quoque gratiæ præsidia accipiet à Christo, quibus saluetur, vt sic credēs non pereat. Sed quia illa alia præsidia nemo nisi credens accepturus est, & nemo saluabitur per Christum, nisi ante omnia credat in eum, idcirco dicit Christus, *vt omnis qui credit in eum non pereat.* Credendo nempe cætera accipiet vnde saluetur. Sic postea apud eundem Euangelistam Christus. *Qui credit in me, non sitiet vquam.* An verò putas statim quòd solùm credendo ad tantam perfectionem peruenies? Nihil minus. Sed primum aditum ad fatietatem æternam docet esse fidem: iuxta illud Apostoli. *Habemus accessum per fidem in gratiam istam.* Propterea Christus iterum in Euangelio dixit, *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aqua viua.* Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes. Ecce hic vides præsidia gratiæ credentibus data, quibus adiuti salui erunt. Hæc enim aqua viua est gratia Spiritus Sancti, quem effudit in nos abundè. Et vbi vel quando? Certe in baptismo, in sacramento fidei, tunc quum Christo primum initiaremur. Sic docet Paulus, *saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti quem effudit in nos abundè.* Porrò hæc effusio Spiritus S. quid aliud est quàm donum caritatis, per quam fides operatur, id est perficitur, & fit fides saluifica. Sic Paulus. *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum S. qui datus est nobis.* Omnis ergo qui credit in Christum, non peribit, quia credentibus in eum

eum diffunditur in corde caritas, quæ otiosa non est, sed mandata seruat. *Qui enim diligit me, sermonem meum seruabit, ait idè Christus.* Rursum, qui diligit Deum, diligit proximum. *Dilectio autem proximi implet legem.* Non ergo solùm credere in Christum dat vitã æternam, sed credere in Christum facit primum aditum ad vitam æternam, impetrat alia media, quibus comparatur vita æterna. Sic sæpè Augustinus; *Fides impetrat gratiam, qua lex impletur.* Et rursum: *Violentia fidei Spiritus S. impetratur, cuius gratia lex impletur.* Dicit iterum apud Ioannem Christus: *Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.* An ergo ne in tenebris maneamus, satis erit credere in Christum? At idem Ioannes contrarium docet: *Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est vsque adhuc. Qui diligit fratrem suum in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat.* Ecce idem Euangelista perspicuè docet, ne in tenebris maneamus, dilectionem proximi retinendam esse. An Christo contrarius est, qui dixit, omnem qui credit in eum, in tenebris non manere? Minime sanè. Sed Christus primum lucis gradum docuit, & maximè necessarium, & quo mediante, ad cæteros gradus peruenitur. Ioannes alium gradum apposuit, æquè ad lucem, & vitam necessarium, atque est ipsa fides. *Qui enim non diligit, manet in morte, ait idè ibidem.* Cur autem Christus Dominus nō nisi fidem in his locis omnibus commendauerit, & in aliis Euangelij locis fidei salutē perpetuò quasi attribuit, quomodo etiam Scripturæ sæpè totum effectum vni causæ tribuant, quum aliæ causæ plures sint quas taceat, in aliis Dominicis explicuimus, quæ & huc afferri possunt.

PRÆTEREA credere in Christum, si quis ipsa verba vrgere vellet, non est simpliciter fidem habere de Christo. sed est credendo tendere in Christum, & in eius beneficia animum intentum gerere. Et hunc sensum ipsa Christi verba proximè præcedentia confirmant. Quum enim Nicodemo dixisset: *sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam*

Matth. 19.

Omnis qui credit in Christum non peribit: quomodo verum.

Ioan. 6. Fides est primum aditus ad vitam.

Rom. 5. Ioan. 7.

Tit. 3.

Gal. 5. Rom. 5.

Ioan. 15.

Rom. 12.

De Spiritu & c. 22. De fide, & operib. c. 21. Ioan. 12.

1. Ioan. 2.

Fides primum gradus lucis.

1. Ioan. 5.

Dominica Quinquages. & 18. post Pentecost.

Credere in Christum quid.

Ioan. 3.

FERIA TERTIA

Pentecostes.

Qui intrat per ostium, Pastor est ouium.

Ioan. 10.



OCVS proprius ostendendi contra haereticos nostri temporis certam & legitimam vocationem necessariam esse, vt quis Pastor ouiu in Ecclesia Christi censetur. Debet enim intrare per ostium, qui Christus est, hoc est, ab illo mitti. Mittitur autem a Christo, qui ab illis missionem accepit, quos Christus misit. Christus autem non omnes suos discipulos & auditores misit, sed (vt ait Paulus) quosdam dedit Apostolos, quosdam Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores & doctores. Hic rursus a Christo missi alios miserunt. Paulus & Barnabas, Lystram, Iconium, & Antiochiam Pisidia pertransientes, constituerunt illis per singulas Ecclesias Presbyteros. Petrus pastores in Ponto, Galatia, & Bythinia constituit, quos sic alloquitur, Pascite qui in vobis est grex Dei. Paulus reliquit Titum Cretae, vt constitueret per Cuitates Presbyteros sicut ipse disposuit ei. Similem Timotheo a se potestatem datam his verbis testatur: Quae audisti a me per multos testes, haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt, & alios docere. Diuus Ioannes Euangelista rediens ab exilio in Parthos, per varia gentium loca constituit Episcopos, teste Eusebio in Historia Ecclesiastica. Denique de omnibus Apostolis scribit Irenaeus: Ecclesiam quae vno quoque loco est, id est, Catholicam, per successionem Episcopis regendam illos tradidisse. Hunc ordinem, hanc rationem in Ecclesia Christi perpetuo futuram, vt non nisi per ostium intrarent Pastores ouium, & Propheta Esaias praedixit, & Christus aliis verbis repetiit. Esaias de Christo Salvatore perspicue sic loquitur. Quum venerit Redemptor Sion, hoc sedus meum cum eis, dicit Dominus

De legitima vocatione ad ministerium verbi.

Act. 14.

1. Petr. 5. Tit. 1.

2. Tim. 2.

Lib. 3. c. 23.

Lib. 3. c. 63.

Certa successio Pastorum

Esai. 59.

iam aeternam, subiunxit statim quasi confirmando quod dixerat: Sic enim Deus dilexit mundum, vt unigenitum suum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, &c. id est, qui credendo attendit in filium Dei crucifixum, sicuti Iudaei in serpentem exaltatum attendere iubebatur, vt attendentes saluarentur. Sic hunc locum explicat S. Augustinus: sicut exaltauit Moyses serpentem in eremo, vnde sanarentur qui in illo deserto a serpentibus mordebantur, & illum exaltatum attendere iubebantur, & quisquis attenderet sanabatur: sic oportet exaltari filium hominis, vt omnis qui credit in eum, id est, qui attendit exaltatum, qui non erubescit crucifixum, qui in cruce Christi gloriatur, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Haec ille. Iam vero attendere exaltatum, est ea quae sursum sunt sapere, non quae sunt super terram. Non erubescere crucifixum, est mortificationem Iesu Christi circumferre in corpore nostro. In cruce Christi gloriari est, vt Paulus fecit, quum diceret: Mibi absque gloriari, nisi in cruce Domini N. Iesu Christi, in quo mihi mundus crucifixus est. & ego mundo. Sic ergo credere in Christum non est speciale fide haereticorum, vel fiduciam potius habere, ac neque solam orthodoxam fidem tenere, sed est credendo sequi vestigia Christi, & ambulare sicut ille ambulauit, & configurari morti eius. Vt literae Apostolicae nos docent. Hanc ob causam, credere in Deum distinguit diligenter Augustinus, ab eo quod est credere Deo: & exponit quid sit: Hoc est (inquit) credere in Deum, credendo adhaerere ad bene cooperandum, bona operanti Deo. Qui sic fane credit in Christum, vt ei adherendo & ab eo adiutus bene operetur, non peribit, sed habebit vitam aeternam.

FERIA

Serm. 14. de verbis Apostoli.

Coloss. 3.

2. Cor. 4. Gal. 6.

1. Pet. 2. 1. Ioan. 2. Philip. 3.

Enarrat. in Psalm. 77.

aliqui enim

dicunt quod

quod dicitur

in cruce

Christi

gloriari

est

credere

in Deo

Dominus Spiritus meus qui est in te, & verba mea quae posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, nec de ore seminis tui, dicit Dominus, à modo & usque in sempiternum. Ostendit verbum Dei, & Spiritum Dei, hoc est sensum verbi, perpetua successione serie in ore Pastorum (nam verba sua in ore Pastorum posuit Deus) permanere. Sed vt seminis nomine hoc loco non nisi ipsos Pastores, eorumque successores accipiendos esse certo intelligas: perpende illa Christi verba in vltima sua apud Apostolos habita post Cœnam vltimam, & prolixa oratione. Dicit Christus: *Orabo Patrem, & alium Paraclerum dabit vobis, Spiritum veritatis.* Hoc est, quod Esaias dixerat: *Spiritus meus qui est in te.* Deinde addit postea Christus Patrem alloquens: *Verba quae dediisti mihi, eis dedi, & ipsi acceperunt.* Hęc erat tota cœlestis doctrina, quam Christus eos toto ferè triennio docuerat: & hoc est quod Esaias dixerat: *Verba mea quae posui in ore tuo.* Subiungit postea adhuc Christus, *Pater sancte serua eos in nomine tuo.* & prius dixerat de illo Spiritu veritatis, quod *maueret cum illis in aeternum.* Hoc est quod Esaias dixerat: *Non recedent de ore tuo.* Addit postremo Christus: *Non pro eis rogo tantum, sed & pro eis qui per verbum eorum credituri sunt in me.* Hoc est quod Esaias adiecit: *Et de ore seminis tui.* Semen enim Apostolorum sunt, qui in Cathedra Apostolica doctrinam Apostolicam retinent, & alii tradunt. Vnde illud Dauidis: *Pro Patribus tuis nati sunt tibi filij,* id est, *pro Apostolis Episcopi,* ait Augustinus. Sequitur enim: *Constitues eos principes super omnem terram: vt de filiis eum loqui intelligas, qui respectu antecessorū filij sunt, sed simpliciter, & respectu officij quod gerunt Principes, & Pastores sunt.* Deinde quum Christus Apostolis suis dixit: *Qui vos audit, me audit,* nonne perpetuam quandam Pastorum (quorum vox audienda esset) successione demonstrat? Certè, & ipsa ratio hoc euincit, quia nec Apostolos audire omnes potuerunt, nec nisi illis auditis, qui tamquam Christus ipse audiendi sunt, ad fidem peruenire gentes poterant, (quomodo enim credent, quem non audierunt? & quomodo audient, sine prædicante?) & Sancti Patres antiquissimi atq; doctissimi, sic huic locum intellexerūt.

Ioan. 14.

Psal. 44.
In Enarrat.
ibidem.

Zuc. 10.
Successio Pastorum à Christo declarata.

Rom. 10.

D. Cypri

D. Cyprianus scribit Christum per Apostolos ad omnes prepositos hæc verba dixisse, qui Apostolis vicaria ordinatione succedunt. Sic, & Sanctus Basilius: *Quod Apostolis (inquit) dixit: Qui vos audit, me audit: intelligendus est in commune legem sanxisse in posteros, qui aliorum futuri erant moderatores.* Atque hinc disertè scripsit Sanctus Irenæus: *Eis in Ecclesia Presbyteris obaudire oportet, qui successione habent ab Apostolis: reliquos vero qui absistunt à principali successione, id est, Apostolica, & quocumque loco colliguntur, suspectos habere, &c.* Vide plura huc spectantia in * Dominica septima post Pentecosten, in festo Sancti Andreæ, & in festo Sancti Marci Euangelistæ.

Lib. 4. Epist. Const. Azona. cap. 23.

Lib. 4. c. 43.

* Ad illa verba. Qui veniunt ad vos.

Alienum non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum.

LOCVS illustris, proprius, & necessarius ingentem populi Christiani errorem, atque adeo fundi nostri calamitatem, perspicue explicandi, & grauius exaggerandi, quem hoc in loco Christus ne fieret præmonuit, & à veris ouibus alienissimum esse ostendit. Ait enim de veris ouibus, de fideli populo: *Oues vocem Pastoris audiunt, & pastorem sequuntur, quia sciunt vocem eius: alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum.* Pastores sunt, qui legitimam vocationem per manuum impositionem adepti, aliis in Ecclesia Pastoribus succedunt: vt in festis Sancti Marci, & S. Andreæ supra probatum satis est. Alieni sunt nostri temporis heretici, & noui magistri, qui absque vlla successione, aut ordinatione legitima prædicandi sibi potestatem arrogarunt, vt eisdem in locis ostensum est. Hic fuit ergo populi Christiani error grauissimus, quod quum alieni isti, & prophani homines, à nemine missi, aut ordinati

Heretici prædicantes non audiendi.

aut certe non ab Ecclesia missi, nec à pastoribus aliis instituti (quod omnibus erat manifestum) voces suas prophanas ederent, nouas doctrinas prædicarent, tantum abest, vt ab eis non fugerint (quod tacere debebant) quòd etiam eos sequuti fuerint. Quæ in re se veras oues Christi non fuisse apertissimè ostenderunt. Veræ enim oues (ait hic Christus) *alienum non sequuntur, sed fugiunt ab eo.* Veræ oues non solum non sequuntur, non auscultant, non consentiunt, non applaudunt, verum etiam fugiunt ab alieno, à lupo, à latrone, ab hæretico. Non solum eorum dogmata, & mysteria ignorant, non solum curiosè scire, & audire non desiderant, sed nec vocem audire sustinent. Tales sunt veræ oues Christi: Tales debebant esse veri Christiani. Sed pro pudor, pro dolor, quàm innumeri tales hodie non fuerunt? Quàm innumeri hæc Christi verba non attenderunt? Quàm innumeri non attendentes perierunt? At ne perirent Christus his verbis suas oues præmonuit. Eisdem quoque verbis veteres prophete populum Iudaicum instruxerunt. Clamat Ieremias. *Nolite audire verba pseudoprophetarum, qui prophetant vobis, & decipiant vos.* Iubet ne audire quidem. Sic sapiens ille Salomon de fornicaria hæresi, quæ aduersatur sapientiæ, scribens: *Longè, inquit, fac ab ea vias tuas, & ne appropinques foribus domus eius.* Iubet ne appropinquare quidem, hoc est fugere ab ea. Sed quare sic iubet? Subiungit causam. *Omnes qui ingreditur ad eam, non reuertuntur: nec apprehendent similitas vitæ.* Nempe hæc est illa spelunca latronum, de qua verè possis dicere. *Vestigia ceruæ, Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.* Hæc est illa Circe, hi Sirenū cantus, quos vt euites, præternavigare obturatis auribus debes. Hi sunt enim illi de quibus Apostolus dicit. *Sermo eorum tamquam canes serpentes. Et iterum Rogo fratres, vt obseruetis eos qui dissensiones, & offendicula faciunt præter doctrinam quam didicistis, & declinate ab illis. Declinate te vult, & non omnino accedere. Quamobrem verò? Rationem periculi certissimam adiungit. Huiusmodi enim per dulces sermones, & benedictiones,*

Ierem. 34.

Proverb. 7.

2. Tim. 2.

Rom. 16.

Epist. 2.

nes seducunt corda innocentum. Acris verò adhuc præcipit D. Ioannes. *si quis veniat ad vos (veniunt enim alieni isti, non mittuntur) & hanc doctrinam non adfert (veterem videlicet, Apostolicam, & iam receptam) nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis.* Vides tantum abesse, vt docentem ac prædicantem alienum, hæreticum, nouum magistrum audire permittaris, vt eum ne salutare quidem debeat. Hoc est ergo præceptum prophetarum veteris, Christi, & Apostolorum nouum, homines alienos, prophanos, hæreticos, homines qui pastorem sibi officia arrogant, sed pastorum loca non tenent, quia legitimè vocati, & ordinati non sunt, quia non intrant per ostium, sed ascendant aliunde, tales inquam homines penitus declinari debere, tales non sequi, à talibus fugere veras Christi oues oportere. Est autem hoc præceptum nec durum, nec superuacaneum. Durum non est, quia ad hæresim cauendam hæc via facillima est. Superuacaneum non est, quia hæc via tutissima est adeoque necessaria. Durum non est, quia id quod facilius est iubetur, vt quod periculosus est vitetur. Facilius est lupanaria non adire, cum meretricibus non conuersari, spectatorem formarum non esse, denique non concupiscere, quàm vbi hæc omnia feceris, concupiscentiam vincere: & tantis mali occasionibus resistere, easque superare. Sicut ergo in cautela vitæ, & morum iussit Saluator ad vitanda periuria, non iurare ammino: ad vitanda homicidia, non irasci fratri: ad vitanda adulteria, non concupiscere. sic planè in cautela fidei ad vitandas hæreses iubet hic Christus, alienorum voces fugere, & alibi dicit de huiusmodi. *Nolite exire.* Iubet Paulus eos declinare: Iubet D. Ioannes *ne Aue quidem eis dicere.* Est enim profectò omnis hæresis quædam circa religionem fornicatio: vnde Apostolus hæreticos vocat *adulteratores verbi Dei.* De hoc autem peccati genere dicit Apostolus, *Fugite fornicationem* Reliqua enim vitia, vt odium, superbia, auaritia, vincuntur resistendo, quia quanto magis circa illa particularia quis tractat atque considerat,

Præceptum non audiendi hæreticos facile.

Matth. 5.

1. Cor. 2. &

4.
1. Cor. 6.

tanto minus in eis inuenit vnde delectetur. Oſtendit enim ratio diuturna, & diligenti habita confideratione, quàm vanè ſuperbitur, quàm ineptè pecunia amatur, quàm temerè vindicta appetitur. At verò in luxuriæ vitio, quanto magis particulare obiectum cogitatur, tanto magis accèditur. Vincitur autem fugiendo, & omnem de illis rebus cogitationem primo quoque tempore deponendo. Nec aliter ſe in hæreſi res habet. Excutienda eſt, vt vipera, fugienda, vt peſtis, abominanda, vt certa perniciès eſt, nullo modo expendenda, tractanda, confideranda. Illam enim expendere (niſi docendi cauſa, quod omnium non eſt, ſed perpaucorum) eſt de fide dubitare, indeque in hæreſis præcipitium derepentè prolabi. Non ergo durum, ſed & facillimum & ſaluterrimum hoc Chriſti præceptum eſt. *Oues meæ alienum non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo.*

Præceptū nō audiendū hæreticos neceſſarium.

1. Cor. 10.

I A M verò qui ſuperuacaneum hoc eſſe ſeu præceptum ſeu conſilium exiſtimet, ſequè ſatis in fide vel inſtructum, & doctum vel robuſtum, & fortem putat, vt etſi eos audiat, nihil tamen ſibi inde periculi meruat, ſed probare eos ſe poſſe, & cauere ſperet, aut præſumat potius, primùm illud Apoſtoli meminerit. *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat*: itémque illud Sapientis, *Qui amat periculum, peribit in illo*: deinde iterum atque iterum conſideret an S. Polycarpo Martyre, & D. Ioannis diſcipulo, aut fortior aut doctior ſit, qui Marcionem hæreticum ne alloqui quidem dignatus eſt, vt refert Irenæus, & commemorat ex eo Eufebius? mōxque addit. *Hæc fuit Apoſtolorum, & diſcipulorum religio, & timor, vt neque verbo tenus communicarēt iis qui adulterant veritatem.* Religio, inquit, & timor. An quiſquam illis aut religioſior aut fortior ſibi videri poterit? Aut erit qui ſibi D. Ioanne prudentior videbitur, qui *balneum in quo Cerinthus hæreticus lauèrat, ne ingredi quidem voluit*? Vt idem meminit Irenæus, *Quod Apoſtoli factum imitati ſunt Samoſateni Catholici, qui quum ad balneum veniſſent in quo lauèrat Eunomius hæreticus, illo egreſſo omnem aquam è balneis per cuculos in cloacam emittunt, & recentè parantibent,*

Lib. 4. ca. 5.
lib. 3. c. 13.

Lib. 3. c. 3.

Lib. 4. c. 14.
Hiſt. Eccl.

vt

vt refert Theodoretus. Certè Antonij eremita ſanctiſſimi illa morientis ad ſuos vox erat, vt eius vitæ indubitanus auctor Athanaſius ſcribit. *Zelum meum In vitæ S. contra hæreticos omnes, & veritatis hoſtes tenete. Scitis quia Antonij. nihil inquam illis molliter aut pacificè loquutus ſum. Itaque venena illorum, & colloquia proſus vitate. Nec diſſimilis erat S. Baſilij ad ſuos quoque ſubditos admonitio. Epist. 73. congreſſus, inquit, hæreticorum ſubdolos, & ad ſubuerſionem audientium inſtructos declinetis. Mōxque huius rei tres cauſas ſubiungit, quæ ſingulæ à concionatore amplificari hoc loco poterunt. Primam: *Vt dilectionem Tres cauſæ non audiendi hæreticos. (inquit) erga nos ſinceram cuſtodiatis.* Nemo enim paſtorem ſuum colere, Eccleſiam diligere, & cum hæretico libenter conuerſari, aut alieno aurem præbere poſteſt. Secundò ponit: *vt Patrum fidem infraſtam, & ſanam ſeruetis.* Ab ea enim ſemper hæreticus diuellit, & maiorum fidem atque auctoritatem, vt ipſemet eorum loco audiatur, ſemper ſtudioſè imminuit atque infringit. Terriam addit: *Vt apud Dominum tamquam probati veritatis amici deprehendantur. Nempe iuxta illud Apoſtoli. Oportet hæreſes fieri, vt qui probati ſunt in vobis manifeſti ſiant, id eſt, vt firmi, & validi in fide innotescant. Quare qui alienum ſequitur, qui non fugit ab eo, ſed auſcultat eum, & quid noui adferat curioſè explorat, iſ iam amplius veraouis Chriſti non eſt. Iſ nec paſtorem ſuum Chriſti loco diligit, nec maiorum ſuorum fidem reueretur, nec firmus ac probatus eſt veritatis amicus. Talis enim ſi eſſet, certè alienum non ſequeretur, ſed fugeretur ab eo. Nuñc autem hodierni temporis grauiſſimum ſchiſma nihil magis peperit, fouit, aluit, quàm populus ipſe indiſciplinatus, populus inſtabilis, & vacors, populus ad omnem nouitatem præceps. Prophetabant propheta mendacium, Lutherus, Caluinus, Latimerus, & alij. Sacerdotes applaudebant manibus ſuis. Multi etiam mali paſtores conſpectabant. Et populus meus dilexit talia. Hinc illæ lachrymæ, hinc ſchiſmatis origo, progressus, incrementum. Populus ad iracundiam præuocans erat, & filij mendaces: filij nolentes audire legem Dei, qui dicunt vidētibus, nolite videre, & aſpiciētibus nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt. Lo-**

Eſai. 30.

quimini

I. Tim. 4.

*De baptis.
cont. Donat.
lib. 3. c. 19.*

quimini nobis placentia, videte nobis errores. Factum est nostro tempore, quod inter Christianos futurum Apostolus prædixit. Erit, inquit, tempus quum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auerient, ad fabulas autem conuertentur. Isti nempe sunt qui pastores suos deserunt, & alienos magistros sequuntur. Hæc populi Christiani libido, leuitas, instabilitas, hodierni tanti schismatis causa fuit, & omnium ferè in Ecclesia schismatum olim causa extitit. Quæ de re sic sapienter, & veraciter scribit S. Augustinus. Sic fiunt hæreses & schismata quum dicit plebs carnalis que in caritate Dei fundata non est. Ibo post amatores meos, cum quibus utique siue per fidei corruptionem siue per elationem superbia turpiter fornicantur. Nisi enim seductores isti à plebibus seductis vicissim seducerentur, quum eis creditur, & tales honores deseruntur, vt per eos habeant potestatem talia dicendi, & sibi talia vendicandi, vt eorum error veritas appelletur, & scelus eorum iustitiæ putetur, propter sacramenta, & scripturas quas tenent ad speciem non ad salutem, nunquam profecto ipsi seductores hæc sibi tanta ac talia arrogarent. Hæc ille. Moneatur igitur grauitate hoc loco populus, vel vt à simili in posterum leuitate diligenter caueant, vel vt leuitatis perpetratæ ferio eos pœniteat. In causa fidei leuem se ostendere, & quouis vento doctrinæ circumferri, non leue peccatum, sed grauissimum crimen est: Nèpe contra obedientiam fidei, (qua nihil homini fideli magis necessarium) & contra obedientiam Ecclesiæ imò Christi (qui per Ecclesiam loquitur) tale crimen committitur. Satis esse deberet cuius è populo, quod Ecclesia Catholica, & Pastores eius eos moneat tales esse hæreticos, ideò que non audiendos, iuxta illam Augustini argumentationem. Quibus obtemperam dicentibus, Credite Euangelio, cur eis non obtemperem dicentibus mihi, Noli credere Manichæo? In lib. contra Epist. Fundamenti cap. 5. Euangelio enim hodiè creditur non propter testimonium hæreticorum, sed propter testimonium Catholicæ Ecclesiæ. Vide hac de re plura super Dominica 7. post Pentecosten, ad illa verba. Auendite à falsis prophetis qui veniunt ad vos, &c. & super Dominica 2. Quadragesimæ.

Quia

Quia non nouerunt vocem alienorum.

L O c v s notandi causam grauissimam, ob quam fugiendi hæretici Magistri sunt non audiendi. Causa est quia non nouerunt, id est, nosse non debent, si veri fideles sunt, vocem alienorum. Qui enim verus Christianus Catholicus est, vocem Iudæi, vocem pagani, vocem hæretici, noua quædam dogmata afferentis, & præterquam id quod iam acceperat Euangelizantis, profecto vt de facto nescit, quia noua sunt, ita nosse non debet, quia perniciofa sunt. Vera ouis si lupi vocem audit, non curiosè auscultat, sed naturæ instinctu celerimè ad pastorem currit, ei adhæret, apud eum se tutam ac saluam fore cõfidit. Tales oues Christus nos esse voluit. Ideo oues nos vocauit, & se subique vicarios pastores nuncupari voluit. Pastoribus adhærerere, auscultare, obedire, alienos autè fugere suos Christus voluit, quia oues sunt, & ea fidei simplicitate præditi esse debent, vt nullius vocem in causa fidei nisi pastoris sui intelligant. De his ouibus gregis Christi, de fideli populo sapienter scripsit Augustinus, quod quum sincerissima Dei sapientia apud paucos spirituales sit, reliquam turbam non intelligendi viuacitas, sed credendi simplicitas tutam faciat. Simplicitas ergo fidei quæ in populo Christiano esse debet, vna causa est, quod voces alienorum veræ Christi oues non nouerunt. Alia causa est ipse Dei Spiritus, ipsa vnctio interna quæ in vnoquoque fidelis est. Hic enim Dei Spiritus inhabitans corda fidelium, & purificans corda eorum, hoc est, illuminans circa verum, sicut simplicem facit intellectum circa falsum, causa efficiens est, vt voces hæreticorum, voces alienorum tamquam peregrina doctrina (vt Paulus eas vocat) non agnoscantur. Sic Christus in Euangelio. Omnis qui natus est ex Spiritu, audit vocem Spiritus. Hoc est, fidelis Christianus renatus in Christo ex aqua, & Spiritu sancto, audiens proximum Christiane loquentem, agnoscit communem Dei Spiritum, qui etiam in seipso seu corde suo loquitur: ex vnctione videlicet Spiritus sancti, & ex testimonio Dei quod in se habet.

Verus Catholicus vocem hæretici non nouit, id est, nosse non debet.

Cur populus Christianus oues & Magistri, Pastores à Christo vocati.

Contra Epist. Funda. c. 4.

Spiritus Dei facit vocem hæretici odiosam.

Act. 15.

Hebr. 13.

Ioan. 3.

Et

Et ne hæc vox spiritus, sola interna Dei inspiratio à quoquam putetur, ac non etiam externa Ecclesiæ erat, D. Ioannes in quo Spiritus Dei ad docendum vox, sic scribit. *Qui nouit Deum, audit nos. Qui non nouit Deum, non audit nos. In hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum erroris, id est spiritum veritatis capacem, & spiritum errore captum. Qui nouit Deum & habet spiritum veritatis, est docilis veritatis auditor, ille audit Ecclesiam, nouit vocem Ecclesiæ, vocem pastoris, vocem reliquarum ouium & confratrum suorum, non autem nouit voces alienorum. Qui autem non nouit Deum, & habet spiritum erroris, de quo Paulus dicit (mittit illis Deus operationem erroris, id est, Spiritus mendaces, qui docent errores, vt credant mendacio) & est procliuus ad noua dogmata, ille non audit Ecclesiam, nec nouit vocem eius, non amat, non approbat, non credit, sed nouit voces alienorum, amat illas, approbat, amplectitur. Horum sensus (vt loquitur Paulus) corrupti sunt & exciderunt à simplicitate quæ est in Christo, aliumque spiritum acceperunt.*

Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat.

Hæreticorum proprium scilicet subuertere.

Locvs insignis veram & certam notam furis ac latronis, alieni & prophani, Magistri hæretici, populo explicandi, sicut Christus hic eam proponit. Proprium enim hæreticis, & nouellis Magistris (quos fures hic Christus vocat, quia non intrant per ostium, sed ascendunt aliunde, vt antea explicatum est) esse docet, vt furentur alienas oues, vt mactent quæ vixerunt, vt perdant quæ inuenta fuerant: id est, vt iam Christianos atque Catholicos hæreticis doctrinis à grege Christi abducant. suosque faciât discipulos qui Ecclesiæ fuerant. Vnde Paulus. *Vt abducant discipulos post se, id est, post sensum & Spiritum suum. Omnes enim hæretici (vt verissimè scripsit Irenæus) seipsos prædicant veritatis regulam deprauantes. Nam à communi, & recepta fidei regula abductos ad sua noua particularia dogmata pertrahunt. Veniunt in nomine suo, vt*

Christus

Christus dixit, de suo sensu & spiritu loquuntur, denique vt diabolo Christus dixit, ex propriis loquuntur. Itaque ad se & sua dogmata propria alienas oues, Ecclesiæ Catholicæ videlicet, furantur. Paganos & infideles ad Christi fidem non conuertunt, sed oues Christi rapiunt, illas mactant, & perdunt: vt in alio iam loco ostendimus ad illa verba Christi, *Inimicus homo super seminauit zizania, & rursus ad illa, veniunt ad vos: quæ in hunc locum cõferri possunt. Sed hic addemus pauca. Hanc hæreticorum proprietatem descripsit Ieremias propheta dicens, clamauit perdis: quæ non peperit congregauit, faciens diuitias non suas. Vel vt alia lectio habet, sine iudicio. Ad quæ verba sic D. Hieronymus. Aunt scriptores naturalis historie, Aristoteles, Theophrastus, Plinius secundus, hanc perdis esse naturam, vt oua alterius perdis furetur, & eis incubet foveatque, cumque fietus adoleuerit, auolare ab eo, & alienum parentem relinquere. Hoc ad hæreticorum personam referendum est: quod perdis iste diabolus clamauerit per principes hæreticorum, & congregauerit quæ non peperit, & deceptorum sibi multitudinem collegerit, quæ postea dimittit eum: vt omnium iudicio stultissimus comprobeatur. Hæc ille. Sic quoque D. Augustinus, sed paulò clarius & vberius hunc locum tractauit. Congregant hæretici quæ non pepererunt. Christianos enim quos maxime Christum li. 13. c. sibi nomine seducunt iam per ipsius Christi Euangelium natos inueniunt, & faciunt illos diuitias suas: non sanè cum iudicio, sed cum temeritate inconsiderata. Non enim intelligunt ibi esse veram, & salubrem, & quodam modo germanam atque radicalem Christianorum societatem, vnde istos separauerunt quos ad suas diuitias congregauerunt. Hæc Augustinus.*

Rvrsvm in hodierna hæresi ex alio capite manifestissima est hæc latronum nota quam Christus ponit, *Venire eos, vt mactent, & perdam.* Tota enim hæreticorum doctrina hodie quanta quanta est, negatiua est, ablatiua est, destructiua est: affirmatiua, positiua, edificatiua nulla est. Omnis veræ Ecclesiæ, *Potestas data est ad ædificationem non ad destructionem.* Omnis hæreticorum potestas permissa, & præsumpta est ad destructionem, non ad ædificationem. Pastores in Ecclesia à Christo dati sunt, *ad consummationem sanctorum,* id est,

Dom. 5. post Epiph. & 7. post Pentec. Ierem. 17. In comment. ibidem.

Contra Fau-

Hæreticorum hodie tota doctrina ablatiua est.

2. Cor. 10.

Ephes. 7.

1. Ioan. 4.

2. Thess. 2.

2. Cor. II.

Act. 20.

Lib. 3. c. 2.

Ioan. 5.

Ioan. 8.

2. Tim. 2.

Dogmata Pro
testantium ne
gatiua.

ideft, ad corroboracionem & perfectionem fidelium, & ad edificacionem corporis Christi. Sed isti latrones hæretici veniunt non nisi ad subuersionem auditorum, vt Paulus loquitur, ad destruenda ea quæ ædificata fuerant, ad dissipacionem eorum quæ vnita erant. Hoc faciunt eorum dogmata planè negatiua, hoc probant eorum facta egregiè ablatiua. Dogmata negatiua sunt hæc. Non esse veram Ecclesiam quæ dicitur Catholica. Non esse Romanum Pontificem Christi vicarium & supremum Ecclesiæ caput. Non esse recipiendas traditiones extra Scripturas. Non esse septem Sacramenta. Non conferre illa gratiam. Non esse in Sacramento altaris verè & realiter corpus & sanguinem Christi. Non esse baptismum ad salutem necessarium. Non remitti peccata per baptismum. Non esse communicandum sub vna specie. Non esse faciendam peccatorum confessionem sacerdoti. Non esse suscipiendas pro peccatis satisfactiones. Non esse in Missa verum sacrificium. Non esse illud propitiatorium. Non esse consecranda templa, altaria, vestes, cõque pertinentia. Non esse vllum meritum vitæ æternæ. Non obliuari fideles vllis Ecclesiæ legibus. Non esse ex præcepto ieiunandum. Non esse ex Ecclesiæ præscripto celebranda festa. Non esse orandum pro defunctis. Non esse inuocandos Sanctos. Non esse peregrinandum religionis ergo. Non esse reuerèdas Sanctorum reliquias. Non esse honorandas imagines Christi & Sanctorum. Non esse emitrenda vota perfectionis. Non esse lingua Latina officia diuina peragenda. Non esse liberum arbitrium. Non iusticari aliquem ex bonis operibus. Nihil valere indulgentias. Hæc & alia multa sunt eorum dogmata negatiua. Facta ablatiua sunt hæc inter alia: Aufferre è medio, destruere, demoliri religiosorum monasteria, pauperum xenodochia, sacerdotum collegia, Christianorum templa, templorum altaria, & quicquid denique ad externum Dei cultum ex veteri Christianorũ vsu & religione attinet. Quod si fures illi & latrones qui pecuniis, pecoribus, aut ad summum vitam hæc corporali spoliant, extremis suppliciis digni sunt, quid

Facta hæreticorũ ablatiua.

quid isti demum nostri temporis fures commerentur, qui tot ac tãtis dogmatibus fidem ac religionem Christianam spoliarunt? Deinde hoc latrocinium hæreticorum hodie, proprium illum habet Antichristi characterem, vt supra Nego. Est doctrina negatiua, & ablatiua religio. At dicat hic fortè aliquis: vt cumque in his iam commemoratis articulis omnia sint negatiua, habere tamen reformatas istas Ecclesias (sic enim vocari volunt, quum nihil minus sint, vt in oratione quadam quodlibetica olim ostendimus) alia certa dogmata partim his negatiuis affirmatiuè contraria, partim alterius generis. Cui respondeo habere sanè illas vtriusque huius generis dogmata affirmatiua: sed nihilominus tot, & tanta iam enumerata ab illis negari, ideòque robustos latrones ex hac parte illos esse, & præterea in illis suis affirmatiuis dogmatibus non modò nihil sanum, sed omnia veneno plena, vt æquè per illa maent ac perdant, sicut per alia latrocinantur, sed etiam nihil certum, nihil constans aut constitutum habere: ideòque meras esse negationes, mera latrocinia, illam eorum doctrinam, in qua omnes conueniunt: quæ sanè propria hæreticorum huius temporis doctrina vocari debet. Hoc autem quod dixi eos nihil in doctrina constans habere, nimis esset, & prolixum, & operosum hoc loco ostendere: neque à Deo necessarium, quum in oratione quadam quodlibetica istud à nobis olim perspicuè comprobatum, & ostensum fuerit: ad quam lectorem remitto. Multis ergo modis furantur, maent, & perdunt animas fidelium horum temporum hæretici, nullo modo pascunt, nullam fidem docent, nihil certò credendum ponunt, vt verissimè fures ac latrones eos esse, ex ipsius fructibus cognoscemus.

Hæc circa hoc Euangelium explicare, & amplificare pius, & orthodoxus concionator poterit.

C IN

In Orat. Non esse Protestantes Ecclesiæ reformatores.

In Orat. Nulla apud hæreticos hodie cõflass doctrina.

IN DIE VENERABI-

lis Sacramenti.

Caro mea verè est cibus & Sanguis meus verè est potus.

Ioan. 6.

De veritate Corp. & Sang. Christi in Eucharistia.



LO C V S necessarius veritatem Corporis, & Sanguinis Christi in vener. Eucharistia contra infideles nostri temporis hereticos clarè & perspicuè ex his Evangelij verbis demonstrandi. Ad quod faciendum duo tractari posse videntur. Primum, vt euidenter ostendatur hæc verba Christum de hoc Sacramento præloquutum fuisse, quòd Ecclesiam credere, ex hodierni Evangelij lectione manifestum sit. Deinde vt horum verborum sensus, & vis explicetur. Quod ad prius attinet, S. Patrum testimoniis luculenter probabitur. Hoc enim populo persuadendo magis videtur conuenire. Rationes varias, quæ idem probant, videre licet apud varios auctores. In tractatu super cap. 6. Ioan. a Nicolai Sanderi: in b Alano Cardinali de Eucharistia: in dialogis c Petri Michælis de Eucharistia: in opere Eucharistico d Claudij de Sainctes: & apud e Ioan. Rossensem contra Oecolampadium. Debet autem istud tanto diligentius exponi, quanto pertinacius, & furiosius heretici hoc rotum negent. Lutherus suo more debacchatur in Ecclesiam Romanam, quæ sanctissimum Christi corpus hac amniuersaria celebratæ colat, in eoque hoc Ioannis caput sextum sacrosanctæ Eucharistiæ accommodet, & diuinæ iracundiæ atque implacabilis ostij iudicium esse arbitratur, quod patitur Papistis in Scripturæ sensu tum turpiter errare, diuinæque verba inexpliabili scelere percurrere. Hæc impurus ille in Sermone de corpore Christi. Sed contra hunc nefarium hereticum Sancti Patres, & antiquissimi audiantur. Origenes sic scribit. *Antea in enigmate fuit baptisimus in nube, & in mari. Nunc autem in specie regeneratio est in aqua, & Spiritu S. Tunc in enigmate erat manna cibus, nunc autem in specie caro verbi Dei est verus cibus, sicut, & ipse dicit, quia Caro mea verè est cibus.* Hæc ille. Quis dubitat quin, vt de baptismo sic etiam de Sacramento carnis

a Cap. 3. 6.
7. & 8.
b Lib. 1. c. 31.
c Cap. 5.
d Repetit. 6. cap. 5.
e In fine promulg. lib. 5.

Verba huius Evangelij ad Eucharistiam pert. nec. super Num. homil. 7.

carnis Christi Origenes hic loquatur, idque iuxta verba nostri Evangelij, quæ citat? Cyprianus periculum excommunicationis ab hoc Sacramento, & fructum in illo ex verbis huius capitis ostendit: *Vt manifestum est (inquit) eos viuere, qui corpus Christi attingunt & Eucharistiam iure communione accipiunt: ita contra timendum est, & orandum, ne dum quis abstinens, separetur à Christi corpore, procul remaneat à salute: comminante ipso, & dicente: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* D. Hilarius ex his verbis Ioan. 6. probat contra Arianos Christum in nobis naturaliter permanere. *De Sacramento disputans communicandæ carnis, & de mysterio sub quo verè carnem corporis Christi sumimus.* Athanasius disertè scribit Christum in hoc 6. c. Ioannis differere de mysteriis. Ambrosius de Sacramento agens: *Vera (inquit) est eius caro, quam accipimus, & verus eius sanguis, quem potamus.* Ad hæc huius Evangelij verba alludens. Rursum alio in loco post hæc ipsa verba citata, infert. *Carnem audis, & sanguinem audis. Mortis Dominicæ Sacramenta cognoscis* S. Ephrem de Sacramentali Christianorum mädicatione, dicit: *Cum manducamus corpus, & sanguinem bibimus, & ipse in nobis est, & nos in eo.* D. Hieronymus coniungit hoc sextum caput Ioannis cum verbis Christi in Cœna, his verbis: *Panis qui de caelo descendit, corpus est Domini, & vinum quod discipulis dedit sanguis illius est.* Et postea: *Nec Moyses dedit vobis panem verum, sed Dominus Iesus, ipse conuiuia, & conuiuium, ipse comedens, & qui comeditur.* D. Chrysostomus in tota explicatione huius capitis diligenter docet illa verba: *Panis quem ego dabo, &c.* & quæ sequuntur, de Christi corpore intelligi. Rationem reddit, cur de mysteriis hic Christus egerit. Negat eum parabolice esse locutus, & omnia loca distinguit, vbi Christus in hoc capite de spiritali, & Sacramentali manducatione differit. Idem facit D. Cyrillus Alexandrinus in suis commentariis, & mysticam benedictionem sapissimè nominat, & illa Christi verba: *Ego resuscitabo eum, clarissimè exponit. Corpus meum quod comedetur, suscitabit eum.* Theodoretus de mysteriis tractans cum verbis cœnæ etiam illa coniungit: *Et panis quem ego dabo caro mea est.* Eusebius Emisenus

In serm. de Orat. Dom.

Ioan. 6. Lib. 4. & 8. de Trinit.

In Synopsi. De Sacram. lib. 6. cap. 1.

De fide lib. 4. cap. 5.

De iudicij die lib. 5. Ad Hedibiam qua. 1.

In Ioan. Ho. 44. 45. & 46.

In Ioan. li. 3. & 4.

Dialog. 1.

Hom. 5. in
Pascha.

quum de mysteriis agens dixisset, necessarium erat, ut nobis Sacramentum corporis, & sanguinis sui consecraret, adiecit postea. Unde merito celestis auctoritas confirmat, quia caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potas. Leo Magnus sic scribit: Dicente Domino, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. (hoc autem non dixit, nisi hoc 6. cap. Ioannis) sic sacra mense communicare debetis, ut nihil profus de veritate corporis, & sanguinis ambigatis. Hoc enim ore sonauit, quod fide creditur. Theodoretus ex hoc capite refutat Messalianos negantes fructum aliquem percipi ex manducatione Eucharistia. Interpretes Græci in hunc locum Euthymius, Theophylactus, suos maiores Cyrillum, & Chryostomum sequuntur: Latini quoque interpretes, Sedulius, Primasius, Haymo, Beda, Rupertus, suos maiores Augustinum, & Ambrosium sequuntur, verba huius capituli cum verbis Cœnæ cõiungunt, & de Sacramento Eucharistico exponunt. D. Basilius tractans illa verba huius capituli: Ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, viuet propter me: prioris partis sensum esse dicit, ut vitam eam Christus dicat, quam etiamnum viuit, verbum Dei habens in seipso. Et quod (inquit) hoc ipsum sit quod inuinitur, ex eo, quod subiungitur sciemus, vbi dixit: Et qui edit me, viuet propter me. Carnem namq; ipsius edimus, ac sanguinem bibimus consortes, seu participes effecti verbi, ac sapientie per incarnationem, & sensibilem ipsius vitam. Vbi tria docet Basilius. primo, nos edendo carnem; & bibendo sanguinem Christi, hoc implere quod Christus dixit: Qui manducat me, secundo; nos sic edendo, & bibendo fieri participes vitæ Christi, & sic impleri quod Christus adiecit: Viuet propter me. tertio, per Christi incarnationem hoc fieri: quia nisi incarnatus fuisset, carnem que comedi posset non haberet. Rursum alio in loco, vbi dedit opera de Sacramentis tractat, postquam de baptismo disputasset, de hoc Sacramento tractat, afferens illa verba: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Moxque verba Cœnæ: Accepit Iesus panem: ac deinde verba Pauli; Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis, &c. Et simul omnia coniungens, quum duo posteriora ad hoc Sacramentum pertinere nemo vquam dubitauerit, quin, & primum que eodem Basilius iudicio pertinet

Serm. 6. in
ieiun. mens. 7.

Hist. Eccl. li.
4. cap. 12.

Episto. 142.
ad Casariens.

Vide huius
loci explica-
tionem apud
Sanderum
tract. citat.
cap. 13.

De baptis. li.
1. cap. 3.

Ioan. 6.

Matth. 26.
1. Cor. 10.

pertineat dubitari non potest. Augustini iudicium hac in re (quod aliqui tamen alio trahere vulerunt, quia mysticam verborum intelligentiam more suo sequitur interdum) luce meridiana clarius est. Primum dixerit notat quum ad historiam Cœnæ Dominicæ ex Euangelistarum consensu pertractandam venit. Diuus Ioannes de hac Cœna Domini hoc in loco nihil dixisse: sed (inquit) lanè alibi multo verius hinc Dominum locutum esse testatur. Alio in loco docet verba illa huius capituli: Panis quem ego dabo, caro mea est secundum ordinem Melchisedech. Rursum illa verba: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. de ipso corpore, & sanguine Domini, vnicò sacrificium nostro Dominum dixisse ait, etsi Apostolus hoc ipsum male ventibus perniciosum fieri doceat, dicens: Quicumque manducauerit panem, &c. indignè, reus erit corporis, & sanguinis Domini. Sed & adhuc alibi: Dominum (inquit) audiamus de Sacramento mensæ suæ dicentem, nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Denique tractat. 11. in Ioanem longa disputatione ostendit ad Catechumenos non pertinere illa verba. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, sed ad solos baptizatos. In alio tractatu super Ioan. distinguit aperte Sacramentum à virtute sacramenti quodam manducationem, de qua fit mectio apud Ioan. Denique super psalmos confert verba huius capituli cum verbis Cœnæ, quasi sit res omnino eadem. Constat ergo clarissimè Augustinum cum cæteris Patribus hac in re conuenire. Accedet postremo ad omnes hos Patres Concilij generalis Ephesini auctoritas. Abuti voluit Nestorius hæreticus, qui duas in Christo personas constituit, his Christi verbis: Qui manducat meam carnem, &c. Non ait, qui manducat meam Diuinitatem. Et tamen Christus manducatur, Dicitur enim ibidem: Qui manducat me, viuit propter me. Ergo Christus manducatur absque sua Diuinitate, & dicitur homo à Deo. Hæc ille hæreticus. Patres Ephesini huic respondentes non excipiunt contra eum dicentes, hæc Christi verba de Sacramentali manducatione non intelligi, sed sola spiritali, (quod certè fuisset facillimum, & preceptorium,) sed

De consensu
Euangelist.
lib. 3. c. 5.
De Civ. Dei.
l. 17. c. 5.

Contra Cres-
c. l. 1. c. 25.

De peccat.
mer. & remi.
lib. 1. c. 20.

Tract. 26.

Enarrat. in
psal. 33. &
93.

In Epist. ad Nestorium in Conc. Ephes.

agnoscunt de sacramento hæc verba dici : non tamen Nestorium iuuare. Ideo que sic respondent : Si erit incrementam celebramus in Ecclesijs sacrificij seruitutem, sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur participes sancti corporis, & pretiosi sanguinis Christi, non ut communem carnem percipientes (quod absit) nec ut viri sanctificati, &c. sed verè viuificantem, & ipsius verbi propriam factam. Et ideo quantum dicat, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. non tamen eam, ut hominis cuius ex nobis existimare debemus, sed ut verè propriam eius factam, qui propter nos filius hominis est factus, & vocatus. Hæc illi Patres. Huius ergo generalis Concilij, & tot præterea Sanctorum Patrum auctoritas, eruditio, pietas, cuius Christiano sufficere debet, ut indubitanter credat verba huius Euangelij : *Caro mea verè est cibus, &c.* non nisi de ipso Sacramento Eucharistico Christum Dominum loquutum fuisse.

Hoc iam posito, per se clarum est, in venerabili hoc Sacramento corpus, & sanguinem Christi verè, & realiter contineri, sicut Christi verba sonant : *Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus*, nosque verè, & realiter, non figuratiuè, aut sub signo nudo manducare corpus, & bibere sanguinem Christi. Ecce enim Christus iam ante institutionem huius sacramenti, hic apud Ioan. prædixit fore, ut caro eius verè manducaretur, & sanguis eius verè biberetur. Vnde Hilarius : *De veritate carnis, & sanguinis Domini non est relicus dubitandi locus. Nunc enim, & ipsius Domini professione, & fide nostra, verè caro est, & verè sanguis est. Ipse enim ait : Caro mea verè est esca, & sanguis meus verè est potus. Anne hoc veritas non est? Contingat planè his verum non esse, qui Christum Iesum verum Deum esse negant. Sed, & D. Chrysostomus hæc Christi verba in Commentariis exponens, probat. ideo Christum hac forma verborum, & asseueratione vsutum fuisse, atque etiam repetitione, ne cuiquam videretur parabolicè loqui : sed propriè, & literaliter. Quid (inquit) significat : *caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus? Respondet, Aut quis is est verus cibus qui saluat animam, aut, ut eos in prædictis confirmet, ne obscure locutum**

Probat ex verbis Euangelij, realis præsentia corporis, & sanguinis.

Lib. 8. de Trinitate.

Hom. 46. in Ioan.

locutum in parabolis arbitrarentur, sed scirent omnino necessarium esse, ut corpus comederent. Doceri igitur populus debet, qua occasione hæc verba Christus dixerit. Quum enim dixisset Christus : *Panis quem ego dabo, (nempe in Cæna : hoc est enim proprium Christi donum futurum, ut potè, qui antea dederat se quoad incarnationem) caro mea est, quam ego dabo, (nempe in cruce) pro mundi vita, litigabant ad hæc verba Iudæi dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? &c.* Sed Christus nihil mutans, persistentisque in cæpta doctrina, repetit idem dicès, adeoque iuramento confirmans : *Amen Amen dico vobis, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. non habebitis vitam in vobis: & addit clarius: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: Bis ergo docet manducandum, & bibendum esse, primum comminando, ut doceat necessitatem, deinde promittendo, ut doceat efficaciam, atque virtutem. Quæ quum docuisset, confirmat illa dicendo, *caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, &c.* Docet se de vera, & reali manducatione, ac bibitione prius loquutum fuisse, quia caro eius verè esset cibus, & sanguis eius verè potus. *Di-Lib. 4. c. 16. stinguit rursus (ait Cyrillus hæc verba exponens) in mysticam benedictionem, & manna, inter aquarum fluentia, & calicis sancti communicationem. Ita iterum eadem repetit, ne magis manna miraculum admirarentur. Manna non erat verus cibus, id est, panis de celo. Sanctum verò Christi corpus ad immortalitatem, & vitam æternam nutriens cibus est. Non erat potus ille verus, sed verus potus est sanguis Christi, quo radicitus mors eueritur. Non enim hominis simpliciter sanguis est, sed eius qui naturali vite coniunctus vita effectus est. Propterea corpus, & membra Christi sumus, quia per hanc benedictionem mysterij ipsum filium Dei suscipimus. Docet ergo Christus, quod suum donum vetus illud mannae donum in hoc excedit, quod manna erat cibus corpus tantum nutriens, at panis quem ille daturus erat, caro eius esset, & quidem caro ipsas animas nutriens, viuificans, & ad vitam æternam perducingens. Hoc enim demum est hominem qui**

Occasio verborum huius Euangelij. Ioan. 6.

ex corpore, & anima consistit, verè pasce re, si, & animo, & corpore pasceatur. Ait ergo Christus, *Caro mea verè est cibus*, id est, ipsa caro mea ore manducata est animæ cibus. Non solum doctrina mea, non solum gratia mea, sed ipsa caro mea, quia propria verbi est, instrumentum erit pasceendi, & viuificandi animas eorum qui illam manducant. Nempè sicuti in corporibus hominum sanandis, & in mortuis resuscitandis Christus non sola voluntate, vt illud;

Luc. 18. Volo: mundare: nec solo verbo, vt illud, Tabitha cumi,
Ioan. 11. & Lazare veni foras, sed etiam tactu sacratissimæ carnis suæ in vtroque vsus est; vt *tangendo oculos cæci, & faciens ex spuo lutum, quo oculos cæci linuit, & serentrum tangendo in quo adolefens mortuus efferebatur: sic omnino docet hoc in loco Christus, quod per tactum, & manducationem carnis eius animæ nostræ pasceantur, & corpora in resurrectione ad vitam æternam resuscitentur.* Obseruauit hoc totum quod diximus S. Cyrillus Alexandrinus *Quoniam* (inquit) *Saluatoris caro verbo Dei, quod naturaliter vita est, coniuncta viuifica effecta est, quando eam comedimus, tunc vitam habemus in nobis. Hac de causa in resuscitandis mortuis non solummodo verbo atque imperio utebatur, vt Deus, verum etiam carnem suam cooperatricem nonnumquam adhibebat, vt re ipsa ostenderet carnem quoque suam, quoniam sibi coniuncta est, viuificam esse: atque suum doceret non alterius corpus esse. Sic Archisynagoga filiam resuscitans manum eius apprehendit. Quod si solo tactu suo corrupta redintegrantur, quomodo non viuemus qui carnem illam, & gustamus, & manducamus? Reformabit enim omnino ad immortalitatem suam participes sui.* Hæc Cyrillus. Docet autem hæc explicatio. tum veritatem carnis in hoc Sacramento, tum veritatem cibationis in ea manducanda, verumque & genuinum sensum horum verborum, *Caro mea verè est cibus, &c.* Quod si, vt hæretici volunt, nõ ipsa caro Christi mâducata esset anime verus cibus, sed panis tantum mâducatio corporalis, & carnis Christi in cælo positæ manducatio per fidem spiritalis, tunc hæc Christi propositio nõ esset vera, nec caro Christi esset verè cibus, aut sanguis eius verè potus, id est, nec verè illa manducaretur, nec verè iste

iste biberetur. Sed vel panis ille esset hic cibus, & vinum potus (quo nihil est absurdus, & de quibus Christus hic nihil loquitur) vel caro Christi non esset verè cibus, quia verè non manducaretur, sed crederetur, vel cogitaretur tantum: nec sanguis Christi esset verè potus, quia non verè biberetur, sed crederetur, vel cogitaretur tantum cum grata eius effusi recordatione. Et fides quidem talisque meditatio, & sua recordatio, ad eoque commemoratio mortis Dominicæ in hoc Sacramento, est vsus ipse, fructus, & finis huius Sacramenti; sed non est ipsum Sacramentum. *Fate hoc in meam commemorationem. Actus Sacramentalis est, manducare hunc panem, & bibere hunc calicem, manducare carnem filij hominis, & bibere sanguinem eius: Caro enim eius verè est cibus: id est, verè, & realiter in cibum comedenda est. Sanguis eius verè est potus, quia verè, & realiter bibendus est.* Quo in loco notandum plus dixisse Christum dicendo, *Caro mea verè est cibus*, ipsamque carnis suæ manducationem clarius, & efficacius expressisse, quam si dixisset, *Caro mea verus est cibus.* Quod enim verè est cibus verè manducatur. Scriptura est verus cibus anima, propter proprietates pasceendi animum, sed non verè cibus. Christus erat vera vitis, secundum proprietates ipsius vitis, quas eo loco describit, sed non erat verè vitis, iuxta naturam vitis. Christus de cælo descendens erat verus panis. *Ego sum panis verus qui de cælo descendi*, id est, vera salus credentibus. Et hoc erat donum Patris, qui dedit unigenitum suum mundo, vt omnis qui credit in eum non pereat. Sed donum proprium Christi est, de quo dixerat. *Panis quem ego dabo, caro mea est: & de hoc dicit. Caro mea verè est cibus, docens* (ait Chrysostomus) *omnino necessarium esse, vt corpus comederent.* Christus ergo in Sacramento nostro, non solum est verus cibus per fidem saluificans, sed etiam est verè cibus, per manducationem viuificans. Sic Paulus de viduis. *Viduas* (inquit) *honora, quæ verè viduæ sunt.* Et paulo post. *Quæ autem verè viduæ est, & desolata.* Vocat Paulus verè viduam, non solum quæ caret viro, sed etiam quæ caret solatio. Hoc enim ad naturam viduæ Ecclesiasticæ pertinebat. Vi-

Verè cibus verè mâducatur.

Matth. 23.

Verè cibus plus sonat quam verus cibus.

Ioan. 15.

Ioan. 6.

Ioan. 3.

Homil. 46. in Ioan.

1. Tim. 5.

Luc. 18.

Ioan. 11.

Luc. 7.

In Ioan. lib.

4. c. 14.

Hæreticorum expositio refutatur.

dua in deliciis viuens , quam mortuam Apostolus vocat , erat vera vidua secundum communem loquendi modum, sed secundum Apostoli, & Ecclesie sensum, non erat vere vidua, non erat Ecclesia sub sidio iuuanda. Vnde postea: *Vt non grauetur Ecclesia, sed is quae verè vidua sunt, sufficiat.* Sic in hoc Euangelio, māna erat verus cibus quia, corpus nutrebat iuxta com munem cibi acceptionem , sed non erat verè cibus, quia totum hominem non pascibat. Caro Christi est verè cibus, tum quia verè manducatur, tum quia to tum hominem nutrit. Sic rem intellexerunt, & expo suerunt Patres supra citati, Chrysostomus, & Cyril lus , alique omnes qui hunc cibum panem nostrum quotidianum exponunt: quia videlicet verè nos nu trit in omni gratia spirituali. Sic Cyprianus. *Panem nostrum vocamus, quia Christus noster (qui corpus eius con tingimus) panis est. Hunc autem panem dari nobis quotidie possumus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo graniori delicto & caelesti pane prohibeamur.* Sic Ambrosius. *Si quotidiane est panis, quare post annum sumis? Accipe quotidie, quod quoti die tibi proficit.* Sic Leo Magnus. *Non aliud agit participatio corporis, & sanguinis Christi, quam, vt in id quod sumimus transeamus, ipsi sumusque per omnia, & carne, & spiritu gustemus.* Sic rursus Cyrillus Alexandrinus. *Sicut pa rum fermenti totam massam fermentat, sic paruula benedictio totum hominem in seipsum attrahit, & sua gratia replet, & hoc modo in nobis manet Christus, & nos in ipso.* Sic ergo Christi caro verè est cibus, & sanguis eius verè est potus, quia manducando carnem, & bibendo san guinem (non credendo tantum) verè pascimur, & nutrimur augmento gratiae: verèque manemus in Christo non per fidem aut caritatem, aut spiritualiter tantum, sed naturali vnione, vt docet Cyrillus, & naturali participatione, vt probat Hilarius, ac re ipsa, & corporaliter, vt ostendit Chrysostomus, idemque Cyrillus lib. 10. cap. 13. in Ioan. Hæc pro ve ritate corporis & sanguinis Christi in hoc venerab. Sacramento dici possunt.

POSTULAT hæreticorum hodie execranda impietas contra venerabile hoc Sacramentum, & immanis blasphemia contra hodiernam solen nitatem, qua idololatricum cultum à nobis hodie committi blasphemant, vt de pia ac legitima venerabilis Eucharistia adoratione populus grauiter mo neatur & accuratè doceatur. Quo in loco illud ante omnia monendus populus, execrabile hæreticorum mendacium esse, quod Romana Ecclesia docet suos adorare panem. Quod enim illa adorat, suosque ad orare docet, credit esse corpus Christi non panem: in qua sua fide si fortè deciperetur, adoraret quidem per errorem panem pro Christo, sed tamen non do ceret adorandum esse panem. Deinde docendus po pulus incredibile esse, quod Ecclesia Christi tot gen tium & tot seculorum sic errauerit, vt panis idolum coluerit. Ratio est, quia per aduentum Christi om nia idola gentium, etiã inter ipsos gentiles per quos Apostoli transierunt, sublata erant iuxta Prophetas, Esaiam, Ieremiam, Ezechielem, Micheam, Zacha riam, & de factò sic ostendunt scriptores primorum seculorum, Tertullianus in Apologetico, Eusebius Pamphili de præparat. Evangelica lib. 11. Chryso stomus in orat. contra gentes. Theodoretus de curat. Græcarum affectionum lib. 10. Nicephorus hist. Eccles. lib. 1. cap. 17. Tertio docendus populus nihil ob stare, quod adoretur Eucharistia, etsi ad manducandum fuerit instituta, non ad adorandum, quod in aliis Euangelis supra explicuimus. Quar tò docendus populus hanc adorationem huius vene rab. Sacramenti etiam in Scripturis esse prædictã, vt sic hæreticorum impietas, & cæcitas clarius e lucefcat. In illo psalmo quem ad Christum pertine re Christus ipse asseruit, proferens eius initium in cruce. *Deus Deus meus quare me dereliquisti? sic de hoc Sacramento legimus. Vox mea reddam in conspectu timentium eum. Edent pauperes, & saturabuntur, laudabunt Dominum, qui requirunt eum, viuent corda eorum in seculum seculi. Adorabunt in conspectu eius vnuerse fami*

Hæreticorum execrabile mendacium.

Idololatria In Ecl. Christiana impossibili.

Esai. 2.

Ierem. 50.

Exech. 30.

Mich. 1.

Zachar. 13.

In festo Epi-

ph. & Dom.

23. post Pen-

tecosten.

Adoratio Eucharistia, præ dicta.

Psal. 21.

Manna verus cibus, sed non verè cibus.

Serm. 6. de Orat. Dom.

De Sacram. lib. 5. c. 4.

In Ioan. lib. 4. c. 17.

Li. 15. c. 26. & 27. in Ioan.

Lib. 8. de Trin.

cap. 45. in Iosep.

lia gentium. Et paulo post. Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ. Sic hæc verba exponunt Patres. *Vota mea reddam, idest (ait Hieronymus) mysterium corporis, & sanguinis mei offeram, cum his qui in eius timore hoc celebrant.* Sic & Augustinus. *Quæ sunt vota sua? sacrificium quod obtulit Deo. Nostis quale sacrificium. Norunt fideles quæ vota reddidit coram timentibus eum.* Sic ille de hoc mysterio propter astantes concionia catechumenos, idque more veteris Ecclesiæ, vt alibi docuimus. Sed apertius Beda, qui temporibus vixit magis Christianis. *Vota quæ faci cum me ipsum in ara crucis obtuli, illa reddam in Ecclesia magna, idest, iterum per quotidiana sacrificia meorum in sacramentis offeram.* Christo igitur vota sua per ministros suos in altari offerente (ipse enim est qui nunc operatur, ipse qui perficit, ipse qui sanctificat, & transmutat, (ait Chryostomus) fideles id faciunt quod propheta subiungit. *Adorant in conspectu eius. Manducant, & adorant.* Sic Aug. *Manducauerunt, inquit, corpus humilitatis Domini sui diuites terræ, nec sicut pauperes saturati sunt usque ad imitationem, sed tamen adorauerunt.* Et alibi apertius. *Venerunt etiam diuites terræ ad mensam Christi, & accipiunt de corpore, & sanguine eius, sed adorant tantum, non etiam saturantur, quia non imitantur.* Quo etiam in loco verba illa, *vota mea reddam*, clarius exposuit his verbis. *Vota sua Dominus vult sacrificium corporis sui intelligi. Ideo subiungit. Edent pauperes, &c.* Sic denique hunc psalmi locum exposuerunt. Arnobius, Basilius, Theodoretus. Rursum ex alio psalmo, *Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est*, colligit post Ambrosium Augustinus Christi carnem in hoc sacramento adorari. Per scabellum inquit Ambrosius, terra intelligitur, per terram autem caro Christi quam hodie quoque in mysterio adoramus, & quam Apostoli in Domino Iesu adorauerunt. Augustinus in hæc verba. *Suscipit Christus de terra terram, de carne Mariæ carnem.* Et quia in ipsa carne hic ambulauit & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit, nemo autem illam carnem manducat nisi prius adorauerit, inuentum est quemadmodum adoretur tale scabellum pedum Domini, vt non solum non peccemus adorando, sed etiam peccemus

mus non adorando. Hæc ille. Iam verò Apostolus ipse hanc adorationem huius Sacramenti docuit, quum diceret: *Iudicium sibi quosdam manducare non diiudicantes corpus Domini.* Hoc enim ideo dixit, quia Corinthij non quidem scelere concij, sed irreuenter accedebant, & quia (ait Augustinus) hoc non discernebant à cæteris cibis veneratione singulariter debita. Nempè quòd cum epulis accedebant, quòd non ieiuni, quòd ad pompam ac denique ad luxum accedebant. Diudicatur corpus Domini dupliciter in hoc Sacramento. 1. ex parte gratiæ & effectus quem inde consequimur. Ad hoc requiritur, vt probet seipsum omnis homo ne accedat indignè. 2. ex parte rei ipsius seu sacramenti: de quo Ambrosius in hunc locum. *Qui dignè hoc mysterium accipit, iudicare debet quòd ipse est Dominus, cuius sanguinem in mysterio bibit.* Sic & Chryostomus respectum hunc ex parte rei tractans. *Non diiudicans, inquit, corpus Domini, idest, non inuestigans, non considerans, vt oportet magnitudinem propositorum, non reputans muneris magnitudinem. Si enim didiceris diligenter qui sit propositus, & quis cui seipsum exhibet, nullius alterius indigebis ratione, sed hoc tibi ad omnem sobrietatem sufficiet, nisi sis omnium ignauissimus.* Apostolus ergo docens eos iudicium sibi manducare qui non diiudicant corpus Domini, docet eos grauissimè peccare qui debita cum veneratione non accedunt. Hæc autem debita veneratio, vt alia multa requirit, sic etiam adorationem externam, considerata præsentis Christi maiestate. Quæ ex Apostolo & Patribus collectio ne cuiuspiam malè Catholico aliena aut extorta videatur, Lutheranum doctorem hic proferemus, qui cum suo Magistro realem presentiam agnoscens, etiam ex hac Apostoli doctrina venerationem externam confirmat. Is est Martinus Chemnitius in hæc verba scribens. *Ad veram confessionem pertinet, vt fidem, deuotionem, celebrationem publicè quoque testemur, & voce, & aliis externis significationibus, quibus ostendamus quid de huius cæna substantia, & fructu sentiamus: qua animi reuerentia, & deuotione accedamus, qualem ibi cibum nos credamus accipere. Tali externa confessione sciungimus nos à Sacramentariis, & Epicureis (nos quoque Catholici multo magis) horum mysteriorum contemptoribus: excitamus alios*

In comment. in psal. 111. Enarrat. in psal. 111. In Apologia recentioris Ecclesiæ.

Ibidem in comment.

Homil. 83. in Matih.

Enarr. in psal. 21.

Epist. 120. cap. 27.

In comment.

Lib. 3. c. 12. de Spiritu S.

Enarr. in psal. 98.

I. Cor. 11.

Epist. 118.

Duplex diiudicatio corporis Domini. I. Cor. 11.

In comment. ibidem.

In comment. homil. 28.

Lutherani ad rationem Euchar. ex Scriptura probant agnoscunt.

In exam. conc. Trid. par. 1.

alios ad reuerentiam, ne qua detur occasio, vel simplicibus ad profanas cogitationes, vel porcis ad conculcanda hæc mysteria. Externa enim irreuerentia signum, & profane mentis, & non diiudicantis corpus Domini, quod dicebat Paulus de quibusdam, quia id in Cæna Dominica non maiori reuerentia tractabant quam vulgares contemnunt. Hæc ille Lutherano- rum hodie facile princeps. Sic ergo ex ipsis Scripturis huius venerabilis Sacramenti externam adorationem didicimus.

S E D multo clarius ex veteri Christianorum more ac religione illud perspeximus: quod populo fidei diligenter explicandum est, ut intelligant non posteriorum horum secularium (ut garrunt hæretici) sed antiquissima ac primitiua Ecclesiæ hanc pietatem, hunc sensum fuisse, ut in his tremendis mysteriis Christum præsentem adorarent. Dionysius Areopagita D. Pauli discipulus, diuinum hoc Sacramentum his verbis inuocat. *sed ò diuinum penitus sanctissime que mysterium obducta tibi significantium operimenta signorum dignanter aperiens, nobis palam atque aperte luceſce, nostræque spirituales oculos, singulari & aperto lucis tue fulgore imple.* Hæc ille. Qui inuocat diuinum hoc Sacramentum, procul dubio adorauit illud, quum maxima adorationis pars sit inuocatio, adeoque plus sit inuocare quam adorare. D. Gregorius Nazianzenus, Theologus nuncupatus, simili inuocatione vsus est, sic loquens. *sed ò pascua magnum, & sanctum pascha, nostris necessitatibus offer ser: ut ad illum Dionysij locum commemorat Græcus Paraphrastes Pachymylerus. Porro & de sorore sua Gorgonia idem Nazianzenus refert, quod ægritudine graui laborans, ad hoc Sacramentum confugerit.*

Ante altare, inquit, cum fide proceubuit, ac illum qui super illud adoratur, Tiv in avro tuos uosov av xnao xlviv, magna voce inclamans, eique miracula cūcta que olim fecerat, in memoria reuocans, tandē impudencia quadā pia imitata illā que per simbric tactū à fluxu sanguinis est sanata, super altare caput inclinat. & cū lachrymarum profusio opē implorat, moxque ubi manus ex venerando corporis, & sanguinis Christi antitypo aliquid recondiderat, cū tē tē avritōrov tē tūis ouerōtas xafē dūſōqnos, hoc miscens lachrymis discessit, & ò miraculum

lum) confestim corporis salutem adeptus est. Hæc ille ex adoratione, & contactu huius Sacramenti (quod Græcorum more antitypum vocat) fororis fanitatem recuperatam demonstrans. Hunc perpetuum, & antiquissimum Christianorum morem, antiquissimus Origenes his verbis attestatur. *Quando sanctum cibum illud que incorruptum accipis epulum, quando manducas, & bibis corpus, & sanguinem Domini, tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur, Et tu ergo humilians te ipsum imitare hunc centurionem, & dicit, Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum.* Hæc ille, morem Catholicorum præsentem ante secula iam quatuordecim exprimens. Sed omnium apertissimè, & copiosissimè hanc Christianorum adorationem tradit docetque S. Chrysoſtomus: cuius verba produxi- mus supra in die Epiphaniæ. Porro non à fidei tantum populo, sed & ab ipsis angelis adorari, hoc mysterium consecrationis, & oblationis tempore idem docet Chrysoſtomus. *Per id, inquit, tempus, & angelus sacerdoti assident, & celestium potestatum vniuersus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem qui immolatur angelorum choris plenus est. Id quod credere abundè licet, vel ex tanto illo sacrificio quod tum peragitur.* Hæc ille. Cuius collectionem illud Apostoli confirmat. *Mulieres in Ecclesia velut esse oportere, etiam propter Angelos.* Si enim communi orationi fidelium angeli interfint (ut hic Apostolus docet) quanto frequentius in illa sacratissima hora adesse putandum est? Vnde Ambrosius. *Non dubites assistere angelum quando Christus assistit, Christus immolatur, adolentibus nobis altaria, &c.* Certè Chrysoſtomus eodem in loco visionem sancti viri commemorat, qui circa oblationem mysteriorum vidit Angelorum multitudinem altare circumdantem, & capite inclinatos, ac si milites præsentem rege starent: quod, inquit, verum esse mihi ipsi persuadeo. Hanc populi Christiani adorationem solennem Eusebius Emisenus Augustino contemporaneus his verbis testatur. *Cum ad reuerendum altare, sa-*

Homil. 5. in diversos Euang. locos.

Homil. 2.4. in 1. ad Cor.

Lib. 6. de sacerdotio.

1. Cor. 11.

Lib. 1. in Lu-

Hom. 5. de Pasch.

Vetustissima Ecclesia Christum in Eucharistia adorauit.


Eccles. Her. 1. cap. 3. par. 3.

Ofat. in funere sororis Gorgoniæ.

DE VENERABILIS

SACRAMENTI DE PORA-
TATIONE IN PROCES-
sionibus publicis.

POSTULAT hodierna solemnitas à Catholicis quidè summa pietate ac religione obseruata, ab hæreticis verò etià iis qui reali Corp. & Sanguinis Christi præsentia agnita, eius quoque adoratione in ipso vsu ac sumptione agnoscunt acerrimè reprehensa, & horrenda idololatriæ condennata: vt certas eius ac firmas rationes populus intelligat. Ac primum quidem sufficere debet homini sobriè Christiano Ecclesiæ Catholicæ vniuersalis consuetudo ante anno 300. recepta, & à sede Apostolica sedente Urbano 4. præscripta: iuxta ea quæ alibi disputauimus ex Scripturis, de Ecclesiæ, & Sedis Apostolicæ in rebus ad religionè pertinentibus decernendis firmitate infallibili. Si enim ea quæ tribus totis seculis cõcordi sensu circa diuinum cultû vbique, & semper ab omnibus obseruata sunt, ea impietate, & blasphemiam contra Deum continerent, profectò mendax esset Christus in illis verbis, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi*: Et rursum in illis, *cum venerit spiritus s. ille docebit vos omnem veritatem*. Quæ verba Christi in hoc opere latius tractauimus. Deinde etià festum hoc Corporis Christi non nisi ab annis 300. institutum fuerit, tamen processiones publicæ, in quibus venerandum hoc Sacramentum circumferrebat, honoris, & adorationis causa etià ante mille annos in vsu fuerunt. Locupletissimû huius rei testimonium est, Braccarensis Concilij decretum anno Domini 654. in quo quendam quorundam Episcoporum circa hanc ceremoniam abusum, illi Patres corrigunt his verbis. *Bona res est diuina sacerdotibus contraclare mysteria. Sed cauendum ne hoc ad sua: quifque prauitatis vsu detorqueat, vnde soli Deo bona conscientia placere debuerat. Vt enim detestanda quorundam Episcoporum presumpcio nostro se cætu intulit dirimenda, quosdam ex iis agnouimus in solemnitatibus Martyrum progressuros, reliquias collo*



Princip. s. d. lib. 6. & 8.

Domin. s. s. Trinit. & Dom. x. post Pascha.

Bracca. syn. 3. Can. 5.

Circumgestio venerab. Sacramenti.

lutari cibo potuque, respiciendus accedis, sacrum Dei tui Corpus & Sanguinem fide respice, honora, mirare, mète continge, cordis manu suscipe, & maximè haustu interiore assume. Sed & in eadem Homilia, hoc Sacramentum non solum ad cibum, sed etiam ad cultum relictum à Christo fuisse perspicuè docet. Quia (inquit) corpus assumptum Christus ablaturus erat ex oculis nostris, & s. deribus illaturus, necessarium erat, vt nobis in hac die Sacramentum Corporis & Sanguinis sui consecraret, vt coleretur ingiter per mysterium quod semel offerebatur in pretium, & perennè vltima semper viueret in memoria, & semper esset in gratia. Hæc ille, Sic nobilis auctor Græcus Sanctus Damascenus dum fidem orthodoxam docet, fideles monet.

Ibidem.

Lib. 4. c. 14. de fide orthodoxa.

Dialog. 3.

cum omni (ait) timore, & conscientia pura, & indubitata fide accedamus, & omnino fiet nobis quod credimus: Et veneremur ipsum omni puritate corporis & animi. Accedamus autem in desiderio ardent, manus in crucis modum formâtes (vide ad rationis Græcicæ formam à Iudæis acceptam) crucifixi corpus suscipiamus. Hæc ille. Theodoretus ex hac Sacramenti receptissima adoratione probat contra Nestorianum, totum Christum esse adorandum. Non solius (inquit) hominis corpus, sed Dominus nostri Iesu Christi unigeniti Filij Dei corpus salutem nobis procurauit. Sin autem id tibi paruum & vile putatur, quomodo eius typum ac figuram venerabilem & salutarè existimas? Cuius enim typus adorandus & venerandus, argoueritis xpi oisæctos quæ admodum est ipsum exemplar ἀρχέτυπον vile & aspernandû? Hæc ille, probans Christum totum venerandum esse, Deum & hominem, nec diuidi oportere, quia Sacramentum Corporis & Sanguinis eius, quod typum ac figuram propter externas species vocat, venerandum & salutare est. Hæc antiquitatis testimonia (quibus Augustinum, Ambrosium, Hieronymum, Arnobium, Bedam, suprâ citatos adiunge) sufficere possunt, ad Catholicorum hodiè deuotionem solidè confirmandam, & ad hæreticorum impietatem perspicuè refutandam.

DE

tollo suo imponere (non Martyrum reliquias, quas suprà
 vocant diuina mysteria, & ex vlu veteris Ecclesiæ, Eu-
 charistia, sacrificij reliquie seu residuum, vocari solebat)
 vt maioris apud homines fistus gloria innumescant, & quasi ip-
 si sint reliquiarum arca, Leuite albis induti in sellulis eos depor-
 rant. Quæ detestanda præsumptio abrogari per omnia debet, ne
 sub sanctitatis specie simulata, vanitas sola præualeat, si modum
 cuiusque ordinis summi reuerentia non agnoscat. Et ideo antiqua
 hac in parte solemnisque consuetudo seruetur (vbi obserua
 quòd etiam eo tunc tempore antiqua, hæc erat, & so-
 lemnis consuetudo) vt in festis quibusque diebus Arcam Domi-
 ni cum reliquis, non Episcopi, sed Leuite in humeris gestent.
 Quod si Episcopus reliquias per se deportare elegerit, non à Dia-
 conis ipse vehatur in sella, sed eo potius vnà cum populo pede-
 stri progressionè ad conuenticula sanctorum Ecclesiarum præ-
 grediente, Sanctæ Dei reliquie (quo nomine reliquie
 sanctorum numquam vocantur, sicut nec Arca Domi-
 ni, vt suprà; per eundem Episcopum portabuntur. Hæc ibi:
 de hac etiam solempni gestatione vener. Sacramenti ei-
 usdem temporis scriptor Gregorius Turonensis di-
 fertè meminit, vt Gallix & Hispanix vetus consue-
 tudo ex his appareat. Certè quum apud Græcos con-
 suetudo esset, per totam Quadragesimã non nisi Do-
 minicis & Sabbatis consecrare mysteria (vt ex con-
 cilio Laodiceno patet manifestè) ideoque aliis die-
 bus non nisi de præsanctificatis sacrum fieret, vt Syn-
 odus generalis in Trullo disfertè explicat, illa præ-
 sanctificata, id est, mysteria prius consecrata, & asser-
 uata quum ex sacro armario ad altare deportarentur,
 magna procedebatur cum veneratione procubente
 populo in adorationem, luminariâque ac suffitis an-
 tecebant, quemadmodum Nicolaus Cabasila auctor
 Græcus latè describit, in suis ad hanc Synodũ scho-
 liis. Denique quum Sanctorum Martyrum reliquie
 magna cum solennitate ab ipsis Episcopis deferri so-
 lerent, vt clarè patet ex D. Augustino, qui narrat Lu-
 cillum Episcopũ populo præcedente ac sequente memo-
 riam S. Stephani solenniter gestasse, eaque gesta-
 tione sapatum fuisse, dubitari non debet venerandum
 hoc Sacramentum non minus honorificè (vbi occasio
 tulit) circumgestatum fuisse.

HIS accedit honor, & veneratio huius Sacra-
 menti figuræ, ac typo in veteri testamento exhi-
 bita, Arca videlicet, & quæ in ea continebantur.
 Hæc enim solemniter circumducta circa Hierichõ-
 tis muros, ciuitatem subuertit. Et istud quidem ex
 Dei præcepto fiebat, sed quòd in castris contra Phi-
 listæos circumferrebat, nullo Dei præcepto, sed ex
 pio populi desiderio fiebat. Neque hoc exemplum
 proposito nostro contradicit, quia capta tunc fuit
 Arca Dei, & per hostes religionis abducta, vt hære-
 tici hic cauillantur, tum quia non ipsa eius circum-
 gestatio huius calamitatis causa fuit, sed sacerdotum
 impietas qui gestabãt, Ophni, & Phinees, tum etiam
 quia maiori postea cum gloria eadem Arca apud ho-
 stes religionis custodita, ac demum restituta fuit, vt
 sacra historia demonstrat. Sed, & Dauid rex absque
 vllò Dei præcepto hanc Dei Arcam ex domo Obe-
 dedom in suam deduxit, maxima cum solennitate,
 in canticis, & citharis, variisque instrumentis musicis, ipso
 quoque Dauide totis viribus saltante, ac trepidante coram
 Domino Et Dauid quidem, vt hoc faceret, tantumque
 honoris Arcæ Domini deferret, ex æ duobus metitur.
 Primùm ex comparatione cū apparatu regio, quòd
 Dei dignitas omnes post se reges longo intervallo
 relinquat. Sic enim postea ad Nathan dixit: *Vides ne
 quod ego habitem in domo cedrina, & Arca Dei posita sit
 in medio pellium?* Deinde ex consideratione beneficio-
 rum Dei: tum quia vidit, quòd Dominus benedixe-
 rat domui Obed-edom Gethæi propter Arcam que
 in ea habitauit, tum etiam quia rex à Deo constitu-
 tus fuerat, reprobato Saul: de quo sic ad Michol lo-
 quutus est. *Ludã ante Dominum qui elegit me potius, quam
 patrem tuum, & quàm omnem domum eius, vt essem dux super
 populum Domini, &c.* Tales considerationes Ecclesiam
 mouerunt, vt huic diuinissimo Sacramento omne
 honoris genus deferret: tum propter rei subiectæ
 dignitatem maximam, tum propter beneficiorum
 Dei commemorationem: ob quam etiam hoc myste-
 rium institutum fuit, dicente Christo *Hoc facite in
 meam commemorationem.* Neque verò sequitur, quia
 hoc Sacramentum dum offertur, & manducatur, in

Iosue. c. 6.

1. Reg. 4.

Obiectionis remotio.

2. Reg. 6.

Dux causæ honorandi Arcam.

2. Reg. 7.

2. Reg. 6. & 7.

Eadem cau-
 sæ venerandi
 Eucharistiam.

Obiectionis refutatio.

In lib. de glo-
 ria Mart. ca.
 26.

Conc. Laod.
 can. 49.
 Syn. Trull.
 can. 52.

Cap. 24.

De ciuit. Dei
 lib. 22. c. 8.

Christi commemorationem adhibetur: ergo quum publicè circumgestatur, & adoratur, ad talem commemorationem applicari non debet, vel non potest. Neque enim principalis institutio, ad certum finem, alia media ad eundem finem consequendum, vel prohibet semper, vt illicita, vel excludit, vt impossibilia. Mors Domini cōmemoratur, non solūm quum manducatur corpus, & bibit̄r sanguis Christi, sed etiam quum verbo prædicationis eadem annunciat̄ur, & explicatur, & quum *in baptismo, Christo commorimur, & cōsepelimur*. Vt ergo extra sacramentum hoc per baptismum, & per prædicationis medium mortis Domini sit commemoratio, ita etiam in Sacramento ipso per eius circumstantias omnes non per solam sumptionem mors Christi annunciat̄ur. Neque vel Christus, quum dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*, vel Paulus cum dixit: *Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciat̄is*, per solam præcisè sumptionem Sacramenti id docent fieri, sed illis verbis totam actionem liturgicam comprehendunt, consecrationem, oblationem, eleuationem, seu ostensionem, ipsiusque populi adorationem, & inuocationem. Omnia enim ista pertinent ad mortem Domini in hoc Sacramento cōmemorandam. Cōsimiliter, & solemniss̄ ista circumgestatio. Excitat enim hæc publica pompa, & processio animos fidelium ad maiorem passionis Dominiicæ in hoc Sacramento venerationem, recordationem, gratiarum actionem, & sanctam imitationem, Sed sunt noui Micholitzæ, qui hanc populi deuotionem coram hac Arca Domini, in quibus non manna vetus, sed Christus ipse præsens adest, muliebriter derident. Sunt noui Iscariotitæ, qui splendorem, & magnificentiam harum processionum inanes esse sumptus clamitant. Quibus illud Terrulliani responderi debet. *Pietas est pro pietate sumptus facere. Itē illud Ambrosij de facto Helene, circa crucem Domini, & clauos, non est insolentia ista, sed pietas quod deferunt redemptioni. Sed, vt ad figuram veteris testamēti Arceæ deportationem redeamus, illud contra hæreticos hoc loco valet plurimum, si moneatur populus, ipsos*

hæretic

hæreticos in causa multo grauiori hoc argumenti genere penè solo certè præcipuè vsos fuisse. Baptismum paruulorum nulla Scriptura præcipit, sed verò prohibere potius videtur, quam non nisi credentes baptizari iubeat, credere autem paruuli per ætatem nequeant. Caluinus, & alij horum temporum hæretici, quia Scripturæ præcepto, vel exemplo penitus carent, nec tamen Ecclesiæ traditionem in baptizandis paruulis agnoscere videntur, ne rem tam necessariam sola traditione niti fateantur, ex Circumcisione quæ figura erat baptismi, & quæ in paruulis octauo post partum die fiebat, paruulorum baptismum necessariò. & firmo argumento se colligere asseuerant. Hinc Caluinus, *constituere* (inquit) *licet quicquid circumcissioni conuenit ad baptismum simul pertinere, excepta visibili ceremoniæ differentia*. Sic ille. At qui manna verum fuisse typum panis huius cœlestis, tota Christi disputatio Ioan. 6. cap. manifestum facit Arca fœderis, in qua manna seruabatur, sue Sacramenti ipsius, sue ciborij in quo reconditur verum manna expressissima figura est. Cōstituere igitur licet quicquid Arceæ, & mannae conueniebat, ad hoc Sacramentum simul pertinere, excepta visibilis ceremoniæ differentia: quia (vt Augustinus) *spiritualem escam eandem manducauerunt veteres, corporalem alteram, Nam illi manna, nos aliud*. Illa autem per Dauidem absque Dei præcepto, Deo tamen approbante, & ridentem Michol sterilitate percutiēte, circumferebatur, quasi in triumpho honorificè. Et ergo Sacramētum per Ecclesiam absque Dei præcepto, Deo tamen approbante, & ridentes hæreticos seuerè puniente, in triumpho honorificè deserti potest.

AT QV E, vt hæreticorum armis hæreticos ipsos magis opprimamus, quæ ipsi contra suos hac in re disputarunt, proferemus. Hæreticorum enim de hoc venerabili Sacramento, quum diuersæ fuerint sententiæ, circa cultum quoque eius diuersæ senserunt, alioſque aliter sentientes acriter taxarunt. Hæsitæ sic præsentiam corporis, & sanguinis Christi in hoc Sacramento agnouerunt, vt etiam hodiernam cœlestioniam diligenter obseruarint, & in publicis pro-

D 3 cessionib

Rom. 8.

Matth. 26.

I. Cor. II.

Nouus Micholitzæ.

In Apologet. cap. 39.
In obitu Theodosij

Argumentum ex figura validum.

Marc. vi.

Instit. lib. 4. cap. 16. n. 4.

Tract. 26. in Ioan.

Hæreticorum contra hæreticos testimonia.

cessionibus honorificè Sacramentum more Catholico detulerint. Lutherani sic eandem præsentiam agnoscunt; vt festum quidem hodiernum studiosè celebent, à publica tamen processione abstinentium putent, eamque condemnent. Sacramentarij, & Calvinistæ, vt præsentiam negant, ita neutrum ferunt. Quibus ergo verbis, Hnsitè, Lutheranos, & Lutherani Sacramentarios refutarunt, eidem, & à nobis refutari possunt. M. Ioannes Roteclana, Hussita, Bohemus, sic contra sui temporis, vel Sacramentarios, vel companatores, scribit: *Omnes Sacerdotes, & Clerici ceteri debent suas Orationes, & Psalmodias frequentare in præsentia, ubi est corpus Christi, & Rex, & Dominus omnium creatura, ubi Angelorum frequentia: Vnde grauiter peccant, & duriter arguentur, qui ad hoc Deificum corpus in hoc Sacramento leuiter se habent, & Domini Dei sui ibi verè existentis obliuiscuntur. Et paulo post: Vnde noscitur error inauiter, & futue irridèdium accensionem luminum coram Domini corpore in Sacramento, ac dicentium: Deum lucem esse, nec egere lumine. Nam, & in veteri lege, Domini quoque mandato, lumina, lucerna, candelabra coram panibus propositionis, qui figura tantum erant corporis Domini, in sanctuario dispositi exardebant, multò decentius idem in tanti sacramenti præsentia fieri. Hæc ille contra eos, qui hoc Sacramentum extra vsu, & sumptionem ipsam nullo honore affici volunt, vt hodie Lutherani. Nunc Chemnitium Lutheranum audiamus pro ipsa festi hodierni celebratione contra Sacramentarios. Sicut (inquit) ordinis gratia totus annus distributus est in certa quadam festa, que æquialiter ad ædificationem apud nos seruantur, vt scilicet præcipui articuli fidei ordine aliquo populo per annum proponi, repeti, & contra quasuis corruptelas retineri possint, neque fideles moneantur, & excitentur ad consideranda beneficia Dei, &c. Ita nulli piorum improbaretur, si præterquam quod semper omnibus diebus illud fieri debet, ordinis gratia, certo anni tempore. Ecclesia frequentius conueniret, & in illo conuentu doctrina de Cæna Domini in ista tractatione simpliciter, & clare proponeretur: omnes corruptela puritatem illius doctrinæ contaminantes refutarentur: admonerentur homines, quantum thesaurum Christus Ecclesia in testamento suo legauit, pro beneficijs illis, que Cæna Dominica exhibet, & confert, Christo*

cochlearis in historia Hussitarum.

In examine Conc. Trid. par. 2.

Christo saluatori gratia in Ecclesia magna agerentur, taxata negligentia incitariẽnt homines ad crebriorem Euchari- stia vsu per totum annum. Hoc modo Ecclesia verè tamquam victrix, de mendacio, & hæresi publicum quasi triumphum ageret. Et si hæc esset ratio huius festi, petulantia quedam esset celebrationem eius odiosè exagitare. Hæc ille. Quare in ipso, & alijs tam Lutheranis, quàm Sacramentarijs petulantiam esse asseueramus, quòd tantopere festum hoc infestentur, quum non alias causas Vrbanus Papa, aut vilis Catholicus proponat, quã quas ipse allegat. Tantùm discrepamus, quòd in festo easiunt quibus illorum hæreses percelluntur, sed ideò à nobis adhibentur, vt percellantur, quum eo festum pertineat, vt publico triumpho hæreses profingentur. Istæ videlicet, Christum à Sacramento abesse quod autem Calvinistæ: Christum in solo vsu præsentem esse, quod affirmant Lutherani. Duplicem speciem esse necessariam, quod vtrique sustinet. Euchari- stiam denique non esse adorandam, quod Sacramentarij docent. Has nostris temporis hæreses hodierna solemnitas, quasi in triumpho captiuas ducit, fidemque Catholicam, & orthodoxam ad Christi gloriam, & ad tanti beneficij gratiam recordationem illustri ceremonia confirmat.

IN DIE SANCTI

Ioannis Baptistæ.

Ioannes est nomen eius.

LUC. I.



IO Cvs ostendendi nomenim impositionem, vt olim in Circumcisione, sic hodie in baptismo, certa, & facta religione fieri, eaque imponi nomina, quæ vel futuram excellentiam diuinitus notant, vt hic in S. Ioanne, cuius nomen Dei gratiam significat, & in nostro Salvatore I E S V (vt in die Circumcisionis ostendimus) vel ad futuram pietatem, atque virtutem, excitent. Quam ob causam Ecclesia Catholica Euangelij exemplum diligenter imitata, curauit suorum liberis non nisi Sanctorũ, vel Apostolorum,

De impositione nominum in baptismo.

vel Martyrum nomina imponi, idque duplici ex causa, Vna erat, vt nominis similitudine, ad virtutis & sanctitatis imitationem excitarentur. Altera, vt cuius nomen quis præfert, tum sibi patronum, & aduocatum apud Deum inuocet. Priorem causam Dionysius Alexandrinus antiquissimæ Ecclesiæ testis luculentus his verbis commemorat, simulque primorum Christianorum morem quem diximus attestatur. *Ioannis* (inquit) *Apostoli multos fuisse gentiles arbitror, qui propter singularem amorem quo erga illum affecti erant, propter admirationem quam de eo habebant, & propter emulationem qua ad illum imitandum flagrabant, & quod à Domino pari ratione diligi cupiebant, etiam istam appellationem amplexi sunt. Quemadmodum nomina Petri, & Pauli fidelium liberi crebro ferunt.* Hæc apud Eusebium Dionysius. Posteriorem considerationem & causam Theodoretus peruerustus, & doctissimus scriptor his verbis attestatur: *Philosophi* (inquit) *præclaræque Oratores obliuioni iam dati sunt. Imperatorum. verò ac magnorum ducum ne nomina quidem multi hodie norunt. Cum tamen Martyrum nomina, magis quam familiarium cuncti mortales fiant. Quin etiam nascentibus filiis ea imponi curant, ita custodiam illis tutelamque certissimam comparantes.* Hæc ille. Hæc fides, hæc religio, hæc pietas veterum Christianorum fuit ab ipsis Ecclesiæ cunabulis ad nos usque deriuata, vt primum Apostolorum, deinde, & Sanctorum Martyrum nomina fidelium liberis iam nascentibus imponerentur, non tantum ad imitationem excitandam (quod ipsi fortasse hæretici non admodum negabunt) sed etiam ad custodiam atque tutelam, vt patronos, & intercessores habeant, quorum nomina gerunt. *Sunt enim sancti Martyres* (vt eodem in libro scribit Theodoretus) *verè hominum duces, principes, propugnatores, custodes, per quos à nobis infortunia aueruntur, proculque arcantur que à demonibus inferuntur mala.* Hoc genere pietatis mori veteres Christiani eos Sanctos præ cæteris colebant, eorum virtutes admirabantur, quorum in baptismo nomina acceperant. Sic Ioannes Patriarcha Ierolymitanus vitam scripsit Sancti Ioannis Damasceni, quæ extat in noua Damasceni versione per

per Abbantem Billium. Sic Gregorius presbyter vitam scripsit Sancti Gregorij Nazianzeni, quæ extat apud Surium. Vterque nominis cõsortio permotus. Est hoc igitur contra hæreticos hoc loco obseruandum, qui vt à Catholicorum pietate sese in omnibus alienissimos ostendant, suorum liberis, ex veteri potius Testamento, & Synagoga Iudaica nomina accipiunt, quam ex nouo, & ex Ecclesia Christiana; vt videlicet quia veteris Testamenti Patres & Prophetas Ecclesia Christi colere aut inuocare non solet, aut certè parcissimè id facit, idcirco eorum nominibus filios suos potius insigniant, ne vllam eos specialiter inuocandi occasionem accipiant, more Catholico. Apostolorum enim & Sanctorum Martyrum festa colit Ecclesia, Patriarcharum & Prophetarum non colit. Prouocantur autem fideles in festo Sancti cuius nomen gerunt, & eius exempla diligentius atendere, & eius patrocinium ardentius expetere, ac denique Deum in illo Sancto feruentius colere. Hæretici verò vt ab hac religione suos quam longissimè arceant, & ne vel per accidens Sanctos Dei colant, quoduis potius nomen etiam ethnicum interdum barbarum, & insolens, infantibus suis imponi volent, quam vel Apostoli vel Sancti cuiusquam Martyris. Sic innumeros nunc habemus Abrahams, Isaacos, Adamos, Tobias, Noacos, & in altero sexu, Penelopes, Sibyllas, Dianas, & nescio quos alios: vt vel Iudaico vel gentilitio spiritu seduci isti homines ostendant potiusquam Christiano nedum Catholico. Porro de Sanctorum inuocatione, & patrocinio tum aliqua supra diximus, tum plura postea dicentur, in festo omnium Sanctorum loco proprio.

Quis putas puer iste erit?

Locus excurrendi in laudes Sanctissimi præcursoris, & Baptiste Christi, vitamque eius eremiticam, austeram, rigidam, contra molles, & delicatos, & carnales horum tæporum hæreticos plenius explicandi,

*Dominica s.
post Pascha,
Sim die ss.
Philippi, &
Iac.*

Apud Eusebium hist. Eccl. lib. 7. ca. 20.

Lib. 8. de curat. Grac. aff. sect.

Ibidem.

candi, simulque quæ in huius austeræ vitæ laudem Christus ipse perorare dignatus est, in hunc locum conferendi, & contra varias hæreticorum cauillationes de vita eius eremitica, de victu, & vestitu aspero, (quæ omnia eludere illi plurimum satagerunt) diligenter defendendi. Illa omnia supra confecta habes in Euangelium Dominicæ 2. Aduentus.

IN DIE SS. APOSTO-
LORVM PETRI ET
PAVLI.

Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.

Math. 16.

De Primatu Petri in scripturis fundato.



LOCVS illustris, proprius, & necessarius. Diui Petri principis Apostolorum supremam in terris dignitatem & potestatem verbo Dei perspicuo stabilitam, contra nefarios, & rebelles horum temporum hæreticos solidè, & perspicuè explicandi. Primum igitur causa, & occasio horum Christi verborum aperienda est. Christus hoc loco, accepta confessione Petri nobilissima, qua dixit, & primus mortalium dixit, & solus ex Apostolis dixit, & ex speciali reuelatione dixit, *Tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti*, eaque collaudata, quòd non caro, & sanguis, sed Pater cœlestis eam ipsi reuelauerat, volens huius confessionis amplam mercedem dare, & eum ædificandæ fidei primarium pastorem constituere, qui fidem ipsùmque fidei nostræ fundamentum (*Christum filium Dei incarnatum*) primus, & à Deo accepit, & palam confessus est, dicit Petro. *Et ego dico tibi, tu es Petrus, &c.* id est. Mercedis loco ei retribuit eam prærogatiuam quam verba sequentia complectuntur. Sic omnes in hunc locum veteres interpretes annotauerunt, Chrysostramus, Euthy-

Occasio verborum Christi ad: et: m.

Eurhymius, Theophylactus, Hilarius, Hieronymus, in suis ad hunc locum commentariis. Et Chrysostramus diligenter docet duo hic fuisse Petro data. Vnum Patris donum, reuelationem incarnati verbi. Alterum proprium filij donum, *vt sit Ecclesie Petra*. De quo dono honorifico imprimis sic alio in loco Hilarius. *Petrus vltra humane infirmitatis modum supereminet beatæ suæ fidei confessione gloriam premeruit. Sic etiam, & Cyrillus Alexandrinus, Græcus. si B. Petrus tam nobiles honores consequutus est filium Dei viuientis illum confessus, &c.* Causa igitur, & occasio horum Christi verborum hæc est, vt Petri confessione certo honore remuneraret. Hinc sequitur sequentiæ verba necessariò ad ipsam Petri personam pertinere debere, nõ ad fidem eius sæculi personam, & multo minus ad Christum ipsum, vt aliqui erranter docuerunt. Ad quod melius intelligendum (quia futuræ explicationis fundamentum est,) obseruandæ adhuc aliæ verborum Christi circumstantiæ. Primò iubet Petrum, & alios omnes aduertere quis ei loquatur, sic præfatus, *Et ego dico tibi*. Deinde eum nouo nomine hic primum compellat dicens: *Tu es Petrus. Quæ circumstantia magni ponderis est. Nam antea promiserat quidem Christus hoc illi nouum nomen, primo ipso die quo Petrus ad eum venit, dicens. Simon, tu vocaberis Cepha, id est, Petrus. Nam idem profusus vtrumque valet, quum Petra Chaldaicè Cepha dicatur. Hoc quoque nomen ei antea imposuerat, vt est apud Marcum. Vocauit ad se quos ipse voluit, & fecit, vt essent duodecim cum eo: & imposuit Simoni nomen Petrus. At verò quod nomen antea promiserat, posteaque imposuerat, eo primum nomine iam compellat, dicens: *tu es Petrus: Ego imposui tibi nomen Petrus. Sed nunc cur id fecerim, & quid hoc nomen tuum nouum significet, explicabo. Et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Hæc occasio verborum Christi, & hæ circumstantiæ coniunctæ euidentissimè docent verba sequentiæ insignem aliquam ipsius Petri prærogatiuam, quæque ad ipsum propriè pertinet. complecti: quòd tamen ex sequentibus magis adhuc elucescet. Nunc ergo quæ illa sit, explicandum est.*

Homil. 55. in Matth.

Lib. 6. de Trinit.

Li. 4. dialog.

Circumstantiæ verborum Christi.

Ioan. 1.

Mat. 3.

Et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. In his verbis Christus promittit Petro fore, vt illum Ecclesie suæ totius primum Architectum, & supremum pastorem constituat. Quod vt perspicue, & inuictè ostendatur, singula Christi verba expenduntur. Primum quanta sit vis illius verbi, *Ædificabo*. Secundò quantum valeat quod dicit, *super hanc Petram*. Tertio quam latè illud pateat, quod addit; *Ecclesiam meam*. Singula enim vni magnam habent.

Ædificabo.

AEDIFICATUR Ecclesia, & fit *Magna domus Dei*, vt Christus loquebatur, dum vel collecta pascitur, docetur, regitur, vel pascenda, & regenda colligitur. Hoc sensu dixit Apostolus, Christum, *desisse Apostolos, prophetas, pastores, &c. ad ædificationem corporis Christi*. Sic per doctrinam rectæ fidei dicimus, *ædificari Deo*, & hortatur Apostolus, *vt omnia ad ædificationem fiant*. Sic videlicet, vt per ea quæ sũt, vel alieni colligantur in corpus Ecclesie, vel domestici retineantur in ea. Quod ergo Christus dicit se ædificaturum Ecclesiam suam, significat se aliquam potestatem, & gratiam collaturum ad colligendam, & regendam Ecclesiam suam. Deinde & illud circa hoc verbum attentè norandum est, quòd non dicit Christus Petro, tu ædificabis Ecclesiam meam, nec dicit, ædificabitur super te, sed dicit, *Ædificabo*, i. me ædificante, & te Petrum semper in fide solidante (propter quod statim subiungit, *Portæ inferi non præualebunt aduersus eam*, & alio in loco: *Orati pro te ne desiciat fides tua: vt sis verè immobilis Petra*, me agente tibi que semper cooperante, ædificabitur Ecclesia mea. Ad quod exactius intelligendum, notandum est, quòd Christus vt Deus, est Agricola ipse sicut Pater, iuxta illud, *Pater meus agricola est*. Et alio in loco, *Dei agricultura, Dei ædificatio estis*. Sed Christus, vt Deus homo factus, est *uiris vera*, & nos *palmites*, id est, caput vitale corporis sui. *Ipsam enim dedit Deus caput super omnem Ecclesiam*. Et hoc sensu Deus per Christum quasi per instrumentum coniunctum, ideò que

1. Tim. 3.
Matth. 6.

Ephes. 4.
1. Tim. 1.
1. Cor. 14.

Matth. 16.
Luc. 22.
Ioan. 15.
1. Cor. 3.

Ioan. 15.
E. h. f. 1.

que vitale (quale brachium vel manus est corpori naturali) ædificat, plantat, & rigat Ecclesiam suam. Vnde Apostolus. *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi*. Sed idem Christus vtitur aliis instrumentis separatis per quæ ædificat, plantat, & rigat, regitque Ecclesiam suam, sicuti manus per calamum scribit. De hoc genere edificationis loquitur hic Petro Christus, & ait. Ego qui sum vitalis architectus totius Ecclesie, sed soleo per alios operari, & ædificare, *ædificabo super hanc Petram*, id est, super te Petrum, te videlicet instrumentaliter agente, & tua lingua tanquam calamo scribæ velociter scribentis, veritatem omnem prædicante, sed me semper vitam, & gratiam agendi tibi subministrante, me mouente, & cooperante. Hic est verus, & literalis sensus verbi, *Ædificabo*.

2. Cor. 5.

Et super hanc Petram.

HIS verbis Petri persona intelligitur, vt ex præcedentibus patet. Rursum ex copula coniunctiua. Dicit enim Christus, *Tu es Petrus, & super hanc Petram*, scilicet quæ tu es. Alioqui enim coniunctio illa, vel est otiosa, vel falsa. Nam si serio, & verè apponitur (quod nemo Christianus negabit) debet rem eandem quæ Petrus est significare. Deinde etsi Latine Petrus & Petra differunt, tamen Hebraicè vel potius Chaldaicè (qua lingua Christus loquebatur) ne quicquam differunt. Præterea quia Petri personam hoc loco intelligi omnes vnanimi consensu Patres docent. Chrysostomus, Hilarius, Hieronymus, Euthymius in comment. ad hunc locum. August. in Psalmo contra partem Donati ex verbis Ambrosij. Ambrosius serm. 68. & 47. Cyrillus Alexandrinus lib. 6. cap. 12. in Ioan. Cyprianus in lib. 2. de vnitæ Ecclesie copiose, item lib. 1. epist. 3. & lib. 4. epist. 9. Athanasius in epist. ad Felicem Papam. Tertullianus in præscript. Origenes homil. 5. in Exodum. Basilius cap. 2. Efaia. Epiphanius in Ancoratu. Tot Patrum consensus nulla prauitate hæretica turbari debet. Iam verò per hæc verba docet Christus Petrum fore non quemli-

Hæc Petra per
sona Petri.

quemlibet architectum aut pastorem Ecclesie sue, sed plane primarium, & fundamentale quoddam in genere suo, quale Christus est in alio genere. Christus enim, ut homo est caput, & fundamentum vitale, absolutum, per se. Petrus vero hic declaratur futurus (nam postea quod hic promittitur praeistitum est, quomodo Christus ascensus ad Patrem Petro dixit, & soli Petro dixit, & plus caeteris diligenter dixit, & tertio dixit, *Pascite oves meas*. sed hic declaratur futurus caput, & fundamentum Ecclesie ministeriale, mediante Christo, & per participationem. Hoc ex his Christi verbis tribus modis probari potest. Primum quia vocat eum non simpliciter Petram, sed *hanc Petram*, id est, ministerialem, & participatione dictam. Christus enim absolute est Petra & fundamentum Ecclesie. Petrus est *hac Petra*, id est, quaedam Petra per participationem. Unde S. Basilius. *Christus vero est immobilis Petra, Petrus autem propter Petram*. Idem ex Basilio (ut multa alia) repetit Ambrosius lib. 6. in Lucam cap. 2. & addit alio in loco. *Consortium meretur nominis qui consortium meretur, & operis: & pro soliditate denotionis Ecclesiarum Petra dicitur*. Sic Leo Magnus. *Petrus in consortium individuae unitatis assumptum, quod ipse erat Christus voluit nominari*. Similiter, & Tertullianus. *Christus Petrum ita vocat, quia & lapis, & Petra ipsa est*. Itaque affectavit caris imo discipulorum de figuris suis peculiariter nomen communicare. Sed & iterum Leo Magnus, haec Christi verba ad Petrum sic metaphrasticè exponit. *Tu Petra es, qui mea virtute solidaris, ut quae mihi sunt potestate propria, sint tibi mecum participatione communia*. Nec aliter Prosper de vocatione gentium. *Hac fortissima Petra ab illa principali Petra communionem, & virtutis sumpsit, & nominis*. Ex his tot & tam claris SS. Patrum testimoniis liquido constat Petrum à Christo in his verbis declarari Petram quandam, participatiuè talem quale Christus est absolute. Hoc est, Petrum in terris vicarium Christi esse, & caput Ecclesie ministeriale. Alio modo probatur hoc ipsum, quia propter haec Christi verba Patres unanimi consensu vocant Petrum fundamentum Ecclesie, quo certe titulo neminem Apostolorum praeterea designant.

Ioan. 21.

Petrum promittit caput Ecclesie. probatio.

Homil. de penitentia.

Serm. 47. Epist. 89.

Lib. 4. c. 13. Contra Marcionem.

Serm. 2. in Natali S. Petri.

Lib. 2. ca. 28.

1. Probatio.

signant. Hilarius super haec verba sic admirans exclamat. *O in nuncupatione novi nominis felix Ecclesia fundamentum*. Sic Cyprianus. *Petrus super quem fundavit Christus Ecclesiam: quam phrasim idemtidem repetit Hieronymus ita loquitur. Super vnum Petrum aedificat Ecclesiam suam Christus*. Eodem ad verbum modo alij Patres loquuntur. D. Basilius in 2. cap. Esaie. Origenes hom. 5. in Exodum, Cyrillus in Ioan. lib. 6. ca. 12. Theodoretus lib. 5. haereticarum fabularum, cap. de penitentia. Chrysol. homil. 26. ex variis in Matthaeum locis. Certe isti tot & tam celebres Patres, quomodo non ignorarent Christum dominum primarium esse, & per se atque absolute fundamentum, iuxta illud Pauli, *Aliud fundamentum nemo potest ponere quam quod positum est, Iesus Christus*, quia tamen ex his Christi ad Petrum verbis intellexerunt Petrum esse secundarium quoddam, ministeriale, & ministeriale fundamentum, (quod non est aliud aut diuersum à Christo, sed ei subordinatum, ut potè ab ipso met hoc loco constitutum, ideòque alterum quidem, sed non aliud) idcirco non dubitarunt illum quoque Ecclesie fundamentum nuncupare, & disertè scribere, quòd super Petrum fundaretur Ecclesia. Tertio hoc ipsum probatur ex vera ratione fundamenti, seu Petrae per metaphorà dictae: habet quippe fundamentum tres conditiones necessarias, & proprias, quae omnes Petro ratione Ecclesie competunt. Prima est, ut sit fortissimum, immobile, & tale cui firmiter inniti possit tota aedificij moles. Secunda est, ut primum locum in aedificio obtineat: nam à fundamento incipit domus. Tertia est, quòd à nulla aedificij parte ipsum dependeat, sicuti caeterae partes, sed ipsum met sit tota ratio sustinendi alia, quem ipsum à nulla alia parte sustineatur. Haec autem omnia in Petro hic locum habent. Nam primum propter fortitudinem fidei vocatur à Christo Petra. *Petrus Petra dicitur* (ait Ambrosius) *eo quod tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem molèmque continet*. Sic & Euthymius. *Tu es Petrus, ut qui fidei Petra futurus es, & super hoc robur aedificabo Ecclesiam meam*. Ideò videlicet firmitatem accipit à Christo semper aedificante, ut supra dictum est. Ideò Christus

can. 16. in Matth.

Lib. 1. Epi. 3. serm. de penitentia, & alibi.

In cap. 16. Ieremie, & in c. 2. Esa.

1. Cor. 3.

3. Probatio ex ratione fundamenti.

1. Condicio fundamenti. Serm. 47.

In com. ad hunc locum.

Luc. 22. **In Psal. conpar. Dona.** **Homil. 55. in Matth.** **Secunda conditio fundamenti.** **Act. 2. & 1.** **Serm. 47. in comm. 2. ad Galat.** **Esaie 51.** **Gen. 17.** **Gen. 15.** **Lib. 6. de Trin.**

stus hic adiecit: *Et porta inferi non praeualebunt adversus eam.* Ideo postea ei dictum est, & ei soli, & in communi omnium periculo, *Rogavi pro te, ut si des tua non deficiat.* Ideoque denique adiecit Christus: *Et tu conuersus confirma fratres tuos.* Hoc enim quomodo faceret, si ipse firmus non staret? Quare Augustinus ad hæc verba oculos coniciens de Petri sede dixit: *Ipsa est Petra, quam superba non vincunt inferorum porta.* Hoc quoque rectissime intelligens Chrysofomus, ait Christum hoc loco id agere, *ut homo piscator quauis petra firmior reddatur, uniuerso orbe terrarum relucet.* Iuxta secundam fundamenti conditionem Petrus primus mortalium fidem, adeoque totius fidei nostræ fundamentum (Dei filium incarnatum) hoc loco professus est, posteaque primus Pastorum omnium, eandem fidem docuit, tum Iudæis, tum gentes. Vnde notat Ambrosius, ideò eum Petram esse dictum, eò quòd primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & D. Chrysofomus Petrum fidei ostium reclusisse, & negotio principium dedisse scribit. Nempe sicut Abraham ab Esaia propheta, Petra Synagogæ vocatur, *Attendite ad Petram vnde excisi estis, attendite ad Abraham patrem vestrum, & à Deo vocatur Pater multarum gentium,* quia primò illi reuelatum est de nascituro ex semine eius Messia, & primus hoc credidit, vnde & hæc fides singulariter ei reputata est in iustitiam, sic omnino Petrus, est Petra Ecclesiæ hoc in loco & pater Christianorum, quia illi primò reuelatus est Christus à Patre, ille primus hoc credidit, & primus confessus est, & hæc eius fides ac confessio reputata est ei in magnam iustitiam, magnamque mercedem reportauit, & denique ille primus (in quo Abraham longissime superat) Christum & Messiam orbis Iudæis, & gentibus prædicauit. Merito igitur in ædificanda Ecclesia Christi, rationem fundamenti Petrus habet, quia (vt ait Hilarius) *ille subiacet ædificationi Ecclesiæ, ille primus credit, vt ad ædificium primus pertineat, & primus docet, vt ædificium primus incipiat.* Diuus Ignatius in epistola ad Magnesianos, primos Christianos Antiochiæ nominatos

natos Petro fundatore, ait. Iuxta tertiam fundamenti conditionem Petrus immediatè à Deo hanc fidem accepit, ipso Patre reuelante, quod Christus hoc loco profiteretur, & eum hoc nomine beatum nuncupat. Itaque in ratione credendi à nemine mortalium dependet, sed à solo Deo edoctus fuit. Notat hoc singulare Petri priuilegium D. Epiphanius, *Ioannes (inquit) quum a filio diuicisset, Apocalypsim seu reuelationem suam scripsit. Petrus vero à Patre instructus est, certitudinem fidei fundaturus, id est, stabilitæ fidei fundamentum futurus.* Petrus ergo ad structuram Ecclesiæ primus ponitur in ædificio, idque ipsius primarij Architecti seu Agricoltæ manu, Dei Patris, nullo hominum ministerio fidem edoctus, & sic à nulla ædificij parte ipse dependet, quod proprium est fundamento. Hic est ergo sensus verborum Christi, quum de Petri persona dicit, *Super hanc Petram, hoc saxum, hoc fundamentum, ædificabo Ecclesiam meam.*

3. Conditio fundamenti, in anchora-
tis.

Ecclesiam meam.

HÆC verba indefinitè dicta significant totam Ecclesiam Christi, & Petrum totius Ecclesiæ primariū pastorem fore. Vnde Chrysofomus exponens quodnam sit proprium filij donum Petro hic datum, *Pater (inquit) ad Ieremiam dicebat sicut columnam ferream, & sicut murum æneum posui te. Sed ipsum quidem genti vni Pater, hunc autem uniuerso orbi Christus præposuit.* Hæc ille Sic Damasus vocat Petrum propter hæc Christi verba, *Is vniuersos paruoque nos constituit, & sic per uniuersum mundum gubernatorem: & iterum Chrysofomus, totius orbis magistrum, Homil. 87. in Ioan.* Sic D. Ambrosius vocat Damasum Petri successorem, *Rectorem domus Dei, illius videl. quam Apostolus, columnam, & firmamentum veritatis nuncupauit: quæ nisi vniuersalis esse non potest.* Sic à D. Augustino vocatur alter paterfamilias, sicut Christus: propter illa Christi verba ad ipsum, *Solue pro me, & pro te, quia ad totam Ecclesiam vice Christi gubernandam à Christo electus est.* Sic hæc Christi verba, *Ecclesiam meam, Sancti patres intellexerunt.*

Homil. 55. in
Matth.

In orat. de
Trasfigurati.
Domini.

In com. in 1.
Timo. 3.

Quest. in no-
uam testam.
q. 45.

Cautiones
hæreticorum
refutantur.

SE D quia contra hanc horum verborum expositionem prorsus literalem, multa caullantur hæreticis breuiter ea sic refutari poterunt. Quòd Patres interdum illud, *Super hanc Petram*, fidem, & confessionem Petri exponunt, nihil facit contra personam Petri. Neque enim est fundamentum Ecclesiæ absque fide: nec illa fides, vel extra subiectū aliquod Ecclesiæ firmat, vel à quouis, aut agnita, aut prædicata Ecclesiæ firmat atque ædificat, sed illa fides in persona Petri eiusque successorum immobilis, & indefectibilis, vocatur à Patribus fundamentum Ecclesiæ, quia Petrus Petrique successor eam indefectibiliter tenens tale fundamentum est. Quòd Christus vocatur, *fundamentū extra quod aliud poni non potest*, nihil facit cōtra rationem fundamenti in Petro, vt supra explicatum est. Sicut Christus est lux mundi, bonus pastor, vnus Magister, & tamen nihilominus Apostolus dixit, *vos estis lux mundi, & alios dedit pastores atque doctores*, ministeriales videlicet, & per participationē talis dignitatis: sic Christus vnicum fundamentū principale, Petrus ministeriale, &c. Quòd omnes Apostoli vocantur à Paulo fundamenta, *super ædificati super fundamenta Apostolorum, &c.* intelligitur quo ad reliquā Ecclesiā, & subditos populos, sed non respectu Apostolorū, & pastorum inuicē, quorū caput Petrus erat, vt à SS. patribus perpetuò vocatur. *Princeps noster Petrus*, ait a Optatus Episcopus, Vertex, & Coryphæus Apostolorum, ait b Chrysostomus: imò *νοβοϋαυο τῆρα*, ait c Epiphanius. Cæterorum caput ait d Hieronymus. Quare soli Petro Christus dixit, *Confirma fratres tuos*, i. coapostolos, & coepiscopos. Et iterum, non solum, *Pasce agnos meos*, populū qui sic pascitur, vt non pascat alios, sed etiam *pasce oues meas*, quæ sic pascuntur ab vno pastore, vt suos tamen agniculos pascāt. i. ipsos pastores, & Episcopos ouīū mearū. Rursum omnes Apostoli erant fundamenta, sed non omnes Petræ. i. non tam valida fundamenta: ideòque soli⁹ sedis Petri fides nō defecit. Quòd autē nos ædificat Ecclesiā super hominē, & esse *male dictū qui spē ponit in homine*, nugamētū est. Nec Petrus per se est fundamentū, sed à Christo in fide fundamentus ac coroboratus, nec ipse Petrus sic fundatus per se Ecclesiā

1. Cor. 3.

Matth. 5.
Ephes. 4.

Ephes. 2.

a lib. 2. con.
P. arm.
b hom. 87.
in Ioan.
c in Anchoratu.
d lib. 1. con.
Iouin.
Luc. 22.
Ioan. 21.

Ierem. 3.

Ecclesiā ædificat, sed Christus illam ministerio Petri perpetuò ædificat, vt supra explicatum est.

Et porta inferi non præualebit aduersus eam.

LOCVS insignis, & dulcissimus pro doctrina, & consolatione Catholicorum contra hæreticos, vt omnes ita maximè huius temporis. Docent enim hæc verba firmitatem perpetuam, & perpetuitatem firmam veræ Ecclesiæ Christi. Docent, quòd nec hæreses vllæ, quas per portas inferi hoc loco multi Patres intelligunt, Chysoctomus, Euthymius, Theophylactus, Hieronymus, in commentariis ad hunc locum, & D. Epiphanius in Ancorato, nec persecutiones principum, nec denique vis vlla humana vel diabolica, contra Ecclesiā Christi in Petro fundatam præualebit. Docent singulare Ecclesiæ noui testamenti (quod in melioribus re promissionibus sancitum esse Apostolus scribit) prærogatiuam præter, & supra Synagogam, quòd illa pereunte, & per varias idololatrias, & corruptelas, tum eclipses multas atq; interuptiones passa, tum tandem penitus abolita, hæc tamen Christi Ecclesia non euertetur vllquam, non corrumpetur, quia nihil prorsus contra eam præualebit. Ideò portas inferi nominauit Christus (quibus videlicet nihil validius) vt doceret nihil prorsus contra suam Ecclesiā præualiturum. Atque, vt hæc Ecclesiæ Christianæ perpetua, & inuicta firmitas omnibus indubitata constaret, tū Christus ipse viua voce aliis adhuc verbis id promisit, tum Prophetæ veteres clarissimè prædixerunt. Christus quidem dicens: *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, Ioan. 14. vt maneat vobiscū in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere. Atq; iterum iam iam suis vale dicens: Ecce (inquit) ego vobiscum sum, omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Quæ verba in Dominica SS. Trinitatis tractauimus. Inter Prophetas clarissimè Esaias. Spiritus meus non recedet de ore tuo, & de ore feminis tuis, & de ore seminis feminis tuis, dicit Dominus amodo, & vsque in sempiternū. Quæ verba tractauimus feria 3.*

Ecclesiæ Christianæ firmitas & perpetuitas.

Hebr. 9.

Matth. 29.

Esai. 59.

Pentecostes. Sic, & Ezechiel. Percutiam cum illis sedus pacis, pacem sempiternam erit cum eis, & fundabo, & multiplicabo, & dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. Et ego ero eis Deus, & ipsi erunt mihi populus. Et scient gentes, quia ego dominus sanctificator Israel, cum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum. Quae sanæ Prophetarum verba tam perspicue ostendunt Ecclesiam gentium numquam perituram, aut à diuina veritate aberraturam, vt ipsemet Caluinus in Esaiam scribens hoc ipsum fateri, & agnoscere compulsus fuerit. Dicit enim ad verba Esaiæ supra citata. Pro-

In comm. ad ca. 59. Esaiæ.

mittit propterea inestimabili hoc bono Ecclesiam numquam priuatiam iri, quin spiritu sancto regatur, & fulciatur celesti doctrina. Parum enim esset nobis, semel offerri Euangelium, nisi; spiritu donati, nisi apud nos perpetuo resideret. Et paulo post. Promissio eiusmodi est, Dominum sic affuturum Ecclesie, sicq; eius curam habiturum, vt eam vera priuari doctrina numquam sinat. Hæc ille. Ex his ergo Christi Saluatoris, & prophetarum verbis, ipsaque aduersarij confessione, Ecclesie Christianæ perpetua firmitas, & firma perpetuitas, luce clarius elucescit.

N. V. N. C. autem quid hodie hæretici? Certè in varias se formas verterunt. Aliquando omnium horum oblitæ, & suam nouitatem ante oculos habentes, statuunt, & affirmant Ecclesiam Christi aliquot his seculis intercidisse. Hinc Melancthon. Deus (inquit) ita semper gubernat Ecclesiam suam, vt quum obscurata esset doctrina, eam rursus accendat. Et iterum. Deus (inquit) reliquas aliquas seruat, & subinde ministerium instaurat. Hinc Caluinus ponit collapsas Ecclesias idcirco; non fuisse hodie in se suisq; locis necessariam vocationem, & missionem ordinariam. Non nego (inquit) quin Apostolos postea quoque, vel saltem eorum loco Euangelistas interdum excitari Deus, vt nostro tempore factum est. Talibus enim qui Ecclesiam ab Antichristi deflectione reducerent opus fuit. Hinc Beza similiter excipit contra vocationem ordinariam. Falsò (inquit) ministros se vocant, quum à Domino non sunt vocati, id est, qui vel rite non sunt electi ab Ecclesia, si quis est in Ecclesia legitimus ordo constitutus, vel a Deo non sunt extra ordinem excitati: sicut nostro quoque tempore accidit, rebus ita collapsis, vt ordinaria vocationi nul-

1. Hæreticorū commentum de Ecclesia penitus collapsa.

In locis com. In repetit. confess. Aug.

Instit. lib. 4. cap. 3. n. 18.

confess. fid. c. 5. n. 28.

lus esset locus relictus. Hæc ille. Sic, & Musculus contra vocationem ordinariam excipit, quia intercidit Ecclesia. Cogitandum est (inquit) vbi corruptus est Ecclesia, ac religionis status, alium querendum esse modum rebus consulendi, quam is, qui vstitatus fuit in Ecclesijs, quum omnia essent salua, & integra. Isti igitur omnes exponunt vniuersæ Ecclesie defectionem. Si enim collapsæ fuissent Ecclesie, aut corruptus status religionis, in aliqua tantum parte orbis Christiani, potuerant, & debent isti noui magistri ad sanas illas Ecclesie partes transire, & ab illis ordinationem suam accipere. Sicuti nos Angli, quia ab annis iam ferè 30. corruptus est in Anglia religionis status, & omnia hæretici occupant propterea qui docendæ, aut regendæ Ecclesie operam nauate volumus, ad alias orbis Christiani partes sanas & orthodoxas migrauimus; & in Belgio, Gallia, ipsaq; Italia, & vrbe Roma per ordinariam vocationem, & manuum impositionem, in Presbyterorum, Pastorum, & atque Doctorum numero coaptari fuimus, & munera Ecclesiastica inter, atque legitimè administramus. Sed hæretici hodie hoc facere numquam potuerunt, quia, vt ipsimet fatentur, collapsæ sic res erant, & ita corruptus religionis status, vt ordinariæ vocationi (ait Beza) nullus esset relictus locus. Isti ergo disertissimè fatentur rotam intercidisse Ecclesiam. Vbi enim nulli Pastores relictæ erant, quomodo oues aliqua esse potuerunt? Hæc rursus de causa, rotam Ecclesiam Romanam eam omnibus ei ad hærentibus (quæ quidem sola fuit vniuersalis, nota, & conspicua in orbe terrarum Ecclesia) ideoque sola, vt alibi ostendimus) Musculus quidem vocat, scortum Antichristi, mancipium malorum spirituum, officinam omnis generis mendaciorum. Caluinus verò, omnia mea sic perturbata fuisse, vt Babilonis videretur, quàm dicitur vitæ Dei sanctæ facies illic appareat. Hanc denique ob causam, defectionis huius, qua tota visibilis Ecclesia à veritate Evangelica defecit, certa quædam initia, & exordia ponunt: sed (vt in omnibus suis aliis dogmatibus miseri homines faciunt) maxima inconstantia, & varietate: dum alij à 300. tantum, alij rursus à 600. mox alij à mille annis, quidam quoque

In locis com. ca. de Minist. Eccl.

Princip. fidei li. 4. c. 18. & scilicet de In locis com. Instit. lib. 4. ca. 2. nu. 12.

Princ. fid.
doctr. li. 3.
cap. 4.

ante annos 1200. ac denique nonnulli ab ipso Apostolorum tempore, essentialibus doctrinis (sic enim loquuntur) depravatam in Ecclesia Christi veritatem fuisse, auidacissime affirmant. Singulorum opinionum auctores, & auctorum verba alio in loco recensuimus. Et sic quidem isti, quos omnes hodierni Euangelij verba, & alia, quæ adiunximus, clarissime refutant.

Contra Par.
lib. 1. c. 1.

ALIQUANDO rursus his Euangelij verbis aliisque Scripturis vehementer commoti, (vt de Tironio Donatista scripsit Augustinus) sanctarum scripturarum vocabis circumfusi euigilant, & vident Ecclesiam Dei toto orbe diffusam: quo percepto asserunt Ecclesiam Christi nullo unquam tempore intercidisse. Sed dum hoc asserere, & asserere volunt, maiora adhuc absurda, & que ineuitabilia incurrunt, quæ hic breuiter, & dilucide proponemus, fauente Christo. Primò fingunt in ipsa vera Ecclesia errores, & tenebras reperiri. Totus mundus (ait Musculus) siue in Ecclesia, siue extra in mendacijs, & errore fluctuat. Similiter Apologia Protestantium. Prædixit (aiunt) vox diuina non solum multos extra Ecclesiam Euangelium oppugnatos esse, vt ethnicos, & similes, sed in ipso cætu, qui titulum habet Ecclesie Dei, magnam fore multitudinem prauis opinionibus fascinatam, & a vera inuocatione aberrantem. Hoc sensu scripsit Lutherus, Diabolum habere iuxta Ecclesiam Dei sacellum suum ipsa Ecclesia maius, & amplius. Hæc ille. Sed hoc totum aut est falsissimum, aut Christi promissio vera non est. Si enim in ipsa Ecclesia, in eius vnitate, in corpore eius, tales errores, & mendacia docentur, profectò nec Spiritus S. docuit eam omnē veritatem, sed aliquam tantum partem, nec Christus fuit semper cum ea, sed eā deseruit, quum ipse sit veritas, & lux mundi, nec vllum sit commercium luci cum tenebris: & postremò portæ inferi ex multo maiori parte præualuerunt contra eam. Alij fingunt non quidē ipsam Ecclesiam his erroribus laborare, sed esse tamen in ipsa Ecclesia, qui sic errent, reprobi videlicet, & impij, qui titulo tantum, & numero in Ecclesia sunt: veram autem Ecclesiam, & ad quam hæc Christi promissiones spectant ex solis electis, & bonis constare, qui tamen permiscetur malis, & reprobis. Sic Mus-

2. Commentū
de Ecclesia er-
rante.

In locis com.
Apol. Prot.
Conc. Trid.
exhibita.

In tract. de
nonis Eccl.

3. Commentū
de sola electo-
rum Ecclesia.

seculus. Hæc (inquit) Scripturae intelligi debent de illa vna catholica, & orthodoxa Ecclesia, quæ est communio sanctorum in toto orbe cunctis seculis Christo credentium, sed Ecclesias particulares, quæ mixtæ sunt bonis, & malis errare posse, & sepius errasse. Sic alij distinguunt militantem, & visibilem Ecclesiam posse errare, sed Catholicam nō posse: in qua soli videlicet electi reperiantur. Atqui hoc figmentum Scripturæ quoque citatæ manifestè refellunt. Promissio enim Christi tam in hoc Euangelio, quàm apud Ioannem de illa Ecclesia loquitur, in qua sunt boni, & mali, electi, & reprobi. Quum enim in hoc Euangelio dixisset: Portæ inferi non præualebunt aduersus eam, subiunxit. Et tibi dabo clauis regni cælorum, & quod solueris super terram, erit solutum & in cælis, & quod ligaueris super terram, erit ligatum in cælis. Ostendit igitur contra illam Ecclesiam portas inferi non præualituras in qua essent, quibus, & soluenda, & liganda peccata forent. Tales autem sunt mali, & reprobi. Soluunt enim malorum peccata, qui pœnitentiam de peccatis agunt, ligantur reproborum, qui pœnitentiam agere recusant. De his enim qui foris sunt non iudicat Ecclesia. Rursus quum dixisset Saluator, Spiritum veritatis mansurum cum suis in æternum, officium Sancti Spiritus postea explicans addit. Ille vos docebit omnia. Docet autem Spiritus Sanctus, & bonos, & malos per ministerium bonorum, & malorum: adeoque reproborum, dicente Apostolo. Castigo corpus meum, ne forte cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. Et iterum. Si inuius Euangelizauero, dispensatio credita est. Quod si nulli reprobi, & inuiti, id est, hypocritæ, & carnales docerent, frustra hoc Apostolus timeret. Alij distinguunt inter genera errorum, vt vnum genus sit, quando veritas Dei proripit deseritur: aliud quando ex ignorantia, sic tamen, vt non discedatur à vera fide in Christum. Aliud genus in reprobis, posterius etiam in electis, & vera Ecclesia reperiri, donec tempus perfectæ cognitionis adueniat. Hæc Musculus. Statuunt ergo hodie demum prædicante Luthero tempus aduenisse perfectæ cognitionis, sed ante Lutherum tenebras errorum totam Ecclesiam occupasse, in reprobis quidem qui veritatem audire non sustinebant, primis

In locis com.

Ecclesia dura-
tura semper,
habet repro-
bos, & malos.

Matth. 16.

1. Cor. 5.

Ioan. 14.

1. Cor. 9.

4. Commentū
de varietate
errorum, & er-
rantium.

In locis com.

In locis com.
tit. de Eccle-
sia.

Aug. li. de ve-
rare. c. 5. lib.
de pastor. c. 8.
li. de util. cre.
c. 17. & ora.
5. de her. de
hap. cont. Do-
nat. l. 7. ca.
31.

I. Cor. 3.
Philip. 2.

Gal. 6.
Philip. 3.

Hæreticorum
politica. &
viciabilis do-
ctrina.

generis errores, in electis posterioris generis: qui in singulis ætatibus condonantur, (ait Melächthon) tanquam stipule super fundamentum bonum iactæ. & non in pulchro corpore. Sed verò etiam in hoc sensu Christi promissio fuisse euania, & portæ inferi aduersus Ecclesiam præualuissent. Errores enim, primi generis sunt reproborum extra Ecclesiam, & propriè hæreticorum, qui à veritate ad fabulas aures auertunt, attendentes spiritibus erroris. Non ad ciuitatem Dei, sed diaboli pertinent. Sunt purgamenta Ecclesie, non partes eius: sunt sarmenta præcisæ de vite, non palmites eius infrugiferi: sunt canes circumlatrantes Ecclesiam, non canes in Ecclesia turbantes pacem. Denique pertinent, ad nonam fabricam aut murum, non sunt intra veteris fabricæ parietes: postremò nec sunt in domo Dei, ut boni, nec ex domo, ut mali catholici, sed profus extra domum, ut veri hæretici: iuxta varias Diui Augustini phrasas, quibus vel à malis Catholicis hæreticos discernit, vel ipsos hæreticos describit. Et profecto si in ipsa Ecclesia Catholica militante veritas Dei profus deseruit, idque à maiori parte (sic enim semper intelligunt) certæ portæ inferi aduersus eam egregiè præualuerunt. Posterioris generis errores inueniuntur in membris Ecclesie infirmioribus, quibus est opus lacte non solido cibo, & qui interdum aliter sapiunt quam oportet, in eadem tamen permanentes regula, sed nec in tota Ecclesia, nec in maiori parte. Sunt enim semper in Ecclesia spirituales, qui instruant infirmos in spiritu lenitatis. Sunt perfecti, de quibus Apostolus dicit. Quicumque perfecti sumus, hoc sentiamus: & horum opera imperfecti, vel corriguntur vel tolerantur, non donec tempus perfectæ cognitionis adueniat, ut isti homines fingunt, id est, donec nouus aliquis Lutherus aut Caluinus aliusve Pseudopropheta exurgat, sed donec ipsis infirmioribus, vel Deus reuelat, vel Spirituales in Ecclesia lucè adferant, quorum utrūque Apostolus posuit. Rursum nunc hæretici ne Christi promissiones negare videantur, fingunt leues, & veniales errores, stipulas, & nouos doctrinæ in Catholica Romana Ec-

Ecclesia. At verò iidem homines aliàs quam singula dogmata examinantur, crassissimos errores, & damnatissimos Ecclesie Catholice obiciunt. Hac fraude simplicibus imponunt.

ALII fixerunt Ecclesiam Catholicam Romanam (quam solam in orbe extare viderunt non quidem esse veram Ecclesiam, sed habere tamè in se quasdã Ecclesias, vel saltem quasdam reliquias per omnes ætates in suo corpore habuisse, qui veritatè Protestantium tenerent: & propter illas reliquias Dei verbum vacuum non fuisse, Christi promissiones firmas, & solidas perstitisse. Sic scribit Caluinus, In summa, in Papatu Ecclesie esse dico, quare eius populi sui reliquias utrumque miserè dispersas ac desertas illic mirabiliter Dominus conseruat. Sed p̄ e converso deleta sunt illic nota veræ Ecclesie, dico vnumquemque catum, & totum corpus carere legitima Ecclesia forma. Sed hoc Caluini commētum quod cum multis etiam Lutheranis est commune, est longè omnium absurdissimum, & talibus magistris dignum. Fuerunt, inquit, in Papatu Ecclesie, sed ipse Papatus non erat Ecclesia. Si Ecclesie fuerunt, cæterus aliqui, & societates fidelium fuerunt. Tales societates aut in cõmuniõne eius fuerunt, aut non. Si sic, non poterat esse boni fideles, qui infidelibus, qui Antichristo, qui idololatriis communicabant. Quæ enim societas luci ad tenebras, quæ conuentio Christi ad Belial, aut quæ pars fidei cum infideli? Aut quis confusus templo Dei cum idolis. Aut quomodo seruabant præceptum Apostoli? Nolite iniquum ducere cum infidelibus. Quòd si non communicabant, certè extra Papatum erant, non in illo, sicut, & hodiè multi hæretici qui inter Catholicos simulatè viuunt. Ergo si fuerunt in Papatu, ab illius matris vtero prodierunt, eius sacris communicabãt, ab eius pastoribus verbum Dei audiebant. Nec enim in Papatu esse poterant, nisi ista præstitissent, sed tamquam hæretici electi fuissent. Rursum, si veræ reliquie fidelium erant in Papatu, necessariò sequitur ipsum Papatum esse veram Ecclesiam. Fideles enim alibi esse non possunt, quàm in ipsa Ecclesia. Neq; enim quæ admodum, in agro Dominico inimicus homo superseminat zizania, sic in agro zizaniorum seminat bonum semen

5. Commegit
de reiquiis
veræ Ecclesie
in Romaua.

Inst. lib. 4. c.
2. in fine.

2. Cor. 6.

Math. 13.

paterfamilias, sed tantum in agro domini sui. Nec quemadmodum in ouili grassantur lupi, ita inter lupos aluntur oves, sed tantum in ouili sub pastore suo aluntur, & eius tantum vocem audiunt. Deus per falsam Ecclesiam non operatur vel in verbo, vel in sacramentis, sed in sola vinea filij sui. Nec pascit nisi in ouili suo, in quo posuit Episcopos regere Ecclesiam suam. Filij regni apud extraneos hereditatem non consequuntur. Qualis vero paterfamilias, qualis pastor Christus fuisset, si per tot secula suos electos: suos fideles, suas reliquias, non nisi in regno Antichristi, non nisi apud idololatrias pastores conseruasset, & oves suas lupo commisisset? Necessario igitur si in Papatu erant Ecclesie, erant fideles, si erant reliquie, ipse Papatus erat Ecclesia. Præterea istæ reliquie baptizatae sunt à ministris Romanae Ecclesie, vt hæretici fateantur, & agnoscunt omnes præter solos Anabaptistas. At iidem hæretici docent baptismum non posse administrari non nisi à vera Ecclesia, adeoque non nisi à ministris ipsis veræ Ecclesie, adiuncta quoque veræ Euangelij prædicatione. Sic docet accuratè Calvinus contra Anabaptistas. Imò, & paruulos à suis diaconis baptizatos, Calvinistæ rebaptizari fecerunt, vt testatur Matthæus de Launay minister quondam Calvinista, in libello quodam gallico. Ergo vel Romana Ecclesia fuit vera, & sola Dei Ecclesia, vel hoc commetum de reliquiis vanissimum est. Rursum istæ Ecclesie seu reliquie sic fuerunt in Papatu, vt illæ tamen sub Pape tyrannide (ait Calvinus) manserint, & ita manserint, vt hæc sacrilega impietate profanarit, immensi dominatione affligerit, malis, & exitiabilibus doctrinis corruperit. Hoc si ita est, quomodo non est verum quod portæ inferi præualuerunt aduersum eas, id est, aduersum veram Caluini Ecclesiam? Hoc si ita est, quomodo potuit Romana Ecclesia esse ciuitas tota rebellis, & aliquos habere fideles, qui tamen cum cæteris rebellet: esse grex luporum, & aliquas habere oves, sed quæ luporum quoque rabie imbuantur, esse denique totum corpus mortuum, cuius tamen aliqua pars viuere dicatur, sed ita, vt nullo vitæ officio fungatur? Quid istis absurdius? Præterea quale hoc portetum est,

Ioan. 10.

Act. 20.

Inst. li. 4. c. 2.
14. n. 4

Zes fausses
suppositions
lib. 2. c. 6.

Inst. li. 4. c. 2.
num. 12.

est, esse in Papatu Ecclesiam, sed non esse ipsum Papatum Ecclesiam? perinde enim est, ac si quis diceret, esse prolem in parentis domo, non tamen ad parentem pertinere domum: esse discipulos in tali schola, ipsam tamen non esse scholam: esse ciues in tali vrbe, ipsam tamen vrbem non esse, sed dissipatum nescio quid: esse membra hominis in corpore: hominem tamen non habere corpus: esse denique partes in tali toto, ipsum tamen in quo sunt partes, non esse totum. Postremo non quaeritur de Ecclesijs, sed de Ecclesia, ad quam vnus omnes pertinet Ecclesie, & cuius vnus corporis omnes aliæ sint membra. Christus edificauit Ecclesiam suam super Petram, non Ecclesiarum reliquias. Iubet audiri Ecclesiam, non Ecclesiarum reliquias. Paulus ait Ecclesiam, non Ecclesiarum reliquias, esse columnam, & firmamentum veritatis. Nisi ergo Ecclesie, quæ vna est, & corpus integrum ac plenitudo Christi, vt Paulus loquitur: stabilitatem, & perpetuitatem hæretici hodie agnoscant, ostendant, teneant, profecto mendacem, & euandam Christi promissionem faciunt. Sed stat illa immota & inconcussa, ideoque omnia hæc hæreticorum nugamenta, & euasiones concidunt.

Sunt adhuc hodie alij qui propter has Christi promissiones, & propter solius Catholicæ Romanæ Ecclesie visibilem conspectum, & florentem tot seculis statum, affirmant Ecclesiam Christi non perire, & perpetuo fuisse sed latitasse in deserto, habuisse quoque non solum reliquias quasdam Romanæ adhærentes, quas alij absurdissimè posuerunt, veræ Ecclesie formam, & politiam externam, habuisse pastores, & verbi ministros, qui sacramenta administrauerint, qui verbum prædicauerint, qui disciplinam exercuerint, qui denique omnia verè Ecclesie officia exercuerint: sed qui in desertum ab Antichristo compulsi, ibi latitauerint, id est, toto orbe dispersi, mundo incogniti fuerint, extiterint tamen, & suis inter se fatis noti atque conspiciui. Hoc impudentissimum paradoxum vnus effrons in Anglia hæreticus, siue omni pudore, & fronte, solus quod sciam inter omnes huius ætatis hæreticos scripto sustinet, quem in libr. 13. Principiorum fidei olim

Matth. 16.
& 18.

1. Timo. 3.

6. Commen-
tum de latic-
tante Ecclesia.

Editione 2.

confutauimus. Et quidem hæc impudentia per se ipsam palpandam præbet. Quid enim impudentius dici, quid audacius fingi, quod splendidius mendacium offerri potest, quam Ecclesiam in mundo affirmare, cuius nullum in mundo vestigium appareat: Sed huius tenebrionis tenebriosa Ecclesia fugitiua meretrix, & latitans in deserto, omnibus illis Scripturis iugulatur, quæ Ecclesiam Christi visibilem, & conspicuam semper in terris corpus esse affirmant, quas in Dominic. 24. post Pentecosten. & in feria 3. post Pascha textu secundo produximus. Omnibus illis rationibus euertitur, quæ Ecclesiam Christi semper, & necessario visibilem esse conuincunt, quales hæc sunt. Vt externa prædicatio verbi, & sacramentorum administratio fiat. Vt infideles ad fidem uocentur, sciântque à qua Ecclesia fidem discant. Vt unitas in Ecclesia cõseruetur, sciântque fideles cui se corpori adiungere debeant. Vt disciplina, & censura morum exercetur, constetque qui à quibus corrigendi sint. Ac demum, ut Christi gloria non obscuretur, sed nominis eius confessio conspicua, & illustris apud nationes terræ fiat. Certè hæc Protestantium hodie doctrina de oppressa per Antichristum Romanum Ecclesia, de occultis, & paucis reliquiis quæ finguntur, sed non ostenduntur, de latitantibus, & incognitis per omnes ætates pastoribus, denique de casu, & interitu veræ doctrinæ per multa secula, apertissimè his Christi verbis contradicit, ideòque ex eisdem solidissimè euertitur, quibus de sua Ecclesia dicit, *Portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Præualuit enim secundum omnem hanc doctrinam Romana Ecclesia quam illi blasphemè Antichristianam vocant, contra perpetuos tot seculorũ fideles: qui vel non fuerunt omnino, sed finguntur fuisse tantum (& sic nulla alia ostenditur Ecclesia quàm Romana) vel si fuerunt, oppressi semper iacuerunt, & ab hac Ecclesia Romana pro hæreticis damnati (sicut omnium aliarum sectarum hæretici) ab omni Christianorum societate eiecti, ab omni sacramentorum participatione repulsi, ab omni verbi prædicatione remoti, ab omni populorum collectione impediti fuerunt. Quare contra

tra eos, hoc est, contra fideles quos ponunt, & contra veram Ecclesiam, quam asserunt, præualuit Antichristus. Nulla ethnicorum persecutio per totos annos 300. contra primitiuam Ecclesiam sic præualere potuit, quin ea non oblitante flourerit, & conspicua fuerit Ecclesia Christi toto orbe dispersa, adeo sanè, ut habeamus adhuc hodiè illorum temporum scriptores illustres, possimus proferre illorum temporum Episcopos & pastores, non Romanos tantum (vbi tamen maximè semper viguit perfecutio) sed & aliarũ Ecclesiarum : denique, & Synodos illorum temporum, quæ & vbi conuenerint, quid egerint, ostendere valeamus. Quod totum alio in loco à me præstitum est. Quòd si ergo his posterioribus seculis id potuit Antichristus Romanus, quod primorum seculorum persecutio ethnica non potuit, quis non videt secundum horum blasphemiam, Antichristum contra Ecclesiam præualuisse? Quid enim est contra Ecclesiam Christi præualere, quàm vel eam prorsus è medio tollere, vel ita opprimere, ut nullum in ea Christianismi vestigium appareat, nec vllum Christianæ religionis officium exercere valeat? Hæc autè tanta contra Christum blasphemia est, & huius Euangelij promissionem tanta contradictio, ut eam serio sustinere, sit Christum abnegare, eiusque in hunc mundum pro salute humana aduentum prorsus mendacem facere: à cuius rei vel minima cogitatione abhorrere animus Christianus deberet. Atqui hæc blasphemia hæreticorum positio fecit hodiè non solum, ut cogitauerint hoc multi, & de tota fide in Christum idcirco dubitauerint, sed etiam ut id aliqui asserere nõ sint veriti. Cuius rei memorabile exemplum est, David ille Georgius Hollandus, homo primùm ex Christiano Lutheranus ex Lutheranis apostata impiissimus, qui seipsum Christum esse, & Messiam ac Saluatorem mundi à prophetis promissum affirmare, & prædicare cum nõ modica secta quæ ei Basileæ conuixit, non est veritus: idque propter hanc Christi promissionem euanidam, & falsam. Sic enim ratiocinatus est, ut in libello de historia eius ad verbum habetur. *si Christi, inquit, doctrina, & Apostolorum eius vera atque perfectũ doctrina fuisset, profectio*

Princ. fidei
li. 13. c. 10.

Historia Dauidis Georgij Antuerpiæ impressa ann. 1560. Rattocin. 8.

profecit Ecclesia quam illi plantauerunt, suæque doctrina fortmarunt, debuisset necessario persistere, nec vnquam perire a dicente Iesu, quod porta inferi non præualeat aduersus eam. Nunc vero manifestum est quod Antichristus doctrinam Apostolorum, & extructam ab illis Ecclesiam penitus subuerterit: sicut patet in Papatu. Fuit ergo Apostolorum doctrina falsa, & imperfecta, &c. Hæc ille impius, & impurus Apostata. Sed tota hæc impietas ex præcedenti hæreticorum doctrina necessario sequitur. Huius enim rationationis quum maior propositio ex hodierno Euangelio perspicue sit vera, minor verò propositio apud istos hæreticos partim sit confessa, partim ex eorum doctrina necessario consequatur, conclusionem illi euitare non possunt. Adeo ad paganismū ducit hæreticorum hodie sententia, qua Ecclesiam Romanam regnum esse Antichristi statuunt. Adeo est necessaria promissionis Christi in hoc Euangelio, quod porta inferi non præualeat aduersus Ecclesiam suam, firma, & inconcussa fides. Adeo denique nobis visa est huius dulcissimæ promissionis prolixior paulo, & accuratior explicatio, ad hæreticorum blasphemias aperiendas, fidemque Catholicam stabiliendam necessaria.

Tibi dabo clauis regni caelorum.

Plenitudo potestatis Ecclesiasticæ Petro promissa.

L O C V S hoc tēpore necessarius, explicandi amplectissimam potestatem à Christo Salvatore his verbis personæ Petri eiusque successoribus promissam: propter impios, & importunos huius ætatis hæreticos, qui ex hac negata in Ecclesia suprema potestate, omnibus suis hæresibus fenestram aperuerunt, & fundamenta posuerunt. In his quippe verbis, totius Ecclesiasticæ potestatis plenitudo designatur. Tota enim & adæquata potestas clauium regni caelorum, est tota, & plena potestas supra regnum caelorum, id est, supra Ecclesiam militantem, quæ regni caelorum nomine in Euangelio passim vocatur. Clauium enim potestas propria est aperire, & claudere, quocumque tandem modo id fiat. Clauditur autem, & aperitur regnum caelorum in tota, & completa gubernatione Ecclesiastica. Aperitur videlicet, quando vel ad communionem Ecclesiæ militantis aliquis primò intro ducitur

tro ducitur per prædicationem verbi aut per sacramenta: vel in eadem communionem conferuatur per eandem prædicationem, per sacramenta varia, & per legem salutarium constitutionem, vel denique quando perficiuntur aliqui, qui vtrumque hoc officium Ecclesiæ præstent. Clauditur verò regnum caelorum, quando ab eadem communionem aliquis excluditur, vt per excommunicationem à sacramentorum communionem, per suspensionem ab exercitio alicuius officij spiritualis, per depositionem, & degradationem ab ipso officio, vel denique per ligamen peccatorum, quæ est absolutiois negatio. Hanc variam apertionem regni caelorum docent Scripturæ, & Patres. De apertione per doctrinæ prædicationem dicit Paulus. *Attende tibi, & doctrinæ: iusta in illis. Hæc faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.* Vnde & Hieronymus scripsit, *Apostolos soluere homines sermone Dei, & testimonij scripturarum, & exhortatione doctrinæ.* Eodem sensu scripsit inc. 14. *Esaiæ Tertullianus D. Petrum tum in primo baptismo. In lib. de Pudicitia. Act. 2. tum in disceptatione illa de non seruanda lege veteri, Act. 15. reserasse aditum ad regna caelorum.* Ad hoc genus videlicet pertinet clauis scientiæ in Magistris Ecclesiæ: qua quidem clauis quia Magistri veteris Synagogæ abusi sunt, taxat eos hoc nomine Christus dicens. *Tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introbant prohibuistis.* Hanc clauem Christus exercuit, quum aperiret Scripturas duobus discipulis post resurrectionem. Hanc totam potestatem Petro Christus hoc loco promittit. Vnde S. Epiphanius. *Iuxta omnem modum in ipso Petro firmata est fides, qui accepit clauis regni caelorum.* Sic Optatus affirmat. *Solus Petrus clauis accepit.* Notat quoque diligenter Origenes discrimen Petri à cæteris, quod alij clauis cæli, sed solus Petrus clauis caelorum, id est, totius Ecclesiæ accepit. *Quo Tract. 6. niam, inquit, oportebat aliquod maius habere Petrum, ideo illi quidem sic dicit. Et tibi dabo clauis regni caelorum, & quacumque ligaueris super terram, erunt ligata, & in caelis. Non ergo modica differentia est, quod Petro quidem sint data clauis non vnus caeli, sed multorum caelorum: vt quacumque ligaueris super terram, sint ligata non tantum in vno caelo, sed in omnibus caelis, ad eos autem qui multi sunt ligatores, & solutores in terra*

1. Tim. 4.

In comment.

pturarum, & exhortatione doctrinæ.

Eodem sensu scripsit inc. 14. Esaiæ

Tertullianus D. Petrum tum in primo baptismo. In lib. de Pudicitia.

Act. 2. tum in disceptatione illa de non seruanda lege veteri, Act. 15. reserasse aditum ad regna caelorum.

Ad hoc genus videlicet pertinet clauis scientiæ in Magistris Ecclesiæ: qua quidem clauis quia Magistri veteris Synagogæ abusi sunt, taxat eos hoc nomine Christus dicens.

Tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introbant prohibuistis.

Hanc clauem Christus exercuit, quum aperiret Scripturas duobus discipulis post resurrectionem.

Hanc totam potestatem Petro Christus hoc loco promittit.

Vnde S. Epiphanius.

Iuxta omnem modum in ipso Petro firmata est fides, qui accepit clauis regni caelorum.

Sic Optatus affirmat.

Solus Petrus clauis accepit.

Notat quoque diligenter Origenes discrimen Petri à cæteris, quod alij clauis cæli, sed solus Petrus clauis caelorum, id est, totius Ecclesiæ accepit.

Quo Tract. 6. niam, inquit, oportebat aliquod maius habere Petrum, ideo illi quidem sic dicit.

Et tibi dabo clauis regni caelorum, & quacumque ligaueris super terram, erunt ligata, & in caelis.

Non ergo modica differentia est, quod Petro quidem sint data clauis non vnus caeli, sed multorum caelorum: vt quacumque ligaueris super terram, sint ligata non tantum in vno caelo, sed in omnibus caelis, ad eos autem qui multi sunt ligatores, & solutores in terra

terra

terra sic dicit, ut solvant, & alligent, non in caelis, sicut Petrus, sed in uno caelo: quia non sunt in tanta perfectione sicut Petrus.

Hæc ille. Hanc sanè ob causam, quando de potestate ligandi & soluendi omnes Apostolos, & in illis omnes futuros Episcopos & Pastores alloquitur, sic

Matth. 18. ait: *Erunt ligata & in caelo, & erunt soluta & in caelo.* Sed quum Petro similem potestatem seorsim & particulariter dedit, in plurali loquitur. *Claves regni caelorum: Erunt ligatum & in caelis: erit solutum & in caelis:* quod sapienter notauit Origenes ad ampliorem Petri potestatem explicandâ pertinere. Vnde & Beatus Leo.

Matth. 16. *Petro (inquit) præ cæteris est tradita soluendi atque ligandi potestas.*

Epist. 89. ad tessal. Propter hanc singularem in Petro clauium potestatem, vocatur à SS. Patribus B. Petrus solus & Viennens. propriè cæli anitor. Sic Hilarius de illo: *Beatus cæli*

Matth. can. 16. in sanctorum arbitrio claves æterni aditus traduntur. Eadem phrasi vtuntur, & eodem titulo Sanctum Petrum ornant, Cyrillus Hierosolymitanus in Cathedribus, Sanctus Hippolytus in oratione de consummatione mundi, & Theodorus Studites in epistola ad Pascha-

Lib. 2. c. 6. lem primum, vt ex eo refert Franciscus Turrianus in libr. pro epistolis Pontificiis. Augustini testimonia postea proferemus.

Claves in Scriptura quid signent.

Esaiæ 22. *Dabo (inquit Dominus Eliachim summo Sacerdoti, qui typum Christi gessit) claves domus David super humeros eius & aperiet, & non erit qui claudet, & claudet. & non erit qui aperiet.* Hic autè per clauem domus David, talem potestatem in Ecclesia denotat, vt quod ab ea constitutum est ratum apud omnes, & firmum esse debeat. Hanc clauem Christus præstantissima ratione habet. Ipse enim sanctus ille & verus est (ait Ioannes) qui habet clauem David, qui aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit Petro igitur vices suas in hac surpanda clauem, hoc est, summam post ipsum auctoritatem in terris promittit, quum se illi claves regni caelorum traditurum promittit. *Largitur enim Christus sua axiomata aliis, sua dignitates, & non inuacatur, sed habens dat,* ait S. Basilius. At sanè in politicis id obtinere videmus, vt cui

regendæ

regendæ ciuitatis summa auctoritas tribuitur, huic tamquam eius dignitatis symbolum quoddam clauem ciuitatis tradantur. Vnde, & Christus, qui ex rebus vulgò vsitatis loquendi formam accipere solitus est, ex hac receptissima consuetudine hanc clauium metaphoram mutuatus fuisse existimari debet.

QUIA contra hunc verborum Christi sensum potius genuinum, & literalem ex Scripturis, & Patribus dilucide confirmatum, quædam tamen cauillantur hæretici, ea breuiter refutabimus. Quod aiunt per claves regni caelorum nihil aliud intelligi, quàm ligare, & soluere peccata, quia Christus exponens illas subiunxit, *Et quodcumque ligaueris super terram, &c.* hanc autem ligandi, & soluendi potestatem omnes Apostoli alibi à Christo equaliter acceperunt, *Mat. 18. & Ioan. 20.* hac responsione diluitur. Verba illa, *Et quodcumque ligaueris, &c.* non sunt præcedentium expositio, sed res planè distincta: quod vel sola particula coniunctiua demonstrat. Sicut enim cætera præcedentia per coniunctionem distinguuntur. *Et ego tibi dico: Et super hanc Petram: Et portæ inferi non preualebunt: Et tibi dabo claves: sic & postremum istud eodem modo prolatum, Et quodcumque ligaueris, &c.* per coniunctionem distinguitur. Christus multa coniunxit, quæ diuersa, & distincta erant. Est autem distinctum hoc, vt pars potestatis clauium, non tota, & adæquata potestas earum. Porro Apostoli omnes potestatem ligandi, & soluendi æqualiter accepisse à quibusdam Patribus dicuntur, à D. Hieronymo, & D. Cypriano, ratione Apostolatus temporanei, & quoad sibi subditos, non autem ratione officij pastoralis perpetuò per successores duraturi, & in respectu mutuo ad se inuicem. De quo respectu mutuo ad se inuicem idem Diuus Hieronymus eodem loco dicit, *Petrum cæterorum caput constitutum esse, vt schismatis occasio tolleretur, & Diuus Cyprianus eodem loco dicit, Petro primatus datur, vt una Ecclesia monstreretur.* Denique etsi in potestate ligandi, & soluendi æquales fuerint Apostoli, non tamen in tota potestate clauium, quæ soli Petro à Christo promittitur, & ideo verè data est, non cæteris Aposto-

Cauillationes hæreticorum refutantur.

Lib. 1. aduersus Iouiniam. In lib. de vniuersitate Ecclesie.

lis, aut vlli eorū. Quod rursū aiunt claves hoc loco non Petro, sed Ecclesiæ in persona Petri datas fuisse, ideòque S. Augustinum diserrè docere Petro datas esse claves, non quia personæ eius datæ sunt, sed quia toti Ecclesiæ datæ sunt, cuius ille figuram atque personam gerebat: sic enim illum scribere. *Quando ei dictum est, tibi dabo claves, universam significabat Ecclesiam.* Respondeo claves quidem ipsi quoque Ecclesiæ datas esse in persona Petri, & in Petri persona totam esse significatam Ecclesiam, cuius ille personam in figura gestabat, ut alibi idem Augustinus dicit, sed ideò figuram gestabat Ecclesiæ, & ideò in persona eius tota Ecclesiæ claves accepit, quia princeps, & caput Ecclesiæ erat: quod ab Augustino eisdem in locis dictum advertere hæretici noluerunt. Ait enim priori loco citato, *propter Apostolatus sui primatum totius Ecclesiæ figurata generalitate gerebat personam.* In posteriori loco citato ait. *Propter primatum quem in discipulis habuit, Ecclesiæ personam in figura gestabat.* Accipit ergo Ecclesia, idest tota communitas prælatorum (sic enim in locis citatis intelligit Augustinus) in persona Petri claves, tanquam in persona capitis: sicuti Respub. in persona principis vel Magistratus supremi. Talis acceptio non excludit personam Petri aut principis in Repub. sed maximè, & potissimū includit. Ille enim non solum cum cæteris accipit, sed etiam præ cæteris, in quantum caput est cæterorum. Sic Rex in persona regni propter primatum quem gerit, accipit à Deo gladium quem portat. Accipiunt quoque eundem gladium alij iudices, & prætores etiam ex ordinatione Dei, sed per manum Regis, & immediatam eius potestatem. Ita Petrus accipit claves in persona omnium Apostolorum propter primatum (ait Augustinus) quas postea cæteri quoque Apostoli accipiunt, & quidè à Christo, sed per Petrū: cui soli propterea illis præsentib⁹ Christū illas promisit: posteaque eisdem vel certè quibusdam ipsorum præsentibus (Ioanne, Iacobo, Thoma, primariis post Petrum Apostolis) de facto illi contulit, dicens illi soli plus cæteris diligenti, *Pasce agnos meos, Pasce oves meas.* Quæ Christi

Tract. 124.
in Ioan.

Enarr. in
psal. 108.

Ioan. 21.
Princip. fidei
lib. 6. c. 10.

Christi verba vide à nobis alibi luculenter explicata. Quod adhuc aiunt has claves vocari à Patribus, maximè ab Augustino passim, *claves Ecclesiæ, non claves Petri, imò Augustino dicere: si hoc Petro tantum dictum est, tibi dabo claves, non hoc facit Ecclesia, Respòdeò* vocari has claves Ecclesiæ communiter, non claves Petri, quatenus Ecclesia pro toto corpore fidelium accipitur: quia datæ quidem sunt & illi hæ claves, sed ratione finis non formaliter, quia propter fideles non propter Petrum datæ sunt, verè tamen, & formaliter ipsi Petro. Vnde Paulus Corinthiis: *Nos serui vestri per Iesum, & rursū. Omnia vestra sunt, Vos autem Christi.* Vocantur quoque claves Ecclesiæ, accipiendo Ecclesiam pro tota communitate prælatorum eosensu quo suprà dictum est.

Tract. 50. in
Ioan.

2. Cor. 5.
1. Cor. 3.

SINGVLAREM hoc loco cauillationem adfert Caluinus, quem & sequitur Philippus de Moray, in pestilenti libello gallico de Ecclesia, quæ commode hic refutari poterit. Ait Caluinus claves hoc loco nihil aliud significare, nisi potestatem prædicandi Euangelium communiter omnibus Ecclesiæ ministris datam. *Habemus (inquit) potestatem clauium esse simpliciter in illis locis (Matth. 16. & Ioan. 20. de ligandis, & soluendis peccatis) Euangelij prædicationem, nec tamen potestatem esse, quàm ministerium, si ad homines respicimus. & paulò antè, quæ sit hæc Euangelij prædicatio exposuit. Summa (inquit) Euangelij hæc est, quòd per Christum à peccatis redemptionem accipimus.* Hæc in prædicatione verbi dum annunciantur, soluuntur peccata, vel ligantur. *Peccatorum remissio, quam annunciant vera Dei promissio est: damnatio, quam pronunciant certum est Dei iudicium.* Vult ergò totam potestatem clauium nihil esse aliud, quàm potestatem annuncian- di salutem credentibus, denunciandi interitum incredulis. Et hanc distinctam esse vult à potestate iurisdictionis, quæ est excommunicatio personalis, vel reconciliatio, de qua Matth. 18. agit Christus. Hæc interpretatio (ait Caluinus) non arguta, non coacta, non distorta est, sed germana, fluens, obuia. Sic ille. Sed certè hæc interpretatio adultera est. violenta, impia. Primum enim prædicatio Euangelij est

cul. Institut.
l. 4. c. 11. n. 1.
Philipp. c. 7.

tantum vna pars potestatis clauium, vt supra ostensum est, non tota eius potestas. Secundo tota summa Euangelij non est redemptio à peccatis per Christum in sentu Caluini, id est, sola condonatio, & remissio peccatorum, sed etiam redemptio à seruitute peccati, vt peccatum nobis non dominetur amplius, vt sumus populus acceptabilis, sectator bonorum operum, &c. vt in alio huius operis loco ostendimus. Tertio annunciatio Euangelij non remittit peccata, sed absolutio in poenitentiae sacramento, vt etiam in alio Euangelio ostensum est. Hęc Caluini, & sociorum eius doctrina, est verus Nouatianorū resuscitata hæresis, quippè quæ potestatem remittendi peccata in foro interiori ab Ecclesia tollit, vt Nouatus fecit. Quarto impius Caluinus maxime necessariam remittendi peccata potestatem in Sacramento poenitentiae tollit, vt sic ab omni poenitentiae labore se suofcque expediens peccati regnum confirmet, solam excommunicationis potestatem Ecclesiae ministris concedit externę disciplinę causa. Ira suorum auctoritati prouidet, animas perdit. Postremo noua, & maioribus nostris hætenus inaudita, & sensui Sanctorum Patrum contraria hæc interpretatio est: adultera igitur non germana, violenta non fluens, & profana, non obuia.

Quoniam si quis hoc loco Concionator id etiam populum docere cupiat, totam hanc Petri prerogatiuam, & potestatem supremam in hoc Euangelio explicatam, ad ipsos quoque Petri successores descendere, his paucis rationibus, breuiter, & solide præstate id poterit. Ecclesia semper est ædificanda super hanc Petram. Illud enim Christi *ædificabo*, perpetuitatem notat: atque vt egregie Chrysostomus docuit, tantam vim habuit verbum illud ad perpetuam Ecclesie propagationem, quantam ad humani generis perpetuam generationem, verba illa: *Crescite, & multiplicamini*. Debet ergo semper esse aliquis Petrus, super quem illa ædificetur eo sensu, quo iam dictum est. Rursum finis propter quem Petrus accepit à Christo primatum super alios Apostolos, fuit conseruatio vnitatis, & confirmatio fratrum. Sed hæc duo perp

duo perpetuo sunt in Ecclesia necessaria. Ergo, & alter Petrus: quia posita necessitate finis, ponuntur media ad eum ordinata. Tertio potestas Petro hic promissa fuit, tunc collata, quum Christus ei diceret: *Pasce oves meas*. Tunc enim supremus pastor constitutus est. At pastoris officium ordinarium est, non vt Apostolarum extraordinarium: quod & ipse Caluinus discretè docuit. Habet ergo in hoc officio successorem ordinarium. Et quis hoc singulariter hodie non videt, atque obseruat, omnes aliorum Apostolorum sedes, & Ecclesias in manus infidelium peruenisse, solam Petri sedem Christum docere, & profiteri? Certè Chrysostomus doctor Græcus discretè scripsit: *Christum cuius in se arum curam, tum Petro, tum Petri successoribus commississe*. Quarto quia Synagoga summum sacerdotium in Aarone nominatim constitutum est, ideò non nisi in aliis eius supremi sacerdotij successio conseruata est. Similiter ergo, quia soli Petro nominatim clauis Ecclesie, & pascendi potestatem supremam Christus contulit, perpetua illa potestas esse debet.

IN DIE VISITATIONIS B. Virginis Mariæ.

Benedicta tu in mulieribus, & Benedictus fructus ventris tui.



OCVS obseruandi contra hæreticos, qui B. Virginem Mariam suis mulierculis comparare, adeoque interdum (si loquacule, & in textu Scripturæ, aut aliquo linguarum gustu versatae sunt) postponere non verentur, quanto affectu, quo studio, quibus verbis, quam honorificis, & diuinis, in laudem, & admirationem B. Virginis, hæc sancta mulier beata Elizabetha proruperit. Fuit illa ipsa femina sanctissima, de qua hoc honorificum testimonium perhibet Scriptura, quòd

Vide Ambrosium in li. de panis.

Petri potestas ad successores eius deriuata.

In demonstratione quod Christus est Deus.

Genes. 1.

Lib. 2. de sacerdotio.

Num. 18.

LUC. 1.

De B. Virgine Maria honoranda.

Persona laudanda.

Luc. 1

Præfat. in
Sophoniam.
Tempus.

Luc. 1. & 2.

Ioan. 2. &
19.

Verborum
consideratio.

inſta erat ante Deum incedens in omnibus mandatis, & inſti-
ficationibus Domini ſine querela. Fuit maximi Prophete,
& plusquam Prophete, teſte Chriſto, mater. Et ſter-
tilis, & ſenex non ſine magno miraculo peperit: &
denique iam adueniente B. Virgine, repleta eſt Spi-
ritu Sancto. Talis ergo, & tâta ſcœmina oprimè ſciès,
quanto tamen eſſet B. Virgine inferior, & quòd
(iuxta D. Hieronymi dictum) *cætarum omnium ſan-
ctarum mulierum, quæ ſyderum igniculos clarum Maria lu-
men abscondit*, magnificis verbis eam prædicat: & qui-
dem ante partum, antequam ipſa prædiſſet fore, vt
Beatam eam dicereut omnes generationes, antequam Ange-
lorum iubila, Paſtorum univita, Magorù muiera, accepſſet:
antequam qualis poſt partum futura erat, quomodo
verba omnia in corde ſuo conſervaret, quomodo pro-*indi-
gentibus apud filium ſuum intercederet*, quomodo cruci ipſi
ſola ſummarum aſtaret, quomodo, & ipſa cum Apoſtoliſ
Spiritum ſanctum de cælo acciperet, quicquam cognouiſ-
ſet, denique antequam per totam Chriſtianum or-
bem, vt Regina cœli, & Mater gratiæ coleretur; an-
tequam beneficiorum magnitudine, & multitudine
quantum apud Deum poſſet, innotefceret. Deinde
verba ipſa expendit. Primum, Angeli verba reſumit,
quæ & ipſa de cœlo tacta, certe Spiritu Sancto re-
pleta, & dicit: *Benedicta tu in mulieribus*: deinde de 2
ſuo addit: *Et benedictus fructus ventris tui*. Vbi, & Vir-
gini gratularur, & Meſſiam agnoſcit, & humanæ ge-
nerationis veritatem exprimit. Mox admirabunda
exclamat: *Et vnde hoc mihi, vt veniat ad me Mater Domini* 3
mei? Indignam ſe exiſtimat, quæ à matre Domini ſui
viſitetur. Matrem Dei proſitetur contra veteres hæ-
reticos. Se eius præſentia, & ſalutatione, vulgari mi-
rificè conſolatam, & honoratam fuiſſe proſitetur
contra novos hæreticos, qui hodie, nec illam, ſed
re dignantur. Subiungit enim: *Ecce enim, & venit hoc*
ſalutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio Iſraël in 4
utero meo. Poſtremo addit: *Beata es, quæ credidiſti*, ſer-
monem in benedictione concludēs, ſicuti ab eadem
incepterat. Erubeſcant, & confundantur hic omnes
hæretici, qui beatiffimam virginem Mariam, poſt
ipſum glorioſiſſimum Filij Dei partum, poſt tot, &
tanta

tanta ſanctitatis eius in Scripturis teſtimonia, poſt
tam luclentam Spiritus Sancti vocem: *Beatam me* LUC. 1.
dicent omnes generationes, poſt tam luclentas patrocini-
nij eius in terris teſtificationes, poſt concordem toti-
us Eccleſiæ fidem, & praxim, adhuc eam venerari
detrectant, adhuc (quòd execrabilius eſt) petulan-
ter, & contumelioſè de ea loquuntur. Exultent verò
in Domino Catholici omnes, qui hanc B. Virgi-
nem quotidie reuerenter ſalutant. Si ad vocem ſalu-
tationis eius exultavit infans in utero matris, cur
non ad vocem ſalutationis Angelicæ ad eam factæ
2 exultabit ſpiritus in ergaſtulo carnis? Si ſalutatio-
nis officium cognata factum tantam vim habuit,
quidni ſalutatio fidelium tantæ Virgini præſtita, &
quidem ex Eccleſiæ fide, ac conſuetudine, maxi-
mam quoque vim habebit? Si conceptor tantum
3 Chriſto ſic B. Virginem tanta, & tam ſancta ſcœmina
tam ſtudioſè laudavit, quis fidelium pietatem in hu-
ius laudibus occupatam reprehendat, niſi ipſe inſide-
4 lis? *ſi repleta Spiritu ſancto* Elizabeth has primas vo-
ces emiſit, vt B. Virginem ſtudioſiſſimè prædicaret,
quis dubitare poteſt, quin opus ſit Spiritus Sancti
proprium, hanc Virginem collaudare, & prædicare,
5 vt facit Eccleſia? Si beata prædicatur B. Virgo, quia
credidit, quanto nunc beator erit, atque eo nomine
à nobis prædicanda beata, quæ ampliffimos fidei ſua
fructus iam acquiſiuit, quæque fidem illam, tunc in-
choatam tantum, multis, & miris modis poſtea ad-
auxit, maxime tunc quum filium pro ſalute mundi in
cruce pendentem præſens videre, ipſique cruci aſſi-
ſtere voluit? Hęc, & his plura pius Concionator tam
contra hæreticorum hodie, ſeu furorem, ſeu petu-
lantiam in deſpectu tantæ virginis, quàm pro tuen-
da, & aſſerenda Catholicorum pietate in hac
B. Virgine perpetuò colenda, & in-
uocanda, & prædicanda, ex
hoc Euangelio depro-
mere po-
terit.
* * *

Laudes B. Vir-
ginis, quàm
laudabiles.

IN FESTO B. MA-

RIAE MAGDALENÆ.

Luc. 7.

Stans retro secus pedes eius, lachrymis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento ungebat.



O c v s opportunus explicandi, qualis debeat esse peccatoris ad Deum conuersio, vt remissionem peccatorum obtineat, contra hæreticos horum temporum, qui hanc doctrinam

Euangelicæ partem maximè necessariam, & lacissimè patentem, pestilenter corrumperunt. Docent enim illorum aliqui, vt Lutherus, & eius sectatores rigidi, solam emendationem in posterum requiri, absque dolore de præteritis, iuxta illud quod dici solet (ait in articulis damnatis Lutherus) *Optima penitentia noua vita.* Imò ait in quadam concione *ex huiusmodi dolore, & contritione affecta hominem hypocritam fieri magisque peccatorem, & que nihil condonandum relinquere.* Hæc tunc absurdissima hæresis fuit. Melancthon docet quidem terrores, & paucos conscientia ex lege perterritos, & in illis totam vim penitentia ponit: dolorem ex caritate profectum propter Deum Patrem offensum, qui verè filialis dolor est, & verè contritioni proprius non docet. Sed eo neglecto, & penitentia operibus prætermisissis, statim ad fiduciam, & specialem fidem suos se conferre docet, vt non dubitent sibi propter Christum peccata remissa.

Quod certè est per saltum velle iustificari: sed saltum huiusmodi, qui præcipitium adferat. Caluinus homo suavis docet Patres hortari peccatores penitentes ad gemitus, & planctus, & lamenta aliâque opera pœnalia, non (inquit) *vt his verbis quid esset penitentia docerent, sed, vt penitentes hortarentur, ne in pristina delinquerentur.* Quod quàm sit crassum mendacium

Penitentia doctrina orthodoxa.

Art. 6. apud Rosensem.

In Apolog. confes. Aug.

Instit. libr. 3. c. 4. num. 1.

Magdalena penitentia.

4. acium mox ex Patrum citatis verbis ostendetur. Atque hæc quidem illi. At verò in hoc Euangelio Beatæ Mariæ Magdalena penitentia, qua, & per quam Christum ad misericordiam hætere, veniamque peccatorum impetrare volebat, longè aliud nos docet, illud sane quod alia Scriptura, quod Sancti Patres olim, quod Ecclesia Catholica hodie docet. Magdalena lachrymatur, & inter epulas lachrymarur, & sic effusè lachrymatur, vt lachrymis suis pedes Domini rigauerit. Addit lachrymis oscula pedum, humilitatis simul ac dilectionis illustre argumentum. Nec osculatur obiter, sed incessanter. *Ego ex quo intravi (ait Christus) non cessauit osculari pedes meos.* Osculari satis nõ potuit. Obsequium iungit, in femina, & tali femina peccatrice, longè maximum. Capillis suis, quibus femina omnes decorem, sed peccatrices etiam voluptatem querunt, pedes Domini tetigit. His lachrymis, his osculis, huic obsequio adiungit munus pretiosum, liberalitatè exercet. Vnguento vngit. Hæc omnia acerbi doloris, & maximæ dilectionis argumenta sunt. Vnde & Christus proficitur dilectionis magnitudinem (ex qua certè dolor ille intensus exoriebatur, dolor enim peccati respondet amori Dei in quem peccauimus) remissionis peccatorum causam fuisse, his verbis, *Dimissi sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Quæ quo modo intelligi debeant, postea dicemus. Deinde hæc mulier penitens, in quibus peccauerat, per ea se ipsa castigat, legem penitentia seruans. Quod his verbis delectabit Gregorius. *Oculis terreni concupierat, sed hos iam per penitentiam conterens sebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed iam capillis lachrymas ungebat. Ore superba dixerat, & lasciuus oculis sæpius peccauerat, sed pedes Domini osculans hos in Redemptio-*

Luc. 7.

Homil. 33. in Euangelia.

penitentia lex.

in suis vestigia figebat. Vnguentum sibi pro odore carnis suæ exhibuerat. Quod ergo sibi turpiter exhibebat, hoc iam Deo laudabiliter offerebat. Quæ ergo in se habuit oblectamenta, tot ac se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum: vt totum Deo seruiret in penitentia.

Rom. 6.

nitentia, quicquid ex se Deum contempserat in culpa. Hęc ille. Hęc igitur pœnitens legem pœnitentię ab Apostolo descriptam exactissimę seruaerat. sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditię, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitię ad sanctificationem. Hęc fuit Magdalenę pœnitentię, cui Christus remissionem peccatorum ex tempore largitus est, quam Christus studiosę coram omnibus collaudauit. cuius singulas partes, lachrymas, osculum, vnguentum, Christus in mensa recensuit. Vt officia illi longę acceptissima, atque gratissima, atque ideõ subiungens. Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Quantus impostor Lutherus, qui hęc omnia doloris argumenta, & pœnitentię officia, hominem hypocritam facere, magis que peccatorem constituere docuit? Longę aliud hoc nos Euangelium docet, & Christi Saluatoris studiosa commendatio, & singularis gratia huic pœnitenti pręstata. Sed nunc ad alias Scripturas, & Sanctorum Patrum dicta veniamus,

Dolor pœnitentię pars præcipua, & necessaria.

Luc. 22.

Ierem. 3.
Psal. 50.

Psal. 6.

In Psal. 118.
coul. 7. n. 7.

DOCENT disertissimę Scripturę Sacrę, tum verbis tum exemplis, homini pœnitenti, & ex peccatis ad Deum se conuertere volenti, ac peccatorum remissionem consequi desideranti, dolorem imprimis eumque acerbum, & intensum necessarium esse. Petrus abnegato Christo exiuit foras, & fletit amarę: postea que in signum venię factę, Christus a mortuis resurgens ei inter primos apparet. Ieremias suorum pœnitentiam ita describit. Ploratus, & ululatus filiorum Israel, quia iniquam fecerunt viam suam. Dauid expertus profiteatur. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. Quare huic pœnitentię studio sese diligenter daturum ait. Lauabo per singulas noctes lectum meum, & lachrymis meis stratum meum rigabo. In quę verba Ambrosius. Qui sui sollicitus gubernator est, atque ingemiscens, & dolens superioris lapsus offensam querit quomodo abluat fluctibus pœnitentię, hic lauat per singulas noctes lectum suum.

Et

Et huius suę pœnitentię fructum expertus Dauid, veniãque consecutus gratias agit dicens, Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Illa enim legationem solent suscipere pro delictis, ait alibi Sanctus Ambrosius. Vnde, & Ieremias. Postquam ostendisti mihi peccatum meum me videre fecisti) percussisti foras meum: quod plangentis, & super errore pristino plorantis indicium est, ait Sanctus Hieronymus in commentario ibidem. Ioël quoque similiter. Conuertimini ad me in planctu, & fletu. Sed, & in ipsa Apostolica doctrina (ne quis vel veteris populi pœnitentiam per Euangelij gratiam aboleri existimet, quod nullus hæreticorum hodie apertę adhuc dicere ausus fuit: vel Magdalenę, & Petri lachrymas, pias quidem sed non necessarias arbitretur) luculenter apparet dolorem acerbum pœnitenti esse necessarium. Audito enim Corinthij fornicarij flagitio, primũ taxat Paulus totam Corinthiorum cõgregationem, quod ad pœnitentiam hominem non compulerint. Vos, inquit, inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Postea verõ quum officium fecissent, tam ipsos quã eum qui deliquerat, collaudat, & consolatur, pœnitentię susceptę vim, & fructum ostendens. Gaudio (inquit) non quia contristati estis, sed quia contristati ad penitentiam. Quæ enim secundum Deum (id est, propter amorem, & offensam Dei suscepta) tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Seculi autem tristitia mortem operatur. De ipso autem pœnitens ei superius dixerat. Sufficit ei qui eiusmodi est oburgatio hæc quæ fit à pluribus: ita vt econtrario magis donetis, & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeat qui eiusmodi est. Hic ergo fornicarijs, vt ante tristitiam, & dolorem pro peccato susceptum grauius ab Apostolo arguitur, & quidem ita, vt eum Satana tradat in interitum carnis, sic postea dolens, & contristatus de peccato erigitur, veniãque donatur. Cui, inquit Apostolus, aliquid donastis, & ego. Et rursum. Obsecro vos, vt confirmetis in illum caritatem. Hoc illustre exemplum doloris pro peccato in pœnitentiã peccatoris, & necessitatem

Psal. 55.
In Psal. 37.
Ierem. 31.

1. Cor. 5.

2. Cor. 7.

2. Cor. 2.

1. Cor. 5.

2. Cor. 2.

tarem certam, & fructum præstantem contra omnes hæreticorum hodiè cauillos, & euasiones luculenter demonstrat. Sanctorum Patrum doctrina non minus est hac in re clara, & perspicua, quam certè ex istis Scripturis hauserunt, & ex fide publica Ecclesiæ scripserunt. Cyprianus lapsos in persecutione his verbis hortatur. *Agite penitentiam plenam: dolentis, & lamentantis animi probate mœstítiam.* Clarius Augustinus. *Non sufficit mores in melius commutare, & c. nisi de his quæ facta sunt satis fiat Deo per penitentiam dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium.* Similiter & D. Gregorius. *Nequaquam satis facimus si ab iniquitate cessamus, nisi voluptates quas dileximus, appositis lamentis insequamur.* Quæ duorum clarissimorum Ecclesiæ doctorum verbatim Lutheri insaniam, quàm Caluini ridiculam euasionem superius positam manifestè iugulant. Sed & rationem subiungit Gregorius, ob quam necessaria sit hæc penitentia pars. *Neque enim, ait, Deus nostris cruciatibus pascitur, sed delictorum morbos, medicamentis contrariis medetur.* Quod vt melius intelligatur, illud tenendum est, propriū peccati remediū esse ipsum de peccato dolorē. Quod his verbis elegāter docet S. Chryl. *Atulieri minatus Deus dicens, que in dolore paries filios tuos, ostendit dolorem peccati fructum. Sed ô magnum donum. Quod in panam dedit, in salutem vertit. Peccatum dolorem peperit, dolor peccatum contriuit. Et quemadmodum vermis in ligno natus id ipsum comminuit, sic dolor de peccato natus peccatum contriuit per penitentiam inductus. i. voluntariè assumptus. Quomodo autem dolor animi sit remediū peccati à Deo confectum, idque solius peccati nō alicuius alterius mali, vide Chrystostomum qui hoc ex Apostoli verbis, *Tristitia secundum Deum salutem stabilem operatur*, elegantissimè deducit. Vide etiam eundem lib. 1. de compunctione cordis. Certè D. Augustinus in tota actione penitentia, qua ad Deum peccator conuertitur, huius doloris maximam rationem habendam docet. *In actione, inquit, penitentia non tam consideranda est mensura temporis quàm doloris.* Vnde & Chrystostomus. *Qui proposito excitato feruet, breui temporis momento longæui temporis peccata delere poterit. Cuius certè exemplum**

B Magda

B. Magdalena fuit. Postremò hanc ipsam ob causam (vt ex ipsa quoque veteris Ecclesiæ praxi refurentur hæretici) diuturnæ illæ certorum annorum penitentia in veteri, & primitiua Ecclesia pro magnitudine doloris, in penitente ex arbitrio Episcopi relaxabantur. Sic Nicenum Concilium primum proposita decenniali penitentia, *sed in his omnibus, inquit, Cap. 12. propositum, & speciem penitentia conuenit explorare. Quotquot enim metu, & lacrymis atque patientia conuersionem suam non simulationem demonstrant, de his licebit Episcopo aliquid humanius cogitare.* Sic Concilium Neocalariense. *conuersatio eorum, & pdes tempus abbreviabunt.* Sic Patres Concilij Herdensis. *Maneat in potestate pontificis vel vtraciter afflictos nō diu suspendere, vel desiderios prolixiore tempore ab Ecclesiæ corpore segregare.* His ergo omnibus instructus Concionator, saluberrimam hanc penitentia doctrinam exemplo B. Magdalena in hoc Euangelio proposito luculenter tradere, & contra pestilentes horum temporum hæreticos solidè confirmare poterit. Hæc autem penitentia pars illa est, quam contritionem Theologi vocant, & remissionem peccatorum præcedit, non vt causa meritoria aut efficiens, sed vt necessaria dispositio. Quo etiam sensu intelligendum quod Christus dixit hoc loco de Magdalena. *Remittuntur illi peccata multa, quoniam dilexit multum.* Non enim docet dilectionem præcedentem causam effectricem aut meritum fuisse cōsecutæ remissionis peccatorum, sed fuisse egregiam peccatricis dispositionem, & præparationem, quam Christus misericorditer respexit. Quæ enim necessaria sunt habent modum causæ sine qua non. Actus fidei, dilectionis, timoris, doloris, spæi, orationis, aliarumque virtutum quas ex præueniente Dei gratia peccator exercet, disponunt eum redduntque idoneum cui Deus remittat, & condonet. Neque enim absque illis condonabit. *Sine fide impossibile est placere Deo. Hebr. 10. Qui non diligit, manet in morte. Qui sine timore est non poterit iustificari. Vos inflati estis, & non magis lucrum habuistis. Sentite de Deo in bonitate. Sana Domine animam meam, Eccles. 1. quia peccavi tibi.* Hæc omnia docent media quædam, Psal. 40. &

Contritio non meretur remissionem peccatorum, sed disponit ad eam.

Serm. 5. de lapsis. Hom. 50. ex 50.

Cure Pastor. l. ar. 3. Ad mou. 3 1.

Hom. 5. de penitentia, & 7. ad pop. Ant.

Hom. 15. in 2. ad Cor.

In Enchirid. c. 65.

& principia ad condonationē necessaria hęc singula esse, non autem ipsius condonationis merita, sicuti bona opera hominis iam Deo grati. & reconciliati ac Spiritu S. donati merentur apud Deum mercedem vitę æternę. Hęc explicatio non est importuna propter hęceticos qui cauillantur, & calumniantur doctrinam hac in parte Catholicam, quasi has pręuias remissioni peccatorum pœnitentię partes ita doceremus, vt vi ac virtute, & merito earum, id est, aiunt illi, qualitatum. & operum nostrorum, Deum nobis remittere peccata assereremus. Quia in re dupliciter mentiuntur. Primum quod in his pœnitentię exordiis meritum remissionis nos ponere aiunt: deinde quod vocant hos actus pœnitentię, qualitates nostras, & opera nostra, eo sanę sensu quasi ex nobis essent sine speciali Dei gratia. Hoc Catholica Ecclesia nunquam docuit. Hoc in ea non nũquam didicimus. Virtutes morales ethnicorum, dolores interdum peccati quos sustinent, inuocationem qua vtuntur diligentissimę distinguimus a fide, dilectione, timore, odio peccati, spe venię, quę in peccatore pœnitente, & vel iam Christiano, sed relapso, vel in non Christiano, sed vt minimum Catechumeno, & qui Christianum se fore profitetur, ponimus. Hęc enim omnia a pręueniente, & speciali Dei gratia in illis proficisci, siue membra Christi iam sint saltem per fidē, siue non, illa verò a solis naturę viribus oriri docemus. Atque ita nullum habere ad gratiã remissionis peccatorum ordinem immediatum: hęc autem habere, quia gratię opera sunt, & a Deo principium habent.

Capillis suis tergebat, & osculabatur, & unguento ungebat.

In Dominica
Palmarum.

DE his externis pietatis officiis, quibus B. Magdalena Christũ varię in hoc Euangelio persequuta est, idque absque vllō Dei pręcepto, sed solo diuini Spiritus instinctu, & ex abundantia dilectionis in Christum, vide quę contra hęceticos omnem Dei cultum

cultum non scriptum condemnantes in alio loco disputauimus. Et obserua Simonem Christi hospitem virum (vt apparet) minimę malum, sed qui a Magdalenę dilectione longę aberat, quique totam hanc Magdalenę deuotionem improbabat, vel saltem superfluam existimabat, eam videlicet suo in Christum amore, qui tenuis, & vulgaris erat metiens, eos homines ad viuum representare, qui quũ erga Christum, & Sanctos eius tenuiter afficiantur, ideoque tenui admodum aut fortę nulla eos veneratione externa persequantur, frigidę festa colant, rarõ templa adeant, oscitantur orationi incumbant, monimenta, & reliquias visitare negligant, aliorum pietatem, deuotionem, feruorem circa Christum, & Sanctos eius, pro ardentiori qua in eos flagrãt dilectione, vel derident, & subfannant tanquam supersticiosam (vt hęcetici) vel certę superfluam ducunt, vt mali Catholici, qui quando eos vident Christi, & sanctorum festa religiosę colere, eorum reliquias, & monimenta studiosę visitare, ad ea peregrinari, ea muneribus, & donis exornare, aliqua reliquiarum fragmenta secum apportare, collo circumgestare, reuerenter tractare, in Ecclesiis diutius, & feruentius lacrymabundę orare. Sed sunt hęc omnia dilectionis in Christum, & Sanctos argumenta Deo & Sanctis gratissima, & quę sua mercede non carebunt: imò propter quę haud dubię, & *1. Petr. 4.* huiusmodi dicit Christus. *Remittuntur vobis peccata multa, quia dilexistis multum.* Et (vt ait Petrus) *Caritas operit multitudinem peccatorum.*

Externa pietatis officia.

Fides tua saluam te fecit.

LO c v s hęc verba dexterę explicandi, atque ostendendi quod pro hęceticorum sola fide nihil planę faciãt: sicuti habes explicatum in Dominica Quinquagesimę, & Dominica 18. post Pentecosten. Sed fidei hoc in loco salus tribuitur, quia fidei commendatio maximę nunc ad rem faciebat pręsentem, propter illorum murmur qui a Christo remitti peccata non credebant. *Quum enim varię causę ad vnum effectum concurrunt, illa causę a sapientibus*

Fides eius commendata.

ipientibus magis exprimitur, & commendatur, quæ rei præfenti maximè subferuit. Alioqui & caritati quoque peccatorum remissio prius attribuitur.

IN FESTO S.

IACOBI APOSTOLI.

Matth. 20.

Sedere ad dexteram meam vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.

Vita æterna non personis præordinatis, sed merito personarum conferretur.



Occvs opportunus docendi contrahæreticos hodie, distinctas in celo coronas (de quibus in Festo SS. Philippi & Iacobi egimus) non sic à sola Dei largitate aut prælectione ac prædestinatione pendere, vt eorum qui coronabuntur necessariam cooperationem, labores, & merita excludat. In hoc enim Euangelio postulatibus filiis Zebedæi singulares in regno Christi coronas & honores, primum & ante omnia de laboribus quibus eò peruenitur necessariis proponit. *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Hoc enim eos interrogabat non ignoras quod re vera bibituri essent, sed idè interrogat ait Chrysofostomus) vt omnes audiamus: quia nemo potest cum Christo regnare, nisi passionem Christi fuerit imitatus. Res enim pretiosa, non nisi pretioso pretio comparatur. Passionem autem Domini dicimus non solum persecutionem gentilium, sed omnem violentiam quam patimur contra peccata certantes. Hæc ille. De hæc imitatione necessaria passionum Christi, vt intremus in gloriam, in alio festo egimus. Deinde addit, vt huiusmodi laborum & passionum necessitate magis confirmet, *Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.* Hoc est: Nolite putare rem hanc esse simplex donum, aut à sola donantis voluntate pendere, quia nec meum est dare vobis, vt filius hominis sum, à quo ista petere videmini (hæc enim verba in forma serui dixit, vt exponit Augustinus) nec Pater meus simpliciter hoc dat, sed quibus paratum est, i. qui apti & digni sunt, vt accipiant. Non enim est aliis paratum, iuxta illud Apostoli:

1. Tim. 3. in op. imperfect.

De Trin. lib. 1. cap. 12.

stoli. Nemo coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Vnde in hæc verba Diuus Hieronymus. *Regnum celorum non est dantis (tantummodò, scilicet, & simpliciter) sed accipientis. Non enim est personarum acceptio apud Deum: sed quicumque talem se praberit, vt regio celorum dignus fiat, hic accipiet quod non persona, sed vite paratum est. Si itaque tales estis qui consequamini regnum celorum, quod Pater meus victoribus preparauit, vos quoque accipietis illud.* Hæc Hieronymus Adeò nempe ab operibus non à personis electis hæc res pendet, adeò meritis, & laboribus non simplici, & soli electioni vita æterna tribuitur, vt sensum Christi ad istos duos discipulos hoc modo Chrysofostomus exponat. *Si aliquis alius venerit, cum martyrio ampliolem virtutem possidens, non quia vos amo, illum expellam, & vobis dabo primatum. Ideo non simpliciter dicit Christus, Non est meum dare, sed non est meum vobis dare, sed quibus paratum est, his, scilicet, qui ab operibus possunt ferri clari.* Hæc ille. Sic, & Origenes vtroque antiquior. *Quoniam huiusmodi donum solus Dei est qui super omnia est, conspirantis, & cooperantis, & confirmantis in huiusmodi eminentia quos viderit aplos, idè dixit eis, Nescitis quid petatis, Non est meum dare vobis. Nempe hoc est quod Christus alibi aperitissimè dixit. Regnum celorum vim patitur, & ualentii rapiunt illud. Verum nihilominus est quòd quos Deus prædestinauit, hos, & vocauit, iustificauit, glorificauit. Sed contra hæreticos aduertendum est, in ipsa prædestinatione, & electione diuina, non solum finem ipsum, & vitam æternam, sed etiam media ad hunc finem necessaria includi, vt fidem, bona opera, patientiam, & cæteras virtutes. Quibus certè mediis ipsa prædestinatio iuuatur, & completur. Quod in exemplo Rebeccæ docuit ex Scriptura S. Gregorius his verbis. *Omnipotens Deus semen Abrahæ multiplicare per Isaac prædestinauerat: & tamen scriptum est. Deprecaus est Isaac Dominum pro vxore sua, quòd esset sterilis: qui cap. 8. exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebecca. Si ergo multiplicatio generis Abrahæ per Isaac prædestinata fuit (iuxta illud, in Isaac vocabitur tibi semen, cur coniugem sterilem accepit? sed nimirum constat quia prædestinatio precibus imple-**

2. Tim. 2. In comment. ad hunc locum.

Hom. 66. in Matth.

Tract. 12. in Matth.

Matth. 11.

Rom. 9.

Dialog. li. 1. cap. 8.

Gen. 25.

Gen. 21.

tur: quando is in quo Deus multiplicare semen Abrahe prædestinaverat, oratione obtinuit, ut filios habere potuisset. Hæc Gregorius. Ad hunc igitur modum paratum est regnum cælorum à Deo Patre, prædestinatione quidem æterna, sed sic, ut eadem prædestinatione fide, & bonis operibus compleatur, nec aliis paratum sit, quàm qui per huiusmodi media eò tendunt, & sterilit suam naturam precibus iuuant, relictòque diuinæ gratiæ vfu in bonis operibus fructificant.

IN DIE S. LAVRENTIJ Martyris.

Si quis mihi ministraverit, Pater meus honorificabit eum.

Joan. 12.



O c v s esse potest, siue quia in hoc Evangelio de iis qui speciali modo Christo ministrant, honorificè Christus loquitur, siue quia in eius festo hoc Evangelium recitatur, qui egregius Christi minister fuit, tum officio, & vocatione quia diaconus erat: tum virtute, & merito, quia potius quàm diaconatus sui, & ministerij Ecclesiastici munus desereret, instruméta proderet, acerbissimam mortè pati maluit: de ipso ministerio Ecclesiastico, eiusque in prisca Ecclesia variis ad Dei cultum ornamentis aliquid obiter differendi, cõtra prophanos, & barbaros horum temporum hæreticos, qui in suo ministerio circà Dei cultum ab omnibus externis Ecclesiæ & altarium ornamentis, non secus quàm à summa quadã superstitione abhorrent. In vita quippe & martyrio S. Laurentij, qui circiter annum salutis 360. passus est, cuiusque historiam multi antiqui Patres in suis sermonibus exornarunt, Sanctus Ambrosius, S. Augustinus, S. Leo, Eusebius Emisenus, & alij, memoriæ proditum est. B. Laurentium Diaconum S. Sixti Romani Pontificis, (accepto ad hoc ab eodem S. Pontifice mandato quàm ad martyrium duceretur,) amplos admodum Ecclesiæ thesau-

De ministerij Ecclesiastici ornamentis.

lib. 1. Offic. cap. 71.

ros, vestes sacras, vasa aurea, aliæque ornamenta Ecclesiastica, pauperibus Christianis distribuissè per varias vrbes Romæ regiones, vbi vel in cryptis, vel in ædibus piorum collecti Christiani latitabant. Ex qua historia patet habuisse tunc etiam illo persecutionis tempore, & quidem in primis quasi Christianæ fidei annis, Ecclesiæ ipsam fidelium ad Ecclesiastici ministerij vsus, thesauros, & ornamenta varia, de quibus sic Prudèntius poëta Christianus antiquissimus, in passione S. Laurentij cecinit.

Vasa, & ornamenta Ecclesiastica.

*Hunc esse vestris orgijs,
Moremque, & artem proditum est,
Hanc disciplinam fuderis
Libent, ut auro antistites,
Argenteis scyphis ferunt,
Fumare sacrum sanguinem;
Auroque nocturnis sacris,
Ad stare fixos cereos.*

Hymno secundo in libro
καρι γερρα-
ων.

De his quoque Ecclesiæ ornamentis, vasis videlicet aureis, in quibus ad Altare sacrificabatur, à D. Laurentio erogatis, sic scribit Ambrosius: *Laurentius, qui aurum Ecclesiæ maluit erogare pauperibus, quàm persecutori referuare, sacram martyrii accepit coronam. Numquid dictum illi est? Non debuisti vasa sacramentorum vendere.* Et paulò post enumeratis causis quibusdam piis, ob quas vasa Ecclesiæ alienare liceat: *In his (inquit) tribus generibus vasa Ecclesiæ etiam iniuriata, id est, consecrata, infringere, conflare, vendere licet. Opus est, ut de Ecclesia mystici poculi forma non exeat, ne ad vsus nefarios sacri calicis ministerium transferatur.* Hæc ille. Cui conformiter Concilij Arelantensis Patres diu ante Ambrosij tempora decreuerant in hunc modum: *De his, qui Scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa Dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis, ut quicumque eorum ex actis publicis fuerit detectus, ab ordine cleri amoueatur.* Hæc illi. Sed, & hæc vasa Ecclesiastica prophanis manibus non atrectanda esse, scribit maximus Græcorum Theologus Gregorius Nazianzenus, Idem, & Chrysostomus Græcus Pontifex: *Non vides sacra illa vasa? Non ad vnum illa semper vsurpantur? Audènt quisquam illis ad aliud quicquam vsu?* Hæc ille. Homil. 14. in Epist. ad Ephes. Atque

Offic. lib. 2.
cap. 28.

Conc. Arel.
1. an. 320,
can. 13.

In Orat. ad
Arianos, &
de seipso.

hæc maiorum nostrorum perpetua religio, ac pietas fuit. Soli, vel ethnici, vel hæretici, vel alioquæ vera religionis hostes, hanc religionis partem contempserunt, & in supellectile Ecclesiastica spolianda, ac prophananda dexteri fuerunt, quemadmodum nostri hodie hæretici ad hoc impietatis, & sacrilegij genus fuerunt dexterrimi. Ariani (vt in loco citato refert Nazianzenus) *Templa, & Oratorum loca in sepulchra verterunt, supellectilem rei sacrae ministerio dicatam flagitiosis manibus exposuerunt. Altaribus dilectis (vt loquitur Scriptura) contumeliosè protritris iuuenes eorum turpiter cantillantes insularunt. Denique magnum, atque augustum mysterium prodiderunt, ludibriòque habuerunt.* Hæc de Ariani Nazianzenus, quæ de nostris hodie Lutheranis, & Caluinianis, eum dixisse putes. Sed, & sub Iuliano Apostata, quæstor quidam ab eo submissus ad sacra vasa templi Antiocheni diripienda, magnificentiam eorum conspicatus: *Ecce (inquit) quam sumptuosius vasis filio Maria ministratur.* Huiusmodi ludibriis, & hodie hæretici contra sacrificialia vasa, & ornamenta vsi sunt. Nec luserunt tantum verbis, sed amplis detractis spoliis cum Nabuzardam coquorum principe, & impio Balthasare in poculis ab Altari ereptis, nefariè perbacchati sunt. Quòd si similes cum Balthasare pœnas hæcenus non luerunt, nec infontes se nec immunes propterea arbitrentur, sed illud recorderentur, quòd tarditatem vindictæ grauitate compensat. Et illud Ecclesiastici. *Altissimus patiens est, & reditor.* Olim certè quum non tanta essent peccata populi, vt à Deo desereri mererentur (deseritur enim ille, seu populus, seu particularis quisque, qui in horrendis peccatis nullam sentit à Deo vindictam) huiusmodi sacrilegia subita, & celerrima consequbarur vltio diuina. Narrat Theodoretus: *Thymelicum quendam saltatorem, quum emptam fortè sacram vestem, in theatro gestaret, subito expirasse. Proculus à Gensericho*

Ibidem.

Theodoretus
hist. Eccl. lib.
3. c. 11.

Eccl. 5.

Vldio Diuina
in sacrilegos.

Hist. Eccl. lib.
5. c. 17.

Lib. 1.

Ariano Principe ad Ecclesiam spoliandam missus, rapacem inu (ait Victor Vticensis in historia Vandalicæ persecutionis) *cuncta depopulatus, de palis Altari (proh nefus) femoralia sibi, & canisias faciebat. Qui tamè postea, frustatim sibi comedens linguam, in breui turpissima morte*

morte consumptus est. De Donatistis, qui in hoc genere sacrilegij nostris hodie hæreticis non multo erant inferiores, sic scribit Optatus Augustino antiquior. *Quid tam sacrilegum, quam Altaria Dei frangere, radere, remouere: in quibus vota populi, & membra Christi portata sunt? Et paulo post. Hoc tam immane facinus geminatum est, dum fregeistis etiam calices Christi sanguinis portatores. Quorum species renouastis in massas, mercem nefarius mundinis procurantes. Passi etiam estis comburi manus vestras, quibus ante nos eosdem calices tractabatis.* Hæc ille. Quod si hæretici hodie similia Ariani, Donatistis, paganis, facientes, similia non patiuntur, nec se propterea innocentes existimant, nec impunè tanta sacrilegia laturos sperent. Dicemus illis, quod Donatistis dixit Optatus. *An, quia cessat talis modo vindicta, ideo tibi cum tuis vindicas innocentiam? Ad exemplum præfens pœna compressit: secundam iudicio reseruaui.* Certè S. Laurentius ministerij sui memor, in quo Deum honorificari didicerat, acerbissima potius tormenta pati voluit, quam Ecclesiæ thesauros fidei suæ commissos persecutori tradere. Sic ille Christo fideliter ministravit, sic illi Deus Pater singulariter honorificauit, vt inter omnes Latinæ Ecclesiæ Martyres, huius solius martyrium per totam Ecclesiam Latinam festo publico celebretur. Multum ergò tanti martyris pietas, & religio ad hæreticorum hodie sacrilegam impietatem re tundendam valere debet.

Lib. 6. contra
Parmenianum.

Lib. 1.

IN FESTO ASSUMPTIONIS B. Mariæ Virginis.

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Euangelij ac
conmmodario.



OCVS latè explicandi populo gloriosam gloriosissimæ Virginis Mariæ assumptionem in cælos, quam hodie celebrat Ecclesia, quam nulla hodie celebrat secta, quam antiquissima Ecclesia agnouit, ad quam denique etiam

Vide Eusebii
Eusebium
in hoc festu.

Luc. 2. c. 19.
& 51.

In c. 2. Luc. c.
Lib. 1. com. in
cam.

In Epist. ad
Ioan.

In festo an-
nuntiationis.

que etiam hæc Euangelij verba optimè accommo-
dari possunt. Nam, & hæc B. Maria multò magis,
quàm Maria Magdalena, *sedens secus pedes Domini*
audiebat verba eius. Hæc enim illa est, de qua testatur B.
Lucas: *Quòd conseruabat omnia verba hæc conferens in corde*
suo, quod quemadmodum de his, quæ à Pastoribus
dicebantur, quum nasceretur Christus, & de Chri-
sti verbis, postquam in templo cum doctoribus di-
spuasset, Lucas commemorat, sic de omnibus aliis
Christi verbis, ac factis, verum esse dubitari non de-
bet. Hæc enim diligentissimè *conseruebat facta Christi,*
cum Prophetis veteribus, ait vener. Beda. Hæc docente
in terris Christo tacuit, & auscultauit: Christo as-
sumpto alios docuit, *Facta Magistrorum Magistra,* ait
Rupertus. Hæc propterea D. Ignatius discipulus San-
cti Ioannis, & Beatæ Virgini contemporaneus, vocat
religionis nostræ Magistram. Denique tam sedulo
Christi verba audiebat, Christi facta notabat, & con-
seruabat in corde suo hæc B. Virgo, vt ne quidem in
passione ipsa à latere Christi diuelli potuerit, Chri-
sto in cruce pendenti affans, & dulcissima illic, ac
diuinißima prolata verba corde recondens. Adeò
plusquam Maria Magdalena, sedit, permanfit, perse-
uerauit hæc B. Maria Virgo ad pedes Domini audiens
verba eius. Iam verò quis dubitat, quin hæc B. Virgo
optimam partem elegerit, quæ sic soli Deo adhæsit, vt
mundi vincula, carnis illecebras, & omnem seculi
ornatum ab ipsa infantia abiecerit, voto virginitatis
emisso, vt alio in loco ostendimus. Hanc etiam
ob causam (vt certa traditione accepit Ecclesia) hæc
B. Virgo à teneris annis vitam in templo duxit, Deo
consecrata, nec coniugale statum, nisi propter ne-
cessarium, tunc communis vitæ prætextum assump-
sit. Postremò in hac Beata Virgine verissimum
illud est, quod hodiernum Euangelium adiunxit.
Et non auferetur ab ea. Adeò enim, quòd elegit Ma-
ria, non auferetur ab ea, adeò non diuellitur à Deo,
cui soli adhærere semper pro summo bono habuit,
adeò à Christo non seiungitur, cuius verba tam
sedulo audiebat, & facta notabat, conseruans, &
conferens in corde suo, vt hæc sola mortalium, &

anima,

anima, & corpore Christo in cælis assistat: quod ho-
die propriè celebrat Ecclesia. De qua eius in cælo
peculiarè gloria, sic Diuus Athanasius, Patriarcha
Alexandrinus, antiquissimus, & doctissimus Pater,
qui Concilio Niceno primo interfuit, qui Arium
cominus illic configendo profugauit, qui vnus
fidem in Oriente orthodoxam per annos ferè qua-
draginta fortissimè sustinuit, late & copiosè scribit,
in hæc verba: *Virgo hæc, & Mater Dei, nunc, vt Regina*
assistens à dextris Filij Dei vbique regnans, quasi in
vestitu deaurato, incorruptionis, & immortalitatis circum-
missa varietate, sacris, & solemnibus verbis celebratur:
non quòd secundum spiritum tantum, quasi sine corpore, &
carne assistat, [notentur verba] sed quòd induta sit
quantum spectat ad sanctissimam eius carnem incorruptibi-
litate, & immortalitate. circummissa varietate rursus
est, quantum attinet ad ossa sanctissima, quæ eius carnem
suffulcunt. Nam ex carne eius, & ossibus eius, veluti ex
vetere Adamo nouus iste Adam (CHRISTVS) vt
vicem eius expleret, costam sibi sinxit, nimirum istam incar-
nationem, eamque semel indutam perpetuò gestat. Ac
proinde noua ista Eva Mater vitæ appellatur, circum-
missa que varietate permanet ad primitias vitæ immortalis
omnium viuentium. Hæc ille, & multò ibi plura,
quæ videre, & consulere posset studiosus Concio-
nator. Obseruandum autem, quod in postremis
verbis dicit, hanc Beatissimam Virginem alteram
esse Euam, quia, vt illa Mater erat omnium viuen-
tium, quoad hanc vitam temporalem, sic ista est
Mater omnium viuentium, vita immortalis, &
cælesti. Mater autem non generatione, & pro-
ductiuè, sicut Eva, (ne quis hic cauilletur hæreticus)
solus enim Christus est *primogenitus mortuorum,*
quia eius resurrectio causa etiam quædam est resur-
rectionis nostræ: sed Mater est ordine, quia prima
fideliùm hanc immortalem vitam anima, & cor-
pore participat, ideò signanter Athanasius, & vt
Theologus acutus, *primitias vitæ immortalis om-*
num viuentium, eam appellat, quia prima hanc
completam fælicitatem accepit, ordine videlicet

Assumptio B.
Virg. in cor-
pore.

In Euangelio
de sanctiss.
Deipara, sub
finem.

In sermone
de dormitio-
ne Despara.
Niceph. li. 2.
cap. 21. &
sequent.

non causa. Iam verò hanc B. Virginis gloriosam Assumptionem multis verbis celebrat S. Damascenus scriptor Græcus, & perantiquus, totius Assumptionis historiam his verbis commemorans: quam etiam totidem ferè verbis Nicephorus in historia Ecclesiastica refert. Ex antiqua (inquit) traditione accepimus quod tempore dormitationis B. Virginis vniuersi quidem sancti Apostoli qui orbem terre ad salutem gentium percurrerant, momento temporis in sublimè elati, comenerunt Hierosolymis: cùmque illic essent, eis visio apparuit Angelica, & audita est psalmodia celestium potestatum: & sic cum diuina gloria in manus Dei sanctam tradidit animam. Eius autem corpus quod Deum suscepit, ineffabili quadam ratione, cum Angelica, & Apostolica hymmodia elatum, (quam etiam pulchrè describit Dionysius Areopagita in epist. ad Timothæum) in loco fuit depositum Gethsemane, quo in loco Angelorum chorea, & hymmodia mansit tres dies perpetuos. Post tres autem dies Angelico cantu cessante, qui aderat Apostoli (cùm vnus Thomas qui abserat post tertium diem venisset, & quod Deum susceperat corpus adorare voluisset) loculum aperuerunt: sed omni ex parte sacrum eius corpus nequaquam inuenire potuerunt. Cùm ea autem tantum inuenissent, in quibus fuerat compositum, & ineffabili qui ex iis proficiscebatur odore repleti, loculum clauserunt. Eius mysterij obstupescit miraculo, hoc solum cogitare potuerunt, quod cui placuit ex Maria virgine carnem sumere, & hominem fieri & nasci, quum esset Deus verbum, & Dominus glorie, quique post partum eius incorruptam seruauit virginitatem, eidem etiam placuit, & ipsius postquam migravit immaculatum corpus, incorruptum seruatum translatione honorare ante communem & vniuersalem Resurrectionem. Hæc ibi Damascenus, quæ omnia in Oratione eloquentissima, quam de Assumptione Beatæ Virginis scripsit, & recenter è Græco Iacobus Billius vertit, repetit. verbisque amplissimis exornat. Narratque ex historia Euthymica lib. 3. cap. 40. quam citat, totam hanc historiam referente Iuuenali Hierosolymorum Episcopo tempore Chalcedonensis Concilij: additque vacuum Beatæ Virginis loculum cum vestimentis quæ inerant, fuisse tunc Hierosolymis Constantinopolim translatum, &

Mar

Vide novam
editionem Da-
maseni.

Marciano Imperatore, atque Pulcheria coniuge in æde B. Virginis in Blachernis recõditu. In ea Oratione magnam ad hanc Assumptionem amplificandam suppellectilè concionator inueniet. Scripserunt & S. Hieronymus, siue apud eũ Sophroni^o, D. Augustinus, & D. Bernardus & Eusebius Emiffenus de hac gloria B. Virginis Assumptione sermones. Qui veteres, quamuis Assumptionem corporis non asserant, negare tamen etiam nolunt, sed rem dubiam relinquunt. Vnde Augustinus in sermone qui eius esse dicitur (nam non esse verè eius inde apparet, quòd Isidoru citat Gregorio Magno æqualem) ita loquitur. Vera de Assumptione Mariae sententia hæc esse probatur, vt secundum Apostolum siue in corpore siue extra corpus ignorantes, assumptam super angelos eam esse credamus. Sed quod Latini scriptores adhuc dubitabant, Græci pro comperito habebant, sicuti ex eorum verbis supra citatum est. Temporis tamen progressu etiam Latinis, vt Dino Bernardo, & eius antecessoribus etiam corporalis Assumptio credita fuit. Qua de re breuè sed elegantem tractatum scripsit Augustinus (quicquid censor Erasmus sine villo prorsus argumento aliter sentiat), & multis rationibus confirmat cur ipse credat, & alij pè credere debeant, non anima tantum, sed, & corpore Beatam Virginem assumptam in cælos fuisse. Illas rationes in breue conferam, quæ latius apud ipsum Augustinum videri poterunt. Si voluit Christus integræ Mariæ virginitatis seruari pudorem, cur non velit incorruptam à præcipitiam seruare fatore? Qui enim in vita præ cæteris illi gratia sui conceptus honorauit, piùm est credere singulari saluatione eã in morte, & speciali gratia honorasse. Rursum paulo post. Christus in cælos ascendit, & carnem quam de matre suscepit super astra transfuecit, honoras omnem humanã naturam, sed multo magis maternam. Si igitur natura matris est filius, conueniens est, vt sit, & filii mater: non quantum pertinet ad aquam administrationem, sed quantum pertinet ad eandem reciprocã substantiam, vt homo de homine, caro de carne, mater à filio, filius à matre, non ad vnitatem personæ, sed ad vnitatem corporalis nature, & substantiæ. Hoc autem argumentum egregiè confirmat ab vnitatem omnium fidelium cum

Serm. 31. de
sanctis.

In lib. de Assumptione
Mariæ tom.
9.

Joan. 17. Christo. *Si unitatem potest facere gratia sine proprietate specialis nature (de qua Christus dixit : quos dedisti mihi volo, ut sint unum, sicut & nos :) quanto magis ubi gratia unitas, & corporis est specialis naturitas? De his autem qui per gratiam uniuertur Christo, dixit iterum Christus. Pater quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum* Vnde infert Augustinus. *Si igitur eos secum habere vult, & hoc potest qui omnia potest, quid estimandum est de matre, ubi digna sit haberi nisi in presentia filij? Rursum de dignitate, & præstantia naturæ ipsius Beatæ Virginis sic argumentatur. Tanta sanctificatio, qua mater Dei fuit, dignior celo est quam terra. Quoniam thronum Dei, thalamum Domini, domum atque tabernaculum Christi dignum est ibi esse ubi ipse est. Tam pretiosum thesaurum dignum est celo seruari quam terra. Tantam integritatem merito incorruptibilitas, non putredinis aliqua resolutio sequitur. Illud sacratissimum corpus de quo Christus carnem assumpsit, & diuinam naturam humanæ uniuert, escam vermium traditum, & futurum de vermium puluere, quia sentire non valco, dicere pertimesco, Moxque aliud ex Scripturis sanctis argumentum adfert. Dicit Christus, *Ubi ego sum, ibi & minister meus erit. si hæc est generalis sententia omnium per fidem, & bonam operationem Christo ministrantium, quanto magis quoadmodum, & specialius est Maria? Mariam namque operis exhibitione, & fidei rigidissima veritate ministram fuisse Christi, omnis qui sanè sapit intelligit. Si ergo ibi non fuerit, ubi Christus ministros suos esse vult, ubi erit? Et si ibi erit, numquid equali gratia? Et si equali gratia, ubi aqua Dei censura, quæ vnicuique reddit secundum sua merita? Si ergo merito Mariæ viuenti præ omnibus donata est gratia, mortuæ erit minuenda? Absit. Quia si omnium sanctorum mors est pretiosa, Mariæ sanè est pretiosissima, quam tanta comitata est gratia, ut mater Dei dicatur, & sit. Hæc ille siue Augustinus, siue alius quicumque auctor. Rationes enim per se bonæ & firmæ sunt, quemcumque auctorem habuerint. Et profectò ut alias Scripturas expendamus, si mirabilis est Deus in sanctis suis, ut etiam supra condignum honoret, quomodo non erit mirabilis in matre sua, ut pro eo quod dignum ac conueniens est, eam sublimet? Si de omnibus Sanctis dicitur, *Nimis honorificati sunt amici tui***

Dei

Joan. 12.

*Ubi ego sum, ibi & minister meus erit. si hæc est generalis sententia omnium per fidem, & bonam operationem Christo ministrantium, quanto magis quoadmodum, & specialius est Maria? Mariam namque operis exhibitione, & fidei rigidissima veritate ministram fuisse Christi, omnis qui sanè sapit intelligit. Si ergo ibi non fuerit, ubi Christus ministros suos esse vult, ubi erit? Et si ibi erit, numquid equali gratia? Et si equali gratia, ubi aqua Dei censura, quæ vnicuique reddit secundum sua merita? Si ergo merito Mariæ viuenti præ omnibus donata est gratia, mortuæ erit minuenda? Absit. Quia si omnium sanctorum mors est pretiosa, Mariæ sanè est pretiosissima, quam tanta comitata est gratia, ut mater Dei dicatur, & sit. Hæc ille siue Augustinus, siue alius quicumque auctor. Rationes enim per se bonæ & firmæ sunt, quemcumque auctorem habuerint. Et profectò ut alias Scripturas expendamus, si mirabilis est Deus in sanctis suis, ut etiam supra condignum honoret, quomodo non erit mirabilis in matre sua, ut pro eo quod dignum ac conueniens est, eam sublimet? Si de omnibus Sanctis dicitur, *Nimis honorificati sunt amici tui**

*Deus, nimis confortatus est principatus eorum, quomodo mater Dei nimis honorificata non erit, eiusque principatus, & gloria supra cæteros confortata? Si de omnibus verum est quod Apostolus dixit, *si compatimur, & conglorificabimur*, certe B. Virgo quæ plus cæteris omnibus Christo compassa est, siue quia mater filio, siue quia ipsi cruci altitit penè sola, siue quia sic asstitit, ut doloris gladius animam eius pertransierit, plus cæteris omnibus glorificata credi debet. Si necessariò verum est quod Christus dixit, *Omnis qui se humiliat, exaltabitur*, certè hæc B. Virgo qua nihil fuit humiliter maxime, & supra omnes exaltata creditur. Hæc enim quam mater Dei futura ab Angelo nunciare, humillimè respondit, *Ecce ancilla Domini*. Et verè de seipsa dixit, *Respexit Dominus humilitatem ancillæ suæ*. Verè inquam, quia, & verè respexit Dominus, & vera erat eius humilitas, & verissima humilitate hæc solam à Deo respici fatebatur, tacens virginitatem, tacens orationis studium, tacens denique tot, & tantas alias virtutes suas. Fuit ergo maxime supra omnes in cælis exaltata, quæ maxime & supra omnes in terris sese humiliauerit, id est, de sese humiliter senserit, & in omnibus humilitatis officiis sese semper exercuerit.*

Nunc igitur in hac gloriosissima B. Virginis Assumptione ad eius maiorem gloriam plurimorum Patrum encomia quibus illam prosequitur, in hunc locum compendiosè congeram, ut contra petulantias, & stupida hodie hæreticorum corda qui hanc B. Virginem vel contumeliosè tractant, vel certè nullo dignantur honore) illa concionator deprecatur, quæ nostræ quidem Catholicorum deuotionis testimonia sint illustria, hæreticæ verò prauitatis clara sit condemnatio. Primùm ergo sic eam in cælos assumptam affatur doctissimus Pater Athanasius. *Decet te limine de Sanctam matrem regeneratricem, heram ac Dominam cognominari, eo quod ex te prodiit, Rex Dominus ac Deus noster Primitias tuas laudis Archangelus contexit, quem splendidissimum ac capacissimum illum hymnum ederet. Ave gratia plena, &c. Sic te prædicat prima acies, quæ ex thronis, Cherubim, & Seraphim constat. Sic secunda hierarchia, quæ dominationes, virtutes, & potesta*

Psal. 138.

Rom. 8.

Luc. 14.

Luc. 1.

Patrum encomia de B. Virgine.

In Euangelio.

potestates complectitur. Sic & tertia acies Archangelorum, & Angelorum. Ab istis deinde nos terrestri hierarchia siue docti, siue admoniti, exaltamus te magna, & canora voce dicentes, Ave gratia plena Dominus tecum. Intercede Regina, & Domina, & Regina, & mater Dei pro nobis. Sic eam compellat B. Chrysothomus. Vere dignum, & iustum est glorificare te Dei param, & semper beatissimam, & penitus incontaminatam matrem Dei nostri, honoratiorem cherubim, & gloriosiore incomparabiliter seraphim. Sic eam collaudat B. Epiphanius. Tu virga de radice Iesse, in tabernaculum de quo sponsus egreditur (psal. 18.) tu candelabrum aureum, & facula super ipsum (Zach. 4.) tu lucerna parata Christo nostro (Pla. 131.) tu mons vnde lapis sine manibus excisus est. Dan. 2 A. S. Ephrem vocatur, sublimior caliculis, honoratior cherubim sanctior seraphim. S. Cyrillus Alexandrinus Græcorum facile doctissimus, sic eam in concione compellat. Tu totius orbis thesaurus, per quam calum exaltatur, per quam angeli, & Archangeli letantur, per quam per totum orbem fundatæ sunt Ecclesia. Gregorius Nazianzenus theologus cognominatus sic eam affatur, tragædiam suam de Christo patiente his verbis concludens. o puella gratia equanda multis, mater & virgo supra omnes decora virgines, & maxima: quæ vincis omnes calitum ordines, Regina, Domina, generis humani gaudium. Amica semper esto tu mortalibus, maximæque quous in loco mihi salus. Hæc ille. Damascenus sic pro B. Virginis laude quasi arguentatur. Reuera facta es Domina omnium creaturarum, quum conditoris omnium effecta es mater. Atque hæc Græcorum Patrum erga hanc B. Virginem pietas ac deuotio fuit. Nunc vt ad Latinos veniamus, D. Augustinus quum de peccato disputat, eiûsque per omnes peruagata cõtatione, hanc B. Virginem propter honorem Domini disertè semper excipit vult. Vide enim, inquit, scimus quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit eum quem constat nullum habuisse peccatum. Rursum de illa sic alibi loquitur. Præter sanctam carnis integritatem, quæ alia sunt Mariæ merita quis ignorat? S. Gregorius sic de illa scribit. Mons fuit quæ omnem electæ creature altitudinem elethionis suæ dignitate transcendit, & meritorum verticem super omnes angelorum choros euexit. Antiquissimus Irenæus aliique Patres hanc

In liturgia.

In orat. de laudib. virg.

De laudib. B. virg.

Homil. 6. cõ. Nestorii.

In trag. xđ. Christus patiens.

De ortho- xaxide lib. 4. cap. 15.

De natura & gratia cap. 36.

De bono con- iung. ca. vlt.

In li. I. Reg. cap. 1.

hanc B. Virginem alteram à contrario sensu Euam, & verè matrem fidelium esse docent. Irenæus his ver- bis, Eua seducta est, vt effugeret Deum, Maria suasa est, vt o- bediret Deo, vt Virginis Eua Virgo Maria fieret aduocata. Sic Tertullianus, In virginem adhuc Euam irrepserat verbum edificatorum mortis. In virginem aquè introducendū erat Dei verbum extructorum vite, vt quod per huiusmodi sexum abie- rat in perditionem, per eundem sexum redigeretur in salutem. Sic D. Augustinus. Auatrix peccati Eua, auatrix meriti Ma- ria. Eua occidendo obfuit. Maria viuificando profuit. Illa per- casit, ista sanauit. Sic & D. Hieronymus. Mors per Euam, vita per Mariam. Ideoque, & ditius virginittatis donum fluxit in feminas, quia cepit à femina. Sic postremò & D. Ber- nardus (vt Anselmum, Chrysologum, Andræam Cren- tensem aliisque innumeros taceam) Eua prius perem- ptre quàm parès, prius peccauit quàm peperit, Maria prius re- paratrix quàm parens. Placuit S. patribus hæc compara- tio inter Euam, & B. Virginem Mariam, quia vt illa mater erat omnium viuentium ad peccati corruptionem, sic ista erat mater gratiæ, mater fidelium, mater & primitiæ immortalitatis, vt suprâ ex Athanasio. Plura in laudem huius B. Virginis in festo Natiuitatis eius dicentur.

Lib. 5.

Lib. de carne christi.

Serm. 18. de Sanctis.

Epist. 22. ad Eustoch.

Homil. 3. su- per missus est.

IN FESTO S. BAR-

tholomæi Apostoli.

Vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis: quos & Apostolos nominauit.

Luc. 6.



O C V S obseruandi contra horum tẽpo- rum hæreticos, Christū hoc loco ex to- to grege discipulorum suorū, certos, & certo numero elegisse, certaque, & di- stincta appellatione eos nūcupasse, quæ quidem appellatio plus significaret quàm sonat, ma- iorem potestaté denotaret quàm vis verbi postulat: quum è contra noui isti Magistri qui omnia prophana- re contendunt, ad vulgarem, & prophanam signifi- cationem

De potestate Ecclesiasticæ vocabulis.

cationem omnia Ecclesiastica potestatis vocabula, & sacrae functionis nomina reducere studeant, vt ita Apostolus, Episcopus, presbyter, non plus valeant quam primæua, & vulgaris horum verborum significatio notat. Apostolum enim missum seu legatum, seu nuncium exponunt talem, qui Domini sui mandata tantum referat, ideòque mandati limites nõ excedat. Sic enim impius Caluinus de Apostolis arrogantissimè scribit. *suo, inquit, nomine præ se ferunt quantum sibi in suo munere permissum sit. Nempe si Apostoli sunt, ne garriant quicquid illis collibitum fuerit, sed mandata eius à quo missi sunt bona fide perferant.* Hæc ille nefarius impostor, vt hæc speciosa imposta ac fraude lectori persuadeat, ipsos Apostolos nihil aliud docere aut discernere potuisse, quam quod Christus ipsis viua voce mandauerat, atque adeò in Scripturam noui testamenti redactũ postea fuerat. Quòd si de ipsis Apostolis probari potest, quanto magis de tota reliqua Ecclesia verum id erit? Simili impietate Episcopum nihil aliud valere volunt, quam superintendentem, & vigilem aliquem, qui videat quidem quo suum quisque officium faciat, cum admonendi potestate seu ministerio potius, nullam autem præterea spiritualem potestatem habeat: eo quòd vox illa Episcopus Græcè nihil quam superintendentem Latinè sonet. Presbyterum quoque hac ratione nihil aliud esse volunt quam Seniores, cuius officium sit gubernationi tantum vacare, & censuræ ac disciplinæ Ecclesiasticæ præesse, non autem vllum tale munus exercere, quale Ecclesia Catholica presbyteris, & noui testamenti sacerdotibus semper attribuit: Sed isti hæretici, vt in Apostoli vocabulo, sic in Episcopi, & presbyteri, toto calo errarunt: quòd nunc de Apostolis (quorum in hoc Euangelio propria tractatio est) breuiter ostendatur. *suo nomine* (ait Caluinus) *præ se ferunt quantum sibi in suo munere permissum sit.* Nomen autem Apostoli missum significat: ideòque, *eius mandata à quo missus est bona fide perferre debet,* ait Caluinus, *non quicquid collibitum est garrere.* Præter arrogantis nebulonis perulantisima verba, qui Apostolorum doctrinam extra id quòd

quod Christus viua voce docuit, *garritus ad libitum, vocat,* quæ pius concionator pro suo erga Apostolos, imò erga Christum zelo (*qui enim vos spernit, me spernit,* Luc. 10. dixit Apostolis Christus) amplificare poterit, stупida eius ignorantia, & impia assertio facillè ex Scripturis ipsis refutatur. Apostolus, inquit, ille missum significat, ergo nihil nisi missum. At vide quot blasphemiarum, & hæreses in religione orthodoxa ex tam inuisulis argumentis consequuntur. Christus significat vnctum. Ergo nihil nisi vnctus est à Spiritu S. & non est Deus, sed solùm homo specialiter vnctus. Sacramentum apud Latinos iuramentum vel mysterium significat: ergo nihil est aliud, & non est signum alicuius diuini erga nos beneficij, aut rei sacrae. Fides est in præstandis promissis veritas: quia fit quod dictum est: ergo non significat assensum veritati diuinæ à nobis præstitum. Ecclesia est congregatio, ergo nihil differt à Synagoga quæ tantumdem significat. Præterea si Apostolos à Prophetis, pastoribus, & doctoribus distinguit Paulus, & tamen omnes illi missi quoque sunt, profectò Apostolus in sensu Christi plusquam missum significat. Deinde si Apostoli nihil aliud quam missi sunt, qui fit quòd Septuaginta discipulos quos *missi Christus ante faciem suam binos & binos,* non vocauerit etiam Apostolos: Quare solos duodecim vocauit Apostolos, alios verò 70. non nisi discipulos, si nihil aliud Apostolus nisi missum significat. Atqui Apostolorum vt certa, & specialis fuit denominatio, ita certa, & singularis potestas, non quam vis appellationis expressit, sed quam voluntas appellationis conferre voluit, vt de Sacramenti vocabulo ipsemet Caluinus disputat Instit. l. 4. ca. 14. Illa potestas erat non solùm referens mandata Christi, sed eadem præterea, & docere, id est, exponere, & sensum verborum Christi explicare, & testificari, id est cum auctoritate legitima suis doctrinam fidem facere. Et denique præcepta dare, extra & præter ea quæ Christus viua voce dedit. Quæ fuerit Apostolorum docendi, & testificandi potestas * aliis in lo-

Instit. lib. 4.
ca. 8. n. 4.

Apostolorum
dignitas defenditur contra Caluinum.

Ephes. 4.
Luc. 10.
* Domin.
55 Trinit. &
in festo Ascensionis
Dominice.

cis huius operis explicatum est. Quod præcepta de-
derint extra Christi mandata viua voce tradita, Acta
Apostolorum luculenter declarant. Decretum enim
illud Apostolicum, non esse gentes ad Iudaicas ob-
seruationes compellendas, esse abstinendum à suf-
focato & sanguine, præceptum vtique Apostolorum
fuit. Aiunt enim. *Visum est nobis nihil ultra imponere vo-
bis operis, quam hæc necessaria.* Imponunt ista & præci-
piunt. Nec ideo imponunt, quia à Christo hoc didice-
rant, sed quia Spiritus Sanctus hoc illis suggererat.

Decreta Apo-
stolorum pro-
pria.

Act. 15.

Aiunt enim. *Visum est Spiritui sancto, & nobis.* Nō aiunt,
Christus hoc nobis viua voce mandauit. Sed & Pau-
lus Apostolus quoque & ipse, etsi non vnus ex duo-
decim, Apostolatus sui vim & potestatem melius
intelligens quam Caluinus, diserrè profiteretur se
quædam docere, quæ à Christo mandata non erant.

I. Cor. 7.

Ceteris (inquit) *ego dico, non Dominus. Si quis frater uxorem
habet infidelis, & hæc consentit habitare cum illo, non dimit-
tat illam. Moxque de vidua: Beatior eris si sic permanferit
secundum consitium meum. Puto autem quod & ego Spiritum
Dei habeam.* Hic opinor bonus Caluinus Apostolum
dixerit garrere ad libitum, monebit quoque vt man-
data domini sui bona fide proferat. Adiciet denique

Caluinus loco
citato.

(quod loco citato subiunxit) *fatis clara esse Christi ver-
ba, quibus legationem Apostolorum terminauit, quum manda-
uit illis vt irent ac docerent omnes gentes quacumque præceperat.* Dicit ergo Caluinus Apostolis omnibus: dicit
Paulo, Vt quid mihi Spiritum Dei allegas? Profer
mandatū à Christo, & credemus. Hic finis. hic termi-
nus legationis tuæ est (nō enim nisi missus & legatus
es) vt ea doceas quæ Christus præcepit, non alia.
Sic quidem impius Caluinus. Sic alij eius hodie di-
scipuli & sectatores. Atqui Apostolis opinor ipsis ex
Spiritu Sancto se loqui profitentibus, magis creden-
dum est: etiamsi de hac doctrina Spiritus Sancti nihil
Christus prælocutus fuisset. Nunc autē & hoc ipsum
disertissimè prædixit. *Adhuc multa habeo vobis dicere,*

Ioan. 16.

*sed non potestis portare modo. Spiritus autem veritatis, quem
mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & sugges-
set vobis omnia quacumque dixerit vobis. Quæ Christi ver-
ba*

ba, simulque alia illa quibus Apostolorum legatio-
nem terminari Caluinus vult (docentes eos seruare,
quacumque mandauit vobis) in alio huius operis loco ex-
plicuimus, & nihil planè pro sensu hæreticorum fac-
cere perspicuè ostendimus. Apostolus igitur, & Apo-
latus longè aliud, & amplius significat in sensu Chri-
sti, quàm simpliciter missum esse, aut missionem
simplicem, quæ nihil nisi referat mandatum Domi-
ni sui.

Dom. 4. post
Pascha, &
Domin. 55.
Trinitatis.

NEMPE Apostolis totam suam potestatem Chri-
stus plenissimè contulit; qui, vt à Patre missus erat, sic
Apostolos misit, vt à Patre potestatem omnem in cæ-
lo, & in terra accepit, sic eandem in terris Apostolis
dedit. De priori his verbis constat. Trāstiturus Chri-
stus ad Patrem dixit. *Ego te clarificauit super terram. Opus
consummaui quod dedisti mihi, vt faciam. Manifestaui nomen
tuum hominibus.* Moxque oratione præmissa pro Apo-
stolis, dicensque; *Pater sanctifica eos in veritate: sermo
tuus veritas est,* addit. *Sicut tu me misisti in mundum, ita, &
ego misi eos in mundum.* De posteriori constat his ver-
bis. *Quum dixisset Christus, Omnis potestas data est mihi
in cælo, & in terra, subiunxit. & intulit, Euntes ergo docete
omnes gentes, &c.* Quæ verba quantum valeant, alio

Apostoli cum
summa pote-
state missi.

Ioan. 17.

loco explicuimus. Fuerunt igitur Apostoli cum sum-
ma potestate à Christo missi, sicut ille à Patre. At
(inquit Caluinus) *Christus à Patre missus non alia do-
ctrina non est mea, sed eius qui misit me Patris. Et iterum:
Quacumque audiu à Patre meo hæc loquor. Apostoli ergo
non alia debebunt docere, quam quæ à Christo audierunt.*
Sic quidem ille loco citato argumentatur, vt sibi vi-
detur acutus, sed re vera stupidissimè. Christus quæ
audiuit à Patre loquitur, quia vnum erat cum Pa-
tre, eiusdem naturæ, eiusdem gloriæ. Apostoli, vt
non omnia audierunt à Christo corporaliter præ-
sente (vnde ipse dixit, *adhuc multa habeo vobis di-
cere, &c.*) sic assumpto in cælos Christo ab eo audi-
re non poterant immediatè, & viua voce loquen-
te (vt vult Caluinus) quia vnum cum Christo ita
non erant sicut Christus cū Patre, sed mediante Spi-
ritu S. docuit eos Christus, docuit semper docetque

Loco citato.

Caluini stupi-
dū argumen-
tum.

Ioan. 16.

hodie Ecclesiam. Hic Spiritus Sanctus quem promisit Christus & dedit Apostolis ac per illos toti Ecclesie (mediantibus certis sacramentis) docuit Apostolos multa quae viua voce Christus non mandauit. Atque ideo Apostoli eorumque successores perpetui, ita sunt legati Christi, vt eorum legatio non in verbis & mandatis Christi viua voce datis tota consistat, sed in suggestione, & doctrina Spiritus Sancti, quae vti que doctrina etiam Christi est, iuxta illud. *Ille de meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Quando ergo Apostoli loquuntur ex Spiritu Sancto, non excedunt fines mandati. Quando & Ecclesia loquitur ex Spiritu Sancto (habet enim semper Ecclesia Apostolorum apud se successores) Ecclesia non excedit limites, sed exercet partes potestatis suae. Atque ita nec Apostoli nec Apostolorum successores simpliciter missi sunt in sensu Caluini, vt nihil aliud docere possint, quam quae Christus viua voce docuit, potestaque in Scripturas relatum est, sed sunt missi, vt Spiritus Sancti organa, & amanuenses. Sunt missi vt doceant tamquam Magistri, prout spiritus datus est loqui illis. Sunt missi, vt praedicent verbum Dei quod Spiritus Sanctus illis suggerit tamquam, testes veritatis: & sunt missi vt praecipia, & decreta. constituent tamquam praepositi Ecclesiarum, sicuti fecerunt in Actis, Paulusque & Barnabas circuibant praecipientes custodire decreta Apostolorum & seniorum. Sunt missi, vt soluant, & ligent peccata tamquam iudices. Sunt denique Apostoli specialiter missi, vt vnusquisque eorum cum plena potestate quocumque terrarum loco verbum praedicaret, omnesque potestatis Ecclesiasticae partes plenissime exerceret. Sic illi specialiter a Christo vocantur, lux mundi, sal terra, amici Christi, quia omnia nota fecit illis, fundamenta, denique fidelium: iuxta illud Pauli. *Aedificati super fundamenta Apostolorum, & prophetarum.* Fundamenta autem sunt (ait Augustinus), quia eorum auctoritas portat infirmitatem nostram. Atque hoc speciali sensu non nisi duodecim Christus elegit Apostolos: & ita quidem, vt praeparante Iuda Mathias electus fuerit qui duodenarium completeret. Huius rei mysterium Augustinus his verbis exponit,

Legatio Apostolorum, & Ecclesiae in quo consistit.

Ioan. 16.

Act. 1.

Act. 15.

Matth. 5.

Ioan. 17.

Ephes. 2.

Enarrat in

Psal. 86.

Duodecim Apostolorum mysterium.

nit, loco citato. *Cum dicuntur duodecim porta Hierusalem, (vt in Apocalypsi cap. 12.) & vna porta Christus est, & duodecim porta Christus, quia in duodecim portis ipse est. Et ideo duodenarius numerus Apostolorum. Sacramentum magnum huius duodenarii significatio est numeri. Sedebitis (inquit) super duodecim sedes indicantes duodecim tribus Israel. Sacramentum est cuiusdam vniuersitatis, quia per totum orbem futura erat Ecclesia, vnde vocatur hoc aedificium ad Christi compagem. Et ideo, quia vndique venit ad iudicandum duodecim sedes sunt: sic quia vndique intratur in illam, xij. porta sunt. Partes enim mundi, quatuor sunt: Oriens, Occidens, Aquilo, & Meridies. Ista quatuor partes assidue nominantur in Scripturis. Ab omnibus istis quatuor ventis dicit Dominus se collecturum electos suos. Ab omnibus ergo istis quatuor ventis vocatur Ecclesia. Quomodo vocatur vndique in Trinitate vocatur, per baptismum, In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Quatuor ergo ter ducta duodecim inueniuntur. Hec Augustinus. Extenditur tamen hoc Apostoli nomen, & ad Paulum, & ad Epaphroditum in Scripturis, & ad alios primos fidei fundatores, quia tales omnes ad portas xij. Hierusalem pertinent: & per illos intratur in Ecclesiam Sanctam. Latius ergo Apostoli nomen patet, quam vocis etymologia sonat. Sic Episcopi, & Presbyteri vocabula similiter.*

IN NATIVITATE

B. Mariae Virginis.

Iacob autem genuit Ioseph, virum Mariae, de qua natus est Iesus. Matth. 1.



Novs idoneus explicandi causas, cur Ecclesia Catholica gloriosae Virginis Mariae Natiuitatem ipsam temporalem celebrat, quum, & tot alia festa in honorem huius B. Virginis celebrentur, & solius praeterea Christi redemptoris, eiusque praecursoris. B. Ioannis Baptistae natiuitas solemniter habeatur: idque contra haereticos

reticos horum temporum barbaros, & infensatos, qui propter has duas causas totum hunc cultum, vel superfluum iudicant, vel superstitiosum: ideoque hoc festum in nulla eorum secta obseruatur. Sanè postquam tum B. Marthæus in hoc Euangelio, tum B. Lucas in suo, totam B. Virginis prosapiam à capite recensuerint, ex parte coniugis, vt de tribu Iuda fuisse ostèdatur, neque enim vir de tribu Iuda aliam coniugem, quàm ex eadem tribu sortiri poterat (iuxta legis Mosaicæ præscriptum) qua in re non solum Christi, sed, & Matris eius generationem explicare voluerunt: Ecclesia quoque non dissimili studio ortum auspiciatissimum huius B. Virginis, tum in dictæ Virginis honorem, tum in tanti beneficii gratam recordationem, toto orbe recoli, & celebrari voluit. Tàta enim erga Christum redemptorem animi gratitudine Ecclesia Sancta vti voluit, vt non tantum ipsius Natiuitatem longè auspiciatissimam incredibili gaudio concelebrare, sed etiam Matris eius purissimæ, & beatissimæ ortum pari studio recolere viderit. Profectò enim, qui Christum amat, & colit, etiã ea, quæ coniuncta sunt non amare, & colere non poterit. Quid autem Christo coniunctius, quid ad eius puritatem propius accedit, quàm Virgo illa purissima, ex cuius visceribus nasci voluit? His accedit, quòd quum veteres Prophetæ huius B. Virginis ortum prædixerint, & figuræ varis præsignificauerint, debuit profectò Ecclesia eundem ortum gloriosa commemoratione recolere, nec tam singulare humani generis bonum, tam sedulò prædictum, tam varis figuratum, tam demùm feliciter præstitum, vel ingrata obliuione sepelire, vel leuiter, & obiter recordari, sed annua solemnitate in perpetuas generationes celebrare. Docere quoque Ecclesia debuit ab eodem se Spiritu duci, & administrari, qui olim in Prophetis locutus est, vt quàm illi personam à Deo tacti frequenter prænuuciauerit, hanc Ecclesia diuino instigante Spiritu frequenter quoque prædicaret, & collaudaret. Sed, & præter hæc omnia Ecclesia Sancta, quia hodiernò die non Christo tantum redemptori suo, sed, & sibi quoque Matrem nasci minerat,

Christo quidem natura Matrem, sibi verò gratia, & fauore Matrem, Matrem inquam, Dominam, ac Patronam singularem propterea Matris suæ non Christi tantum Natiuitatem festiuam esse, magnoque cordis iubilo honorare voluit. Sunt ergò hoc loco hæc tria explicanda. Primum prædictiones illæ propheticæ de huius gloriosæ Virginis ortu proferendæ. Secundò, figuræ veteres breuiter aperientur. Prolixius postremò, & copiosius (propter contradicentes hæreticos) ostendendum, quàm singularis, & admirabilis fidelium Patrona, ac verè Mater, hæc Beata Virgo semper extiterit.

DE HAC B. Virgine, quæ illud repararet, quod Eva perdidit, vt in alio festo ex Patribus ostendimus, statim à primo hominis lapsu scriptum est. *Dixit Deus serpenti. Ponam inimicitias inter te, & mulierem. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Sic hunc locum interpretantur multi Patres. Augustinus his verbis docet quomodo caput serpentis contriuerit. *Mater (inquit) generis nostri [Eua] panam intulit mundo. Genitrix Domini nostri salutem attulit mundo.* D. Bernardus homil. 2. & 3. super Missus est Angelus, &c. Et in sermone de verbis Apocalypsis, *Signum magnum apparuit in caelo, Mulier abiecta sole, &c.* Andreas Cretensis Episcopus, in Salutationem Angelicam, & Petrus Chrysologus Archiep. Rauennas serm. 141. in Euangelium de Annunciat. Dominica; ac demùm Fulgentius in serm. de laudibus Mariæ, hanc prophetiam de B. Virgine exponunt, non quòd ipsa per se, sed per semen suum benedictum, in quo benedicuntur omnes gentes, Christum redemptorem, contriuerit caput serpentis, & à seruitute diaboli nos eripuerit. Quo in loco, vt ipsum redemptionis beneficium prænucciatum fuit, sic nec B. Virginem redemptoris Matrem tacere placuit. Sed Esaias de hac Virgine verbis clarissimis, ita loquitur: *Egredietur Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Hoc est, Nascetur Maria de domo David, & Christus nascetur ex ea.* Et paulò antè idem Propheta: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Non solum Messias prædicatur, Deus, & homo futurus, sed

In festo Assumptionis. Genes. 3. Prophetiæ veteres de B. Virgine.

Serm. 2. de Annunciat. Domin.

Esai. 11.

Esai. 7.

Hier. 31. etiam Maria prædicatur, Virgo, & Mater futura. De hac quoque Virgine Hieremias. *Novum fecit Dominus super terram: femina circumdabit virum. Quæ verba de B. Virgine sic exponit Augustinus: O femina super feminas benedicta; quæ virum omnino non novit, & virum suo vero circumdedit. Circumdat Maria virum Angelo fidem dando, quia Eva perdidit virum serpenti consentiendo. Ezechiel quoque de hac B. Virgine his verbis prophetavit: *Porta hæc (Orientalis sanctuarij) clausa erit, non aperietur, & vir non transibit per eam: eritque clausa. Quæ verba de B. Virgine sic exponit Sanctus Hieronymus: Hæc est porta Orientalis, (vt ait Ezechiel,) semper clausa, & lucida, operiens in se, vel ex se proferens sancta sanctorum, per quam sol iustitiæ, & Pontifex noster secundum ordinem Melchisedech ingreditur, & egreditur. Denique, & Daniel, ne ex quatuor maioribus prophetis, vel vnus desideretur, de hac B. virgine, ac Matre hunc in modum prophetavit. *Abscissus est lapis de monte sine manibus, quæ verba sic exponit Hieronymus: Christus lapis prædicatur abscissus de monte sine manibus, significante Prophetam Virginem nasciturum esse de Virgine. Manus quippè accipiuntur pro opere nuptiarum. Habemus ergò quatuor primarios Prophetas eadem propemodum diligentia, certè eodem consensu, de Virgine Matre prophetantes, atque de Christo Virginis Filio. Iam verò ad figuras propheticas quod attinet, Quod Moysi monstratum est in rubo, & igne, quod Aaroni in virga florida, nec humectata, quod Gedeoni in vellere, & rore, hanc Virginem Matrem luculenter præsignarunt, vt copiosè explicat S. Bernardus.***

S E D plenius nunc demonstrandum est, hanc beatissimam Virginem, vt Christi natura, sic omnium Christianorum gratia, & fauore Matrem, Patronam quoque, ac Dominam meritò habendam, perpetuò habitam fuisse. Quæ fuerit huius B. Virginis gratiæ plenitudo, & consequenter supra cæteras creaturas omnes excellens dignitas, in duabus antea concionibus explicatum est. Ex illis facile apparet, quàm meritò debeat, Christianorum Mater, Patrona, ac Domina censerì: Quomodo autem in Ecclesia Dei à maximis Ecclesiæ luminibus, & Patribus san-

ctitate,

ctitate, atque eruditione præstantissimis sic habitata fuerit, aliqua enumeratione facta commemorabimus, vt vel stupidas hæreticorum mentes tot, & tantorum virorum exempla excitent, & veterum excutere compellant, vt saltem boni Catholici, id quod faciunt certissima se ratione facere intelligant. Atque vt à recentioribus incipiendo ad vetustissimos concessendamus. D. Anselmus librū de excellentia B. Virginis conscripsit, in quo, eam se, vt *Dominam colere cum omni creatura*, prohetur. D. Fulbertus Carnotensis Episcopus in sermone de festo Assumptionis B. Virginis affirmat, eam plus omnibus liberatis impendere posse suffragium, quæ meruit pro liberandis proferre pretium. Rupertus in fine Comment. super Cantica sic eam alloquitur: *Ad te præ cæteris montibus oculos leuamus tuum præ omnibus auxilium suspiramus* At verò hanc B. Virginem, vt verè Matrem fidelium præ omnibus alijs Sanctis specialiter esse inuocadam luculenter docet D. Bernardus sem. 2. super Misus est. & serm. 2. Dominic. 1. post octauam Epiphaniæ. Andreas quoque Cretensis Episcopus super salutem Angeli cam, & Damascenus de orthodoxa fide lib. 4. c. 15. & Innocentius III. super Assumptione B. Virginis, Gregorius Turonensis in lib. de gloria Martyrum, cap. 10. *Mariam sine labore suis auxilium perferre docet.* Georgius Nicomediensis Archiepiscopus apud Simeonem Metaphrastem in Orat. de exitu Deiparæ, vocat eam *murum firmissimum totius multitudinis Christianorum.* Multa de singulari eius patrocinio scribit Petrus Chrysologus Archiepiscopus Rauennas serm. 140. in Euangelium de Annunc. Dominica, & venerabilis Beda in homilia de S. Maria. Quàm singulari denique erga eam deuotione S. Thomas Aquinas maximus ille Theologus affectus fuerit, legi potest in opus. 4. inter opuscula eius: de S. Bonauentura similiter in li. 25. memorabilem, & in opusculo B. Virginis, quæ inter eius opuscula leguntur: de S. Dominico in vita eius apud Surium Veteris Ecclesiæ pietas erga B. Virginem. lib. 2. cap. 13. & de S. Francisco in vita eius per S. Bonauenturam, capit. 9. Nunc, vt ad veterem Ecclesiam ascendamus, Gregorius Magnus in Epistola inserta Synodo Nicenæ secundæ. Act. 4. *Christianorum*

B. Virginis specialis inuocatio.

cap. 3.

propugnaculum, & Dominam vocat Germanus patriar-
cha Constantinop. in oratione de zona, & fasciis
 Deipara, quæ tempore Concil. Chalcedonenſis eo
 allata fuerant, vt ſupra ex Damalceno ostendimus,
omne qui affliguntur ad eam confugere docet. Gregorius
 Nazianzenus in tragœdia, *Christus patiens*, ab hac vir-
 gine petit, *vt quemadmodum omnibus mortalibus, sic illi*
impensis praesidio esse velit. Cyrillus Alexandrinus vocat
 eam *unus orbis thesaurum*, propter admirabilem
 patrocinij sui tutelam. Sanctus Chrysoſtomus in sua
 liturgia, & homil. in occurſum Domini, Athanaſius
 in Euangelium de Sanctissima Deipara, & D. Baſilius
 in sua liturgia, inuocant Beatam Virginem tamquam
Domum omnium fidelium, & reginam celi. Diuus Am-
 broſius in præparat. 2. ad Miſſam, B. Virginis ſuffra-
 gia petit. D. Hieronymus in Epistol. ad Eulochium
 de custodia virginitatis, docet *Beatam Virginem* mo-
 nentibus *succurrere, & occurrere.* Sed, & ante Nicæ-
 nam Synodum primam, & in proximis Apostolo-
 rum temporibus Sanctus Methodius Martyr, Bea-
 tam Virginem deuotiſſimè inuocat, in ſerm. de laude
 Deiparae, quem citat Hieronymus in catalogo
 Scriptorum. Cyprianus Martyr ſiue Carthaginenſis
 ille ſiue Antiochenus alter per inuocationem B. Vir-
 ginis ad Christianam fidem perductus eſt, vt narrat
 fidelisſimus auctor Gregorius Nazianzenus in orat.
 in Cyprianum, & Nicephorus hiſtor. Eccleſiaſtic.
 libr. 5. cap. 27. Irenæus libr. 5. cap. 19. vocat Mariam
Æne, hoc eſt, humani generis, *Aduocatam*: quæ et-
 tiam verba imitatur Auguſtinus ſerm. 2. de Annun-
 tiat. Dominica, vbi multis verbis deuotiſſimè eam
 ipſe inuocat. Denique in liturgia Beati Iacobi Apo-
 ſtoli, & Sacerdos, & torus populus B. Mariam inuoc-
 are iubetur. Poſtremò ſingularem hanc Beatam Vir-
 ginis præ cæteris omnibus Sanctis inuocationem
 docent innumerata toto orbo Christiano, & per om-
 nes ætates, templa in eius honorem extracta. Non
 ſolum enim hæc poſtrema ætas tot illi templa de-
 dicata vidit, nec tantum ante 300. annos aut 400.
 Henricus ſextus Imperator. Stephanus Hunga-
 riæ Rex, Valerius Episcopus Auguſtanus, & Cou-
 radus

radus Conſtantiensis ſub Othone primo, & Ruperrus
 Apoſtolus Bauariæ, multique alij proceres, vt Caro-
 lus Magnus, & Ludouicus Pius, ſed à mille iam
 annis Iuſtinianus imperator valde multa, vt narrat
 Procopius in libr. de ædificiis Iuſtiniani, & ante eum
 Leo primus Imperator, & ante vtrumque Pulcheria
 Theodoſij ſoror, & ante illos omnes Conſtantineſis
 Magnus cum Matre ſua Helena per varias orbis par-
 tes varia, & ſplendidiffima templa Beatæ Virgini
 erexerunt, vt meminit Eufebius libr. 3. de vita Con-
 ſtantineſis. Sed, & ipſo primarum perſecutionum
 tempore Sanctus Calixtus Papa, & Martyr templum
 Beatæ Virgini Romæ extruxit, vt in eius vita narrat
 Damascus. Accedunt ad hæc omnia ſpecialis, & potent-
 iſſimi patrocinij in hac Beatæ Virgine argumenta,
 frequentiffima ad eius inuocationem præſtita toto
 orbe beneficia, & innumera opitulationum mira-
 cula. Quorum quædam magis memorabilia hoc et-
 tiam loco ſubiiciemus, vt facies, & frons hæretico-
 rum magis erubefcat, ſi tamen frontem habent, quod
 eos habere Auguſtinus negat, ſi hoc nomine non
 corporis membrum, ſed pudorem intelligimus. An-
 dreas Chius quum antea cælibatum B. Virgini vo-
 uiſſet, vt ex morbo grauiffimo liberaretur, à Tur-
 cis poſtea deprehenſus quaſi qui in Mahometè pec-
 caſſet, ideòque, aut Chriſtum abiurare, aut extrema
 pati coactus, poſt ingentia, & varia ac ſæpius repetita
 tormenta in ſingulis clamans, virgo Maria iuuam e,
 omnibus ſuperior illuſtre martyrium compleuit, vt
 deſcribit eleganter Georgius Trapezuntius in vita
 eius apud Surium tom. 7. Ioannes Damalcenus mag-
 nus Theologus quum ex iniuſto iudicio manus dexte-
 ræ amputationem paſſus eſſet, eandem à B. Virgine
 reſtitutam accepit: vt narrat prolixè Ioannes patriar-
 cha Hieroſolymitanus in vita Damalceni Græcè
 ſcripta, quæ olim Oecolampadius, hodie iterum Ab-
 bas Billius vertit. Theophilus Oeconomus Antio-
 chena Eccleſiæ in Cilicia quum ſe per ſyngrapham
 diabolo totum dediffet, atque vouiſſet, poſtea B. Vir-
 ginem inuocàs eius interceſſione, & precibus, & pec-
 cati remiſſionem impetrauit, & ſyngrapham ſibi re-
 ſtitutam

Contra Iuliam
 nu. li. 4. c. 3.

Miracula ma-
 gis iuſtri per
 B. Virginem.

Maij die 29.

Apud Surium
 to. 3. 6. Maij
 & in operi-
 bus Damaf-
 centiſis.

In ſine trag.

Hom. 6. cap.
 Neſtorium.

Templa in
 honorem B.
 Virginis.

staturam toto spectante populo accepit. Est illustris historia quæ extat quidem apud Suriû mense Febr. die 4. tom. 1. citatur autem ab Antonino in summa par. 4. tit. 15. & ab Honorio ser. 2. de Assumpt. B. Mariæ: Mariæ Ægyptiaca cuius festum colit Ecclesia. B. Virginē inuocans ex meretrice turpissima ad Deum conuersa, & eremum petens vitam egit sanctissimam. Apud Suriû April. 9. tom. 2. S. Rupertus Abbas Tuitiensis quum propter tarditatem ingenij totus indocilis esset, B. Virginem suppliciter inuocans mirabile ingenij acumen impetrauit, & in magnum Theologum euasit, vt eius scripta testantur. Auctor est Trithemius. Iustina virgo ad B. Mariâ confugiens à Cypriani tunc magi amore illicito, & à dæmonis magia liberatur, vt scribit Gregorius Nazianzenus, Theodorus Heraclij imperatoris frater ingentem barbarorû exercitum parua manu conscidit, B. Virginē implorans, vt refert Paulus Diaconus in historia Longobardica. Sunt alia huius rei illustria exëpla apud bonos historicos innumera. In prato spiritali per Ioannē Moscum scripto ante annos 900. Extat liber in Bibliotheca Patrum tom. 2. Apud Marsilium Ficinum in lib. de religione Christiana. Apud Baptistam Fulgosum de Francisco Sfortia duce Mediolanensi, qui captâ bello puellâ sed viro desponsatam, & in cubiculum introductam vitare quum vellet, illâq; cõspecta fortè B. Virginis imagine, quæ ad lectulû ducis pendebat, plorans orâret ducè pro amore B. Virginis, vt eam intactam dimitteret, mutato consilio fecit, & propter amorem Dei, & B. Virginis integram viro reddidit. Plura vide apud Nicephori historiam Ecclesiasticâ, & apud Vincentium Beluacensem in Speculo historiali lib. 7. à ca. 81. vsque ad c. 104. & apud Petrus Canisium in sua Mariana lib. 5. c. 21. & sequentibus, ac demû in lib. Collat. sacrarum lib. secundo. Horû porrò miraculorû seu potius beneficiorum B. Virginis amplissimorum quorû commemoratio esset infinita) illustria testimonia sunt celeberrimæ per orbem Christianam Ecclesiæ B. Virginis sic specialiter dicatæ, vt in illis specialiter loquatur. Diua Virgo inuocata, specialiter patrocinari so-

leat: idque in singulis ferè Christiani orbis regnis. In Italia S. Maria de Laureto. In Liguria S. Maria de Sauona. In Hispania S. Maria de Monte Serrato. In Francia S. Maria Cleriensis. In hoc Belgio S. Maria Halensis propè Bruxellas. In Anglia olim dum fides illic fletit Christiana S. Maria de Vealtingham, & de Ipswich. Sed potissimum in vrbe Roma, in qua (vt de suo tempore notauit Hieronymus) sic etiam hodie maior deuotio & simplicitas fidei ab Apostolo in Romanis laudata maximè viget, diuersæ sunt Ecclesiæ à diuersis effectibus quotidianis & illustribus cognominatæ. Vt S. Maria de consolatione, cuius & parietes, & columnæ omnes tabellis affixis plenæ, penèque cooperatæ conspiciuntur, quibus accepta B. Virginis precibus beneficia leguntur. S. Maria liberritice. S. Maria de populo. S. Maria de planctu. S. Maria de miraculis. S. Maria de Angelis. S. Maria de niue, præter adhuc viginti alias Ecclesias in honorem huius B. Virginis extractas, multaque facella aliarum Ecclesiarum, seu imagines miraculosæ B. Virginis (sic enim vulgò ab effectu vocantur) numero etiã viginti, quotidianis ferè miraculis, id est, gratiis & beneficiis nobilitatæ. Sunt hæc omnia contra nostri tēporis Nestorianos, Heluidianos, Antidicomarianos, aliõsq; beatissimæ virginis hostes & contemptores (quales omnes hodie nostræ ætatis hæretici sunt) luculentissima testimonia & argumeta certissima, tum diuinæ virtutis ac gratiæ, qua matrem suam honorantes Christus Dominus donare & honorare dignatur, tum præter & auitæ fidei maiorum nostrorum, qua hanc Beatissimam Virginem per omnia tempora & loca deuotè colebant, assidue inuocabant, ac denique pro vera fidelium matre, patrona, ac Domina speciali vnanimiter agnoscebant.

Quod si vel in hoc, vel in alio quopiam B. Virginis festo gloriosos eius titulos, quibus illâ Ecclesia Catholica ornat & inuocat, contra hæreticorum rabidos morsus & calumnias acerbas tueri concionator desiderat, id paucis explicatum dabimus. Inuocatur hæc B. Virgo ab Ecclesia Catholica, vt Regina cæli, mater misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra:

In presal. 2.
com. ad Gal.

B. Virginis tituli gloriosi defenduntur.

Dan. 4.
2. Cor. 1.
Ioan. 14.
1. Tim. 1.

In lib. demonast. Hirsungensi. In Orat. in b. Cyprianum. Lib. 18. Cap. 46. & 47. cap. 10. Lib. 4. ca. 4. Rerum memorabilium.

Lib. 17. c. 25. & lib. 18. c. 33.

Speciales Ecclesiæ B. Virginis.

leat:

nostra: maris stella, & fœlix cœli porta. Hæc omnia hæreticis hodie blasphemata videntur, quia soli Deo, & Christo tales tituli conueniunt, qui est, *Rex cœli, Pater misericordiarum, via & vita nostra, per quem habemus accessum ad Deum, spes nostra, &c.* Respõde quædam esse epitheta sibi attributa quæ soli Deo sic conueniunt, vt nulli creaturæ villo in sensu attribui possint, quia ipsi diuinitati sunt propria. Vt, Omnipotens, æternus, infinitus, creator, finis & principium rerû, Dominus vitæ, & mortis: vel soli Christo propria: vt Saluator, iustificator, siue, iustitia, sanctificatio, & redemptio nostra. Alia verò sunt epitheta, quæ Deo quidem & Christo eius per excellentiam, Sanctis tamen per participationem, & analogicè conueniunt: Vt, bonus, iustus, sanctus, sapiens. Item *Pater, Magister, pastor, lux, Petra fundamenti*, quæ omnia * *Apostolis tribuuntur.* Sic B. Virgo mater misericordiarum, vita, spes & dulcedo nostra vocatur, nõ quia per excellentiam, & per se talis est, sed quia per participationem talis est, quatenus tales affectus non in toto sed ex parte, nec ex se, sed per intercessionem suam nobis procurat. Sic Regina cœli, porta cœli, fenestra cœli, stella maris, Domina angelorum vocatur, non quod per se talis est, sed quod ad hunc honorem à Deo euecta est, & supra angelos exaltata, ex parte quidem dignitatis propriæ quia mater Dei, Regina & Domina creaturarum, vt supra ex Damasceno, & aliis Patribus protulimus: ex parte verò efficacissimæ intercessionis, porta & fenestra cœli, & stella maris vocetur, quia suis precibus cælum nobis aperit, & calamitates depellit: Hic autem loquendi modus ex Scripturis, & vetustissimis Patribus desumptus est. Quibus eleemosynas præstitimus, dicuntur, *nos recipere in æterna tabernacula*: & eatenus sunt nobis quasi porta cœli. *Qui orat pro fratre non peccante ad mortem dabit ei vitam*, ait S. Ioannes. Et sic talis est *vita fratris*. *Qui commertificerit peccatorem à viis suis malis, saluabit animam eius à morte.* Et sic talis est *salus peccatoris*. *Qui corripit fratrem suum, audientem, & obsequentem, lucratur eum*, ait Chriustus. Timotheo dicit Paulus. *Hoc faciens*

faciens teipsum, & alios saluos facies. & de seipso dicit. *Omibus omnia factus sum, vt omnes lucrificerem.* Denique fideles à se conuersos vocat, *spem suam, gaudium, & coronam gloria.* Hæc omnia Christo nihil derogant, qui per excellentiam est salus nostra, spes nostra, gaudium, & corona nostra: sed ostendunt causas nostræ salutis subalternas esse sanctos Dei, per quos nostram salutem Deus operari dignatur. Irenæus scribit, & post eum Augustinus, B. Virginem Angeli voci obedientem vniuerso humano generi causam salutis fuisse. Hoc tamen Paulus soli Christo tribuit: *Factus est omnibus causa salutis æternæ.* Ambrosius in oratione de funere Theodosij de B. Virgine prædicat, quod Satanam vicerit triumphatorem: quod etiam Christo Apostolus ibidem tribuit. Irenæus vocat B. Virginem Euz aduocatam, & Gregorius Nazianzenus in tragœdia citata, *Aduocatam gloriosam.* Hoc Christo tribuit Ioannes, *Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum.* Sed in his omnibus sensus est quem diximus. Et hunc sensum impius ipse Caluinus in Christi merito agnoscit, quando cum Dei misericordia coniungitur, vt ex utroque saluemur. *Regula*, inquit, *vulgaris est: Quæ subalterna sunt, non pugnare: ideoque nihil obstat quo minus gratuita sit hominum iustificatio ex mera Dei misericordia, & tamen ex Christi merito, quod Dei misericordiam subiicitur.* Hæc ille. Eodem omnino modo istis gloriosis B. Virginis titulis & honoribus, nihil obstat quo minus Deus sit salus nostra, vita, dulcedo, spes, & misericordia nostra, ex mera Dei bonitate, potentia, virtute, & tamen eadem nobis salus, vita, dulcedo, spes, & misericordia conferatur ex Beatæ Virginis intercessionem, quæ Dei misericordiam subiicitur, id est, tanquam inferior, & secundaria causa ei subalternatur: idque ex proportionem non ex æqualitate. Hæc hæretici hodie si vel intelligere, vel aduocare vellent, pias Ecclesiæ voces Scripturis, & Patribus conformes, tam impiè & odiosè non exagitant. Sed & multi tituli Beatæ Virginis attribuantur, qui cæteris Sanctis tribui non possunt, propter honorem Christi

* I. Cor. 4.
ad Ephes. 4.
Matth. 5. &
16. Ephes. 2.
Apocal. 11.

Luc. 16.
I. Ioan. 5.
Iacob. 5.
Matth. 18.
I. Tim. 4.

1. Thess. 2. &
Philipp. 4.
Lib. 3. c. 23.
Serm. 18. de
sanctis.
Hebr. 5.
Lib. 5.
I. Ioan. 2.
Institut. l. 2.
c. 17. n. l.

Serm. 4. super missuseft.

Christi cui est cōiunctissima. Et in talibus id semper cogitandū est, quòd sæpe repetit D. Bernardus. *Quicquid in laudem matris proferimus, id ad filium pertinere: Et rursus. Quum filium honoramus, nos à gloria matris non recedere.*

IN FESTO S. MAT-
thæi Apostoli.

Matth. 9.

Misericordiam volo, & non sacrificium.

De externo Dei cultu.



O c v s idoneus explicandi contra hæreticos horum temporum, externum Dei cultum, siue per sacrificia seu per sacramenta, his verbis Christum non reprobare, non respuere, vt illi hoc loco abusi simplicioribus imponunt. Hæretici enim hodie nullum in Ecclesia Christi externum esse sacrificium volunt, sacerdotium nullum, sed ministerium tantum, & sacrificia quædam eucharistica, vt sunt preces, & laudes Dei, omniâque caritatis officia: externa enim illa Synagogæ esse propria, cuius sacrificia omnia, totumque sacerdotiū in vno Christi sacrificio in cruce peracto ita prorsus deserunt, vt in nouo testamento sola interna locum habeant. Sic studiosè docet Calvinus, & addit veteres Patres, quia in Cœna Domini administranda ceremonias multas adhibebant, altari vtebantur, sacrificium agnoscebant, & sacerdotes vinctos, & consecratos habebant, imitatos esse propius Iudaicum sacrificandi morem, quam aut ordinauerat Christus, aut Euangelij ratio ferebat. Et paulò post. *Atensam nobis dedit Christus, in qua epulemur, non altare super quod offeratur vtilima. Non sacerdotes consecrauit qui immolent, sed ministros qui sacrum epulum distribuunt.* Hæc autem ita se habere volunt, quia omnem exteram cultum ad ritus Iudaicos, & su-
per

Institut. lib. 4. c. 18. num. 11. & 12.

perditiones Pharisæicas pertinere iudicant, dicente Christo, *nunc horâ esse quando veri adoratores adorabunt* ^{Ioan. 4.} *Patrem in spiritu, & veritate: in hoc Euangelio, Misericordiam volo, non sacrificium. Hoc videlicet tempus esse cultus eucharistici, non propitiatorij, & nihil amplius nunc ad Dei cultum pertinere, nisi vt nos ipsos anima, & corpore in templum sanctum Domino consecremus, per preces, laudes, gratiarum actiones, & caritatis officia. Sic enim Cal- ^{Vbi supra num. 16.} *uinus statuit. Est igitur hoc loco ostendendum Christum his verbis, Misericordiam volo, & non sacrificiū, externa vel Ecclesiæ, vel Iudæorum ipsorum sacrificia nullo modo excludere, reprobare, reiicere. Sunt certe illa verba Osæ Prophetæ, quæ eo tempore ab illo dicta sunt, quo tempore sacrificia Mosaica ex Dei mandato non legitime tantum, sed & necessariò fiebant. Sed & quum Christus hæc verba repeteret, sacrificabant in templo Iudæi, & templum Christus frequentabat, ad festa tēpli ascendebat, in ipso templo frequenter docebat. Nō ergo vel propheta tunc vel Christus nunc, sic misericordiam, id est opera caritatis se velle dicebat, & sacrificia se nolle, vt prorsus sacrificia Iudaica repelleret. Quid ergo vult, quum dicit, illud volo, hoc nolo? Exponit S. Augustinus. *Nihil aliud quam sacrificium sacrificio prelatū oportet intelligi, quoniã illud quod ab hominibus appellatur sacrificium signū est veri sacrificij. Misericordia autem verum sacrificium est. Talibus enim hostis placatur Deus.* Hæc ille. Docuit ergo propheta, docet hic Christus, docuit ex his Scripturis edoctus Augustinus, sacrificia externa Deo nunquam simpliciter displicuisse (maximè ab eo instituta, & præcepta) sed interna magis placuisse, quia videlicet non nisi interni sacrificij, id est, vera pietatis in Deum, misericordie in proximum, signa sunt externa. Reprehēdit igitur, & meritò taxauit tum sui tēporis Iudæos Osæas propheta, tū præsentis Pharisæos Christum, quod quum sacrificia, & cætera legalia exactissimè obseruaret, vera interim pietatis, & caritatis opera, Deo multò gratiora, prætermitteret. Sic alio in loco. *Vt vobis Scriba, & Pharisæi Matth. 23. hypocrita, quia decimatis mentâ, & anethum & cymium, & reliquis***

De ciuit. Dei l. 10. c. 5.

reliquiſtis qua grauiora ſunt legis iudiciū, & miſericordiam, & fidem. Non reprehendit, quòd minora faciebant, ſed quòd maiora prætermittēbant. Ideò ſubiunxit: *Hæc oportuit facere, & illa non omittere.* Quòd ſi etiam miniſſima illa non erant prætermittēda, quanto magis ſacrificium? Vult ergo Deus ſacrificium, ſed non vult ſacrificium ſine miſericordiā, non vult externum cultum ſine interno. Imò abſque interno cultu, abſque vera caritate & pietate externa, omnia hypocriſis ſunt, non Dei cultus: peccata ſunt, non virtutes. Atqui hæretici ſic hypocriſim ſuſtulerunt, vt impietatem ſubſtituerint. Sic internum prædicant, vt externum auferant. Sic Phariſæi eſſe nolunt, vt infideles ſiant. Sic Chriſtum in verbo capiunt, vt Chriſto contradicant. Chriſtus vtrumq; flagitat, & internum cum externo, & externum non abſque interno. Solet dici, *Dum vitant ſtultitia in contraria curunt* Sic hodiè hæretici dum vitant hypocriſim, incidunt in impietatem Dum inania ſigna perſequuntur, ſigna proſus ſubuertunt. Signum abſque re inane eſt, ſed à re tamen ſignum abeſſe non debet, quod rei ſignificandæ inſtitutum eſt. Sacrificium in Eccleſia Chriſti externum, ſacramenta, ceremoniæ, externa ſunt tum pietatis noſtræ erga Deum, tum diuinæ erga nos gratiæ, & beneuolentiæ ſigna. An quia pietas interdū deſt, & multi prophanè ſignis factis vtitur, ſigna ipſa ſubvertes? Hoc igitur loco paucis doceri populus poterit, cur etiam in Eccleſia Chriſti, & in hac luce Euan-gelij, ſignis adhuc externis; ſacrificio, ſacramētis, ceremoniis locus ſit. Sunt huius rei variæ cauſæ. Primum, quia homines ſumus, nec ſolo animo, ſed & corpore conſtamus, vt aliquis eſſet etiā corporis cultus, externa ſigna inſtituta ſunt. Hanc cauſam expreſſit Sanctus Baſilius. *Non ex dimidia tantum parte, ſolo videlicet animo, ſed etiam corpore Philoſophia operam dare debemus. Etenim ſi eſſemus extra corpus conſtituti, neceſſario ſolo tantum animo optima ac præclariffima quæque ſequeremur. Verum quia ex duplici natura conſtamus, duplex quoque virtutis ſtadium eſſe debet: id quæ ſtrenuitate corporis, tum animi etiam induſtria exerceri. Hoc eſt autem adorare in Spiritu & veritate. Veritas enim non eſt, ſed falſitas & hypoc*

Cur in luce Euan-gelij ſigna externa retineantur.

Conſtit. Monac. cap. 5.

& hypocriſis, ſi vel quod foris oſtenditur intus non geratur, vel quod intus geritur foris oſtendi contemnatur. *Debemus providere bona non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus.* Hoc ad externum etiam in Eccleſiis cultum quidni pertineat? Maximè dicente Apoſtolo de fidelium conuentibus, *Omnia honeſtè, & ſecundum ordinem ſiant.* An verò ad ordinem, & honeſtatem in conuentu fidelium non pertinet, vt variis ceremoniis, vel ſacra ipſa religioſè adminiſtrentur, vel populus ipſius ad pietatem excitetur? Deinde externum cultum adhibemus, ad ipſius interni reſtitutionem, tum Deo gratam, tum alijs exēplo vtilem, tum nobis ipſis, vt magis excitemur accōdatam, *Orantes atque laudantes Deum* (ait Auguſtinus) *dirigimus ſignificantes voces, Res autem ipſas in corde quas ſignificamus offerimus.* Paulus fleſcebat genua ad Deum Patrem: ſed magis animo obſecrabat. *Chriſtus cum clamore valido, & lacrymis preces, & ſupplicationes obtulit.* Erant hæc interni ſeruioris ſigna. Prophani hæretici externa non adhibent, quia internis carent. Apud illos enim genua in Eccleſia fletere, cum clamore, & gemitu orare ſuper ſtitiolum ducitur, contemptui habetur, Phariſaicum vocatur. At Deus (inquiunt) cor videt, animum ſcrutatur, externo hoc cultu non indiget. Reſpondet Auguſtinus. *Non ſolum pecore, vel qualibet alia re terrenā, & corruptibili, ſed ne ipſa quidem inſtituta Deum egere credendum eſt, totumque quod rectè colitur Deus, homini prodeſt non Deo. Neque enim fonti ſe quiſquam dixerit profuiſſe ſi biberit, vel luci ſi viderit.* Deum igitur externis geſtibus, & ceremoniis colimus, non quòd eis ille indigeat, ſed quòd hoc modo obſequium Deo gratū nobiſq; perutile exhibemus. Rurſum Deus ipſe per externa quædam ſigna ſalutem noſtram operari voluit, & ſub certis ſacramentis, vt per huiusmodi noſtræ infirmitati conſuleret. *Si tu* (inquit Chryſoſtomus) *incorporatus eſſes, vnde ipſa dona incorporea tibi tradidiſſet: quoniam verò corpori coniuncta eſt anima tua, in rebus ſenſibilibus tibi intelligenda traduntur.* Signis externis nos docere, ſignis fidem noſtrā & excitare, & exercere, & cōfirmare, & corroborare voluit. Propter has igitur, & alias cauſas (de quibus plura diximus in Dom. 11. poſt Pē-tecoſt.

Rom. 12.

1. Cor. 14.

De ciui. Dei
l. 10. c. 19.

Ephes. 3.

Hebr. 5.

De ciui. Dei
l. 10. cap. 5.

Homil. 83. in
Matth. &
Hom. 60. ad
pop. Antip.

tecost.) externus adhuc in Ecclesia noui. testamenti cultus locum habet. Misericordiam, veritatem, iudicium sic Christus laudat, vt externa non reprobet, vt sacrificij, & sacramentorum doctrinam ne quidem apud Iudæos, multo minus in Ecclesia sua (de qua hic nihil disputabat) propterea aboleret. Quomodo nūc hora sit, vt in Spiritu, & veritate adoretur Deus, in alio Euangelio diximus. De sacrificio externo, Christianorum proprio, qui velit hoc loco aliquid apud populum solidè dicere, eiusque vel necessitatem, vel fructum amplissimum obiter explicare, legat diligenter tractatum doctissimum Cardinalis A. lani de eo argumento, maximè c. 8. & sequentibus de eius institutione: & c. 29. ac sequentibus, De vario eius atque amplissimo fructu.

IN FESTO S. MI-

chaëlis Archangeli.

*Angeli eorum in calis semper vident
faciem Patris mei qui in
calis est.*



L O C V S proprius explicandi contra hereticos horum temporum, quæ de Angelorum custodia, & veneratione docet ac tradit Ecclesia Catholica, ea S. Scripturis: & veterum Patrū. fidei profus conuenire. Hæretici hodie etsi Angelorum ministeria circa homines, quæ in Scripturis tam frequenter occurrunt, negare non possunt, specialem tamen custodiam erga vnumquemque vel negant, vel certè in dubium vocant: venerationem autem prorsus reiiciunt, ideòque hoc festum D. Michaëlis, vel vè alicubi vocatur, festum Angelorum, nec ipsi celebrant, & celebrantes superstitionis arguunt. Caluinus quum in Scripturis custodiam Angelorum manifestissimam, & celeberrimam cerne- ret, & quædam etiam loca videret, quæ peculiarem custodiam vnus certū Angeli vnicuique assignatam perspi-

perspicuè affirmant, maluit tamen pro sua contradicendi libidine dubitare, & rem dubiam relinquere, adeoque quibus poruit ratiunculis Scripturæ loca infirmare, quàm veritati Catholicæ, & receptæ fide- lium sententiæ manum porrigere. Nos igitur ex Scripturis hanc Angelorum custodiam primùm ge- neralem, mox etiam peculiarem demonstrabimus, indeque honorem, ac venerationem illis debitam confirmabimus. Vniuersales sunt sententiæ, quæ in primis ad Christum, Ecclesiæ caput, deinde ad omnes fideles pertinent. *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis: Tu manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Tale est, & illud: *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Quibus ostendit Deus sese eorum, quos custodiendos suscepit, tutelam Angelis delegare. Secundum hanc rationem Angelus Domini consolatur Agar fugitiuam. Pollicetur Abraham seruo suo, Angelum fore duce- m itineris ipsius. Sic Angelus protegendis Israelitici populi castris præfectus fuit: & quoties voluit Deus Israelem redimere è manu hostium, Angelorum ministerio vindicæ excitauit. Eliam in spelunca Angelus pascit, & consolatur. Ad eundem locutus est Angelus, vt descenderet ad regem Ochoziæ ægrotum. Exercitum Sennacherib blasphemantem Dominum, Angelus Domini vna nocte percussit. Est huiusmodi exemplis plena Scriptura vetus. Sed, & in nouo testamento non minus frequenter occurrunt. Angelus salutat B. Virginem. Angelus Zachariæ sacerdoti filium prædicit. Angelus apparet in somnis Ioseph, vt fugiat in Ægyptum. Angeli nunciant pastoribus natum Christum. Angeli monent Magos ne reuertantur ad Herodem. Angeli ministrabant Christo finita, & superata tenta- tione in deserto: & eundem consolantur in horto. Angeli apparent mulieribus in sepulchro docentes Christum resurrexisse. Angeli apparent Apostolis Christo in cælum ascendente. Apostolus in custo- diam publicam coniectos Angelus educit. Angelus mittit Philippum ad Eunuchum Reginæ Æthiopū. Denique Petrum è carcere deducit Angelus. Propter

Custodia ge-
neralis Ange-
lorum.

Psal. 91.

Psal. 33.

Genes. 16.

Genes. 24.

Exod. 14.

3. Reg. 19.

4. Reg. 1.

Luc. 1.

Luc. 2.

Matth. 2.

Matth. 4.

Luc. 22.

Marc. 14.

Act. 1.

Act. 5.

Act. 8.

Act. 12.

Domini. 9.
post Ppsec.

Zib. 2. de En-
charistia sa-
crificij.

Matth. 18.

De Angelo-
rum custodia
& veneratio-
ne.

Instit. lib. 1.
ca. 17. num. 7.

has Scripturas, & adhuc alias de Angelorum custodia, & ministris ad vsus maxime fidelium, apertissime scribunt Patres. Inter alios S. Augustinus his verbis clarissime: *Angeli (inquit) sunt ciues supernae Hierusalem, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, ut eos liberent ab inimicis suis, & custodiam in omnibus vijs suis: confortent quoque, & moneant, & Orationes filiorum tuorum (Deum alloquitur) offerant in conspectu glorie maiestatis tue. Diligent nempè concines suos, per quos sua ruina scissuris instaurari expectant. Ideoque magna cura, & vigilantissimo studio assunt omnibus horis, & locis, succurrentes, & providentes necessitatibus nostris, & solliciti discurrerent inter nos, & te Domine geminus nostros, atque suspiria referentes ad te, ut impetrent nobis facilem tuam benignitatis propensionem, & referant ad nos desideratam tuam gratiam benedictionem. Ambulant enim nobiscum in omnibus vijs nostris, intrant, & exeunt nobiscum, ac emè considerantes, quam pie, quamque honestè in medio pravae nationis conuerserent, quantoque studio, & desiderio quaramus regnum tuum, & iustitiam eius. Adiuuant laborantes, protegunt quiescentes, hortantur pugnantes, coronant vincentes, congaudent gaudentibus, de te, inquam, gaudentibus: compatiuntur patientibus, de te, inquam, patientibus. Grandis est eis cura de nobis, Magnus est affectus dilectionis eorum erga nos: & hoc totum propter honorem tuam inestimabilis dilectionis, qua dilexisti nos.* Hæc plenissime Augustinus. Atque hæc de custodia Angelorum in genere, quæ quanta, & qualis sit, & quam latè pateat, satis vnus Augustinus explicuit, Deo gratias agens de tanto, & tam singulari beneficio, ut in verbis proximè sequentibus apud eum videre licet.

Soliloquiorum, cap. 27.

Angelorum custodia qualis.

De peculiari cuiusque Angelo custode.

SED VNUS de peculiari custodia, & an vniciuique fideli vnus certus Angelus in custodiam detur, dispiciendum est. Certè in hoc Euangelio de paruulis dicitur: *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei.* Vbi certos esse horum paruulorum Angelos, quibus eorum cura demandata fuerat, satis clarè Christus insinuat. Alioqui enim non dixisset, *Angeli eorum*, sed *Angeli simpliciter.* Et certè *Angeli eorum*, id est, horum paruulorum, quos Christus ibi præsentem designauit, non possunt intelligi, nisi proprii, & peculiare ipsi

res ipsi. Non enim verè vocaretur Angelus Thomas, verbi gratia, qui ad Thomam non magis, quàm ad omnes pertineret. Quare D. Hieronymus ex his Christi verbis, vulgatarum Christianorum hac de re fidem his verbis apertissime expressit: *Magna (inquit) dignitas animarum, ut vnaqueque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatum.* Quod, & illo multò antiquior Origenes in hunc etiam locum tradidit: *Quidam (inquit) voluit ex eo dari hominibus Angelum adiutorè, ex quo per lauacrum regenerationis nati sunt infantes in Christo: Alij voluit nos, quum fuerit natus, eorum, qui præcogniti sunt à Deo accipere sibi præpositum Angelum.* Sed siue hoc, siue illo modo, dari vniciuique peculiarem Angelum non dubitat. Sed, & Christi argumentum in hoc Euangelio notandum est. Videte (inquit) ne contemnatissimum vnum ex istis pusillis. Et rationem subiungit. *Dico enim vobis, quia Angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei.* Idcirco ergo contemnendi nõ sunt, quia Angelos custodes habent, qui contemptores eorum obseruāt, & paruulorum gemitus apud Deum exponūt. Vnde Hilarius in hunc locum. *Periculosè ille contemnitur, cuius desideria, ac postulationes ad Deum aeternum ambitioso Angelorum simulari, ac ministerio peruehuntur.* Quasi diceret Christus: Non solum paruulos in me credentes (nam de talibus supra loquebatur) contemnit, sed, & Angelos eorum contemnit, atque etiam irritatis, & ad vos accusandos, gemitusque paruulorum ad Patrem meum deferendos prouocatis. Hoc totum dignitatem paruulorum in Christum credentium demonstrat, quæ in hoc consistit, quod peculiare in sui custodiam deputatos Angelos habeant. Porrò hanc peculiare custodiam, & alia Scripturæ docent. Quum enim Daniel Angelum Persarum (quem vocat *Principem regni Persarum*) & Angelum Græcorum (quem vocat *Principem Græcorum*) inducit, significat certos Angelos Regnis, ac Prouincijs, quasi Præfides destinari. Quod etiam Moyses in diuino suo cantico expressit. *Quando diuidebat Altitissimus gentes, quando numerabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel: pro quo Septuaginta interpretes habent: iuxta numerum Angelorum*

In com. ad Matth. 18.

Tract. 5, in Matth.

Matth. 18.

Can. 18, in Matth.

Daniel. 10, 13. & 20.

Deuter. 32.

Is com. ad
Dan. c. 10.

gelorum Dei. Et sic hæc Moysis verba Hieronymus, & Theodoretus ad hunc Danielis locum explicandum applicant. Qui etiam locus propter hoc D. Michaëlis festum breuiter tractari potest. Orante enim Daniele, vt populus Israëliticus ex Perfide in Iudæā reduceretur, Angelus captiuo populo præpositus, quum hanc eius orationem Deo sistere vellet, restitit ei Angelus Perfarum, qui Iudæos adhuc in Perfide subsistere optabat, propter multos Perfæ hac occasione ad veri Dei cognitionem perductos: & tam diu restitit, donec Michaël (qui erat tunc Princeps populi Iudaici in ipsa Iudæa constituti, vt modò est Ecclesiæ Christianorū) *venit in adiutorium eius*. Hic enim quum esset *vnus de Principibus primis*, vt Daniel loquitur, effecit ne Angelus Perfarum Angelo Danielis diutius resisteret. Nam Angelos sanctos aliis interdum sanctis resistere docet Gregorius. *In Angelis sanctis non est simpliciter contrarietas voluntatum, Nam eorum voluntas diuinam sequitur voluntatem. Sed quādo nesciunt futura, aliquando offerunt eorum, quibus præsumunt merita contraria. Et ita dicuntur alij alijs vicissim resistere. Sed intellecta diuina voluntate summa est inter illos concordia, & consensus.* Vt ergò tunc S. Michaël populi Iudaici liberationem promouebat, sic hodie Ecclesiæ causas apud Deum specialiter commendat. Et sicut Perfæ, & Græci suos habuerunt præsidēs Angelos, sic vnusquisque fidelis suum habet custodem Angelum. Quod adhuc Scriptura Apostolica luculenter ostendit. Nam cum Petrus è carcere eductus pulsasset fores domus, in qua congregati erant Fratres, quum suspicari non possent eum esse, dicebant: *Angelus eius est*, planè ex communi fidelium conceptione loquebantur, quia credebant vniciueque certum Angelum præsidem, & custodem dari. Ad hunc locum ridiculè respondet Caluinus. *Nihil obstat quominus vnum quemlibet ex Angelis intelligamus, cui Dominus tunc Petri curam mandasset, neque tamen propterea esset perpetuus eius cūstos.* Hæc ille. Sed quomodo quoælo hæc temporalis deputatio, quam fingit Caluinus, istis in domo illa congregatis fidelibus potuit innotescere, vt dicerent, *Angelus eius est?* Imò quomodo poterant

Act. 12.

Instit. lib. 1. c.
14. m. 7.

Caluini ridicula euasio.

verè dicere, *Angelus eius est*, qui non eius peculiaris esset, sed ad illud tunc tempus tantum Petro deputatus, vt Caluinus negatur? vel quare tunc magis ad Petri curam Angelus deputaretur, quàm per totam relictam vitam: quæ numquam periculis, numquam tentationibus caruit? Aut quomodo fideles illi in tam repentino casu, & aduentu Petri tam inexpectato, adeoque nec credito, Angelum Petri extraordinarium imaginarentur, qui se Petrum esse diceret? In casibus enim repentinis, & dubiis ea, quæ communiter fiunt, celeriter cogitamus, & imaginamur, vt turbari mens desinat: sed extraordinaria, aut rara nemo tunc cogitat. Cæterum luce clariùs est fideles illos ex communi conceptione, ex communi sententia locutos tunc fuisse, verèque cogitasse, quia Petrum, quem vinctum acerrimè sciebant, adesse non potuisse credebant, Angelum Petri fuisse, qui aliquid ad eos nunciij ex Petro, vel de Petro adferret: ex quo constat creditum tunc apud fideles communiter fuisse certum, & proprium vniciueque dari Angelum custodem. *At* (inquit Caluinus cauillator strenuus) *cui hoc non satisfaciet, omnes celestis militia ordines pro salute sua excubias agere, non video, quid proficere ex eo possit, si intelligat Angelum vnum peculiariter custodem sibi datum.* Atqui bone vir, non hic quæritur, quid nobis satisfaciat, sed quid Scriptura tradat, quid Ecclesia credat. Si nullos planè Angelos custodes haberent fideles, nihil haberent vnde contra Deum conquererentur, & satis illis esse deberet, quod Spiritum Sanctum omnes acceperunt, *qui effusus est in nos abundè*, per varia scilicet eius dona, & charismata. Sed Scripturarum veritati insistimus, quam improbi hæretici deprauare student. Sed, & illustrius est Dei beneficium, peculiare cuique fideli Angelos dari, quàm sub generali custodia omnes relinquere: Maioris dilectionis Dei argumentum hoc est. Maior quoque animarum dignitas. Addit adhuc Caluinus. *Qui ad vnum Angelum restringunt, quum de vnquoque nostrum curam Deus gerit, magnam sibi, & omnibus Ecclesiæ membris iniuriam faciunt, ac si de nihilo promissæ essent illæ auxiliare: copia, quibus vndiq; cunctis, & muniti au-*

Canillationes
Caluini resu-
tantur.

vbi supra.

niti animosius certemus. Egregia, scilicet, argumentatio. Est quædã generalis Angelorum custodia, ergo iniuriam facit, qui peculiarem statuit. Simile est hoc argumentum, Deus suo diuino Spiritu nos docet, consolatur, custodit corda, & corpora nostra: ergo iniuriam sibi, & aliis facit, qui Angelorum custodiam seu generalem seu peculiarem ponit, ac si de nihilo promissus fuisset Spiritus Sanctus, ac si de nihilo Christi gratia collata fuisset, ac si de nihilo fidẽ accepissemus, quibus vndique cincti, & muniti animosius certemus contra diabolum, mundum, & carnẽ. Sicut enim Angelorum custodia non excludit Spiritũ S. nec Christi gratiam, nec fidem, nec sacramenta, nec alia quæcumque salutis subsidia, ita nec peculiaris eorum custodia excludit generalem. Deinde qui singulis fidelibus singulos Angelos custodes dari dubitant, ipsis tamen prouinciis ac populis certos Angelos præsidis ac præpositos constituit, vt ex Daniele constat, non dubitant. Atqui hoc argumentum, & illos quæque excludit, si hilũ valeret. Sed hæc sunt ficulnea & blitea Caluini argumẽta, quibus orthodoxas veritates homo audacior quàm doctior impugnat. Manet ergo manifesta Sanctæ Scripturæ doctrina de custodia Angelorum tam generali quàm particulari.

Nunc ex Patribus pauca adhuc plura præferemus. De Angelis prouinciarum custodibus sic scribit Damascenus. *Angeli, inquit, prout à summo illo opifice destinati ac collocati sunt, certas quisque terra partes custodiunt, gentesque & regiones tuentur, ac res nostras gubernant, nobisque opem ferunt.* Hæc ille. De Angelis Hierosolymitani populi custodibus, scribit Iosephus paulo ante Romanorum aduentum, vocem eorum auditam fuisse, *Migrenus hinc.* cuius etiam Cornelius Tacitus in historia meminit. *Audita, inquit, maior humana vox excedere, Deos.* Gregorius Nazianzenus sedem, & Episcopatum Constantinopolitanum relinquitur, sic in oratione ad 150. Episcopos Constantinopoli congregatos loquitur. *Valete Angeli huius Ecclesiæ præsidis, meæque presentis, & peregrinationis.* Nec ille tantus Theologus ita sentiret, nec in tanto Episcoporum Senatu aliter quàm sentiendum fuit loquere

loqueretur, si doctrina ista de peculiari Angelorum custodia vel incerta fuisset vel vana. Illustre verò est quod de Virginis Eustochij Angelo custode refert Sanctus Hieronymus.

Prætextata nobilissima quondam fumina, iubente viro Hymetio, qui pater Eustachij Virginis fuit, habitum eius cultumque mitauit. & neglectum crimem mundano more percutit, vincere cupiens, & virginis propositum, & matris desiderium. Et ecce sibi eadem nocte cernit in somnis venisse ad se Angelum (virginis custodem) terribili voce minitantem penas, & hæc verba frangentem. Tu ne ausu es viri imperium præferre Christo? Tu caput Virginis Dei tuis sacrilegis atrectare manibus, quæ iam nunc arescent, vt sentias excruciatam quid feceris? Sinito mense quinto ad inferna duceris? Sin autem perseveraueris in scelere, & marito simul orbaberis, & filiis. Omnia per ordinem expleta sunt, & seram misere penitentiam velox signavit interitus. Hæc Hieronymus. Sed, & huc pertinet quod de 40. martyribus narrat Basilus. *Custos dum hos obseruaret, (martyres videlicet, in stagno frigidissimo positos brumali nocte) quosdam à celo descendentes Angelos, ac coronas singulis martyribus vno excepto distribuentes aspexit.* Isti enim descendentes cum coronis Angeli, quò numero martyrum responderint, proprii, & peculiare cuiusque meritò videri possunt. Certè Iudæi in sua cabala omnium veterum Patriarcharum peculiare Angelos etiam nominatim recensent, vt videre licet apud Reuclinum. Posita igitur hæc Angelorum custodia tam generali quàm particulari, tanta, tam ampla, tam aliquid (vt eam Augustinus supra descripsit) necessario & perse sequitur, veneratio, & cultus quo Ecclesiæ eos hodie profecquitur. Rationes nempe eadem quæ Sanctorum cultum, & venerationem statuunt (quas * infra explicabimus) Angelorum quoque honorem, & venerationẽ confirmant. Sed, & ipse Caluinus honorẽ illis deberi non potuit dissiteri. Neque enim æquũ est (inquit) sine honore præteriri ea instrumenta, quibus Numinis sui presentiam specialiter Deus exhibet. Quæ etiam ob id non semel diu in Scripturis nuncupantur, quod in suo ministerio velut in speculo, diuinitatem aliqua ex parte nobis representant. Hæc ille de Angelis. Neque verò

In Epist. ad Latam.

In homilia de 40. marty.

Reuclinus lib. 1. patris Cabalist. ex Commen. circa librum Iethz. tra.

* In festo omnium Sanctorum.

In 1. lib. 1. cap. 24. n. 3.

Philipp. 4.

De orb. fide li. 2. c. 3.

De bello Iudaico li. 7. c. 12.

In orat. ad 150. Episcopos.

In lib. de vetera relig. c. 55

dum S. Michaëlis aut Angelorum festa celebramus, vel ipsis templa erigimus, id facimus in sensu Augustini, qui hoc Christianos facere negat, id est, non illis sacrificamus in téplis, nec diuinum illis honorē exhibemus: sed, vt Dei amicos colimus, eo honore & cultu qui Sanctis exhibetur, vt suo loco dicitur. Quæ D. Michaëlis templa vel altaria vocantur. idcirco ita vocantur quia ipsi Deo in illis sacrificatur ad memoriam, & honorem S. Michaëlis. non alio sensu.

IN FESTO SIMONIS

ET IVDÆ.

Ioan. 15. Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum quoque seruabunt.



DOCVS illustris duo saluberrima doctrinæ capita contra hæreticos explicandi. Vnum est de præceptis Ecclesiæ seruandis. Alterum de causa grassantium hæresum, siue de causa desertæ Ecclesiæ Catholicæ. Quod ad prius attinet, docet apertè Christus sermonem Apostolorum seruandum esse, & quidem non secus quam sermonē suum. Si, inquit, sermonem meum seruauerunt, & vestrum quoque seruabunt. Si mihi obediunt, & vobis obediunt. Si mea præcepta custodiunt, & vestra custodiēt. Planè Christus tamquam seipsum audiri suos vult. Qui vos audit, me audit, Qui vos spernit, me spernit, Quæ verba quantum valeant, alibi exposuimus. Certè Apostoli hanc sibi datam potestatem agnouerunt. scitis (inquit Paulus) quæ præcepta dederim vobis. Sic de ratione, & ordine prophetandi multa præcepta dedit. Rursum ordinat ne vel neophytus vel bigamus ordinetur in Episcopum. Apostoli in Concilio Hierosolymitano statuerunt decretum de abstinendo ab immolatis, & suffocato, & sanguine, & hoc præceptum mandates, Vtrum est (inquiunt) nobis nihil ultra oneris vobis imponere. Imponitur ergo, vt onus quiddem ratione præcepti, sed vt onus leue ratione caritatis, quæ omnia suffert, & obedire parata est. Sed, & potestea Paulus ac Silas perambulabant Syriam, & Ciliciam confirmantes

De præceptis Ecclesiæ.

Luc. 10.

I. Cor. 14.

I. Tim. 3.

Act. 15. I. Cor. 13. Act. 15. & 16.

firmantes Ecclesiis, præcipientes custodire præcepta Apostolorum & seniorum. Denique ne solis Apostolis hæc potestas data fuisset videretur, sic Paulus ad Titum scribit: Reliqui te Crete, vt ea que desunt corrigas, & superordinates. Hoc enim vox Græcæ sonat, *ἐπιτοπίους*, hoc est, pro noua rerum exigentia noua præcepta superaddas. Sed & de toto hoc genere sic ad Hebræos suos scribit. Obedite præpositis vestris, & subiaccete illis. Sanctissimè igitur Concilium Tridètinum anathema illis dicit, qui aiunt hominem iustificatum per Christum ad obseruationem mandatorum Dei, & Ecclesiæ non teneri. Et profectò quum Ecclesiæ potestatem regendi, & pacendi à Christo acceperit (quod ipsi hæretici non negant) legum quoque ferendarum, & præcepta morum cõstituenti potestatem negare non possunt. Ad regimen enim & curam animarum multa quoad mores pro tempore pro loco pro personarum qualitate constituenda sunt. Vnde, & Paulus quum dixisset, Obedite præpositis vestris, & subiaccete illis, hanc rationem subiicit. Ipsi enim permigilant quasi rationem pro animabus vestris reddaturi. Hoc est, ipsorum est animas vestras curare, ideòque bona, & salutaria præcepta dare, vel quibus vitia reprimantur, vel quibus virtutes promoueantur, vel denique quibus Dei cultus augeatur. Obedite igitur, vt cum gaudio hoc faciant, non gementes: id est, ne vel murmure vel inobedientia, & duritia vestra turbati gementes ac tristes hoc officium exerceant, sed potius gaudeant, & exultent in Domino videntes profectum vestrum, ordinem vestrum, & firmamentum fidei vestræ: de quibus ad suos Colossenses se gaudere Paulus scripsit. Hoc enim non expedit vobis. Graue enim scelus est non obedire Deo, & iis quos Deus mittit, sicuti de inobedientia Saulis erga suum (quod ex Deo acceperat) mandatum Samuel propheta dixit. Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Deo enim repugnat, qui Ecclesiæ præcepto obedire recusat. Si enim sermonem meum seruauerunt (ait hic Christus) & vestrum quoque seruabunt. Qui Christi præcepta seruat, seruabit & Ecclesiæ, per quæ Christus loquitur, cui Christus omnem potestatem quam à Patre accepit tradidit, vt * aliis in locis huius

Tit. 1.

Hebr. 13.

sess. 6. can. 20.

* Dominic. Trin. In die Ascensionis. In die s. Marti.

Promptuarium

Promptuarij ostendimus. Docent autem Scripturæ, & rationes allatæ, Ecclesiam præcepta dare posse, non solum determinando vel exponendo ius diuinum, aut naturæ, sed etiam ea ferendo quæ ad ædificationem præsentem facere iudicat, siue ea in diuini iuris præscripto contineantur, siue non: qualia certè erant quæ de Apostolis & Paulo iam commemorauimus. Quod autem hæretici hodie aiunt, nos Catholicos tribuere potestatem Ecclesiæ ferendi leges etiam contra Scripturam, & contra Dei mandata (quod erat Pharisæorum graue crimen) docere quoque plus obedientiæ præstandum esse mandatis Ecclesiæ quàm Dei, item per hanc doctrinam infinitam licentiam dari Ecclesiæ quidvis statuendi sine verbo Dei, denique asserere nos plura, & præstantiora esse quæ mandatis Ecclesiæ continentur, quàm quæ in verbo Dei habentur: ac prostremò de Ecclesiæ præceptis nulla ratione disceptandum esse, aut considerandum an sint verbo Dei consentanea (etsi hoc vltimum fateamur non esse cuiusque, vt * alibi docuimus) sunt quinque hæreticorum luculenta mendacia, & putidæ calumniæ in hac materia cauendæ, & de quibus moneri populus hoc loco potest, nihil huiusmodi Ecclesiam Catholicam de suorū Episcoporum vel Conciliorum præceptis docere. Sed quia Ecclesiæ legibus obedire, videtur hæreticis libertati Euangelicæ repugnare, hinc quoque scrupum eximemus. Lex & mandatum obligat conscientiam subditi duobus modis. Vno modo per viam coactionis, & terroris, & hæc est obligatio seruilis, qualis in veteri lege fuit, qualis inter principes seculares & subditos, inter Dominum & seruum, inter pædagogum, & paruulum est. Hoc sensu omnis lex onus graue, & iugum durū est, vel ex parte rei quatenus, quæ præcipiuntur magis exercent obedientiam quàm vtilitatem adferunt: vt veteris legis ceremoniæ: vel ex parte carnalis affectus subditi, qui inuitus omnia facit, aut certè ex timore pœnæ, vt omnes faciunt qui ad vetus testamentum pertinent: id est, qui seruili adhuc timore premuntur, nec gratiam noui testamenti propriam, amorem, & caritatem Dei rerumque diuinarum

Caullationes hæreticorum resulantur.

* In die Ascensionis Dominice.

Præcepti Ecclesiastici obligatio libertati Euangelicæ non re pugnat.

narum perceperunt. Alio modo lex obligat per viam liberæ subiectionis aut obedientiæ liberalis, & hæc est obligatio filialis qualem filius Patri exhibet. Talis est obligatio legum Ecclesiasticarum: tam ex parte rerū, quæ etsi multæ ac variæ sunt, tamen non nisi pro commodo, & salutis subditorum feruntur: quàm ex parte spiritualis affectus subditorum, qui ex dono Spiritus S. & affectu dilectionis sic Ecclesiæ legibus obediunt, vt ipsius Dei præcepta maximè ardua feruent, & (vt ait Dauid) *vias duras custodiunt. Quælia sunt, diligere inimicos, orare pro persequentiibus, nõ afflicte mulierè ad concupiscendum, non irasci fratri, carnem crucifigere cum concupiscentiis, omnibus pro Christo renũciare*. i. paratum semper esse id potius facere, & pati quàm in Deum mortaliter peccare, ac denique, *sic hoc vti mundo quasi non vtamur: quæ omnia sunt nouæ legis præcepta, & Christi mandata*. Talem obligationem adferunt Ecclesiæ præcepta, & pertinet, *ad onus Christi leue, & iugum suauis*, propter donum caritatis, *quæ diffusa est in coratibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis: quæ vtique caritas facit, vt mandata eius non sint grauias*. Denique prioris generis obligatio est sub lege, posterioris sub gratia: quæ liberè seruit iustitiæ, & iuxta quam, *serui sumus obedientiis ad institutam*, vt Apostolus loquitur. Sic igitur præcepta Ecclesiæ non iniungunt laqueum conscientiis: sic non faciunt, vt simus sub lege: sic per illa præpositi Ecclesiarū non dominantur fidei nostræ, quia nec seruili ter obligant, nec subiectionem faciunt seruilem. His adde quod leges Ecclesiasticæ non obligant ex sola voluntate legislatoris, vt diuine, sed ex earum vtilitate, & ratione: quando videlicet, *nihil faciunt contra se dem, & bonos mores*, ait Augustinus.

Loc v s alius idemque valde insignis, & perutilis docendi populum, fidem in his Christi verbis, veram notari causam omnis schismatis, & prævalentis hæreticæ prauitatis. *S. inquit, sermone meum seruauerunt, & vestrum seruabunt*. Si mihi obedientes mea mandata seruant, & vestrum sermonem, id est, Ecclesiæ doctrinam non despicient. Apostolos enim, & in illis omnes Ecclesiæ præpositos Apostolorum successores Christi

Matth. 6.

Galat. 5.

Luc. 14.

1. Cor. 7.

Matth. 11.

Rom. 5.

Rom. 6.

1. Cor. 7.

Rom. 6.

2. Cor. 1.

Epist. 118.

Impietas vitæ causa hæreticæ.

Christus alloquitur. Dicit ergo, si meum sermonem seruatis, si pie & iuste uiuat, ab Ecclesia unitate non recedant. Sola enim uita impietas facit aberrare a fide, facit in haereses procliuem, facit schismatis focium. Multae Scripturae hoc docent. Paulus de quibusdam ait. *Non habentes conscientiam naufragauerunt a fide.* Christus de sua doctrina dicit. *Si quis uoluerit uoluntatem Patris mei facere, cognoscat de doctrina utrum ex Deo sit.* Ut ergo orthodoxam fidem teneas, & cognoscas, facienda uoluntas Dei, seruanda praecipua, pie, iuste, & sobriè uiuendum. Ne a fide semel accepta naufragium facias, seruanda conscientiae rectitudo. Idem rursus Paulus docuit, quum diceret. *Oportet haereses esse, ut qui probati sunt in uobis manifesti fiant:* id est, ut qui boni ac iusti sunt, pro talibus innocentiant, adherendo auitae fidei, & nouitates haereticas fugiedo. Hoc & D. Ioannes dicere uoluit scribens, *Non erant ex nobis: Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum,* id est: Si uia & electa membra essent, habentes signaculum hoc, recedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini: *Si habitante Christo in cordibus eorum per fidem, in caritate radicati, & fundati fuissent:* permansissent in Ecclesia, permansissent cum Apostolis, & eorum successoribus, non exiissent ab illis, sed sermonem eorum seruassent. Inuocare nomen Domini, id est, rectam fidem tenere, sine qua inuocatio nulla est, non potest, nisi qui recedit ab iniquitate. Hac de causa Christus Dominus, postquam de cauendis pseudoprophetais docuisset, subiungit hanc parabolam. *Qui audit uerba Dei, & non facit, hic aedificat domum suam* (id est, fidem suam) *super arenam:* id est, super lubrica, & caduca huius mundi, confirmans se huic seculo nequam, & uiuens ex prudentia carnis, quae legi Dei subiecta non est. Et omnis huiusmodi, quum descendit pluuia, & flauerunt ueni, quum tentat pseudopropheta, & nouae doctrinae uentus spirat, cecidit domus eius, & facta est ruina eius magna: id est, ab ipsa fide, & professione Catholica excidit. Hoc idem docuit in veteri populo per Moysen Deus. *Si surrexerit, inquit, in medio tui propheta, & dixerit tibi, eamus, & sequamur Deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis:* (Hoc autem dicunt illi omnes, qui ad

nouos seducto res audiendos, & ad noua dogmata quae ignorauimus amplectenda, Catholicos inuitant) *Non audies uerba illius: quia tentat uos Dominus, ut palam fiat utrum diligatis eum ex toto corde uestro, an non.* Quum ergo doctrina haeretica aut error in religione, nihil sit aliud quam tentatio a Deo permittente immissa, tentatio inquam dilectionis nostrae erga eum, manifestum fit eos solos a tentatione hac uinci, eos solos in haesim incidere, & erroribus decipi, qui non diligunt Deum ex toto corde: hoc est, illi Ecclesiae sermones non seruant, qui Christi sermones non seruaerunt. Sic nimirum facit haeresis, ut qui probati sunt, qui ex toto corde Deum diligunt, manifesti fiant, ut ex Paulo modo audiimus. Rursum hac de causa, Saluator in Euangelio quum de futuris haesibus dixisset, *Multi Pseudoprophetae surgent, & seducent multos, formidandam illam prophetiam* (ut loquitur S. Basilius) adiecit, tamquam praecedentis seductionis causam. *Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet caritas multorum.* Seducentur multi, quia refrigescet caritas multorum. Si non nisi paucorum refrigesceret caritas, non nisi pauci seducentur. Seductio igitur ipsa, & quod haereses praeualeant (nam ex alia causa non surgunt Pseudoprophetae, neque semper quoties surgunt, ad eum multum praeualent) fit propter peccata hominum. Quare rursus Apostolus uerbis clarissimis docet, qui demum homines ueritati resisterent, errores amplecterentur, & ab haereticis seducentur. *In nouissimis, inquit, diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipso amantes, cupidi, elati superbi, blasphemii, parentibus non obediens, ingrati, scelesti, sine affectione, sine paco, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, caci, uoluptatum magis amatores quam Dei, habentes speciem quidem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes: & hos deuota.* Haec Apostolus satis clare ostendens, quales homines futuri essent, quibus uitiis, & sceleribus contaminati, qui resisterent ueritati. Tales quippe sunt, qui Catholicam ueritatem deserunt, & deserendo magis tales fiunt: proficientes in peius, ut de huiusmodi Apostolus dicit. Vnde statim subiungit, *Ex his enim sunt,*

1. Trinit. 1.
rom. 7.

1. Cor. 11.

1. Ioan. 2.

2. Timoth. 2.
Ephes. 3.

Matth. 7.

Deut. 13.

Math. 24,
Epist. 77.

2. Tim. 3.

sunt qui penetrant domos (vbi docet ipsos hæresum magistros esse semper homines vitæ deploratæ) & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur raris desideriis. Vbi docet quales ab hæreticis capiuntur: moxque de ipsis magistris errorum, qui penetrant domos, & venena sua occultè spargunt, subiungit. *semper discenes, & numquam ad scientiam veritatis pervenientes. Quemadmodum autem Ioannes & Mambres resistunt Moysi, ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem.* Hæc est Apostolica descriptio, tam eorum qui falsas doctrinas spargunt, quam eorum qui falsis doctrinis aurem præbent, verbis huius Evangelij planè conformis. *si sermonem meum servauerunt, & vestrum quoque servabunt. Quia Christi mandata nõ servant, nec Ecclesiæ vel doctrinã servabunt.* Vnde in hoc Evangelio Christus præmisit. *si me persecuti fuerint, & vos persequentur.* Non solum enim tyranni Christum persequuntur fidè oppugnando, sed etiam omnes mali Christiani Christum persequuntur mandata transgrediendo. Tales enim iterum Christum sibi crucifigunt & ostentui habent: sanguinem testamenti pollutum ducunt, in quo sanctificati sunt, & spiritui gratiæ cõtumeliam faciunt. vt Paulus nos docuit: Qui ergo prius Christum malè viuendo persequuntur, non mirum si Ecclesiam, eius fidem abiiciendo persequantur. Facile corpus negligit, qui caput contempserit. Individo quodam nexu caput & corpus, Christus & Ecclesia coniunguntur. Necessario igitur qui vnum persequitur, alterum persequetur: Qui vnius sermones servat, & alterius servabit. Hoc nos voluit Christus in hoc Evangelio docere.

SEÐ quod hætenus ex Scripturis demonstratum dedimus, nunc ex Patribus ostendemus, ac postea exemplis illustrabimus. Videtur enim mihi hæc doctrina maximè cogniti necessaria, & populo diligenter inculcanda. Diuus Basilius quærens ex proposito causam tantæ suo tempore circa fidem diffusionis, tot grassantium hæresum; Arianorum, Macedonianorum, Eunomianorum, & huiusmodi, sic scribit: *Cum in hac animi iactatione diu fluctuaverem, causamq; harum*

harum hodie diffusionum cupidè, & anxie peruestigarem, venit mihi in mentem illud libri Iudicum. *Vnusquisque quod sibi rectum videbatur, illud faciebat: simulque etiam causa cur id ita fieret declaratur his verbis paulo superius positis. In diebus illis non erat Rex in Israel. Horum igitur cum mihi in mentem venisset, illud etiam de rerum statu in quo nunc sumus, capi cogitare, quod ex aspersione rerum omnium prepotentis regis, & Dei, magna hodie in Ecclesia diffusio pugnaque esset excitata: quod scilicet, relicta unusquisque Christi doctrina, rationes ac regulas quasdam propria sibi auctoritate asserat, mali que contra Domini præcepta ipse imperare, quam illi parere. Et paulo post. His adductus argumentis constare iudicabam, mutuanam inter nos ipsos multorum assensionum inde originem deducere, quod nosmetipsos indignos reddiderimus qui a Domino regeremur. Hæc ille, docens hæreses, & diffusiones in Ecclesia ex contemptu mandatorum Dei ortu accepisse. Quod eodem ferè tempore paulò expressius, & luculentius docuit Chrylostomus his verbis. *si opera iustitiæ facimus, & à nullo errore decipimur, & ipsi omnem aduertimus errorem. Nam ipsa res facit errare, quæ facit alterius errorem non cognoscere. Nam qui non cognoscit mendacium alterius, suam non intelligit veritatem. Ergo quamdiu bona opera facimus, ipsum lumen iustitiæ ante oculos nostros adaperit veritatem. Sic, & peccata peccantium sensus tenebrescere faciunt, vt non videntes mendacium cadant in illud. Nam, & ab initio non error Diabolicus fecit homines malos, sed homines mali Diabolicum sibi fecerunt errorem. Prius enim peccatis plurimus excacatur homo, & sic Diaboli seductione seducitur, & cadit in mortem. Quemadmodum enim sole manente non pravalet nox, sic quamdiu lumen iustitiæ in homine fuerit, tenebra erroris eum non apprehendit. Hæc ille. Qui vult igitur ab hæresi, & errore se immunem custodire, vitam piè ac sanctè instituat. Sic enim, & lucem animi obtinebit, qua errores perspiciet, & gratia Dei non carebit, qua perspicitos fugiat. Pariter non alios quam impios, & deploratæ vitæ homines ab hæreticis seduci his verbis grauitè scripsit Augustinus. *Ex his hominibus heretici sunt, qui si in Ecclesia permansissent, nihilominus errarent: id est, per sceleratam vitam perirent. Quod idem clarissimus Doctor alio in loco luculentius expressit, tra-***

Homil. 19. operis imper-
fecti in 22. at-
thau.

De vera relig. c. 8.

Ioan. 15.

Heb. 6 & 10

In tracta. de iudicio Dei seu pœnit. in libros Moral.

Etas illa Psalmi verba, *Pluit super peccatores laqueos.* Per nubes, inquit, generaliter propheta, intelliguntur siue boni, siue mali, qui etiam pseudopropheta nominantur, qui sic ordinantur à Domino Deo pseudopropheta, ut de his laqueos super peccatores pluat. Non enim quisquam in eos sectandos incidit, nisi peccator: siue ad preparationem extremi supplicij, si perseuerare in peccado maluerit, siue ad dissuadendam superbiam, si aliquando Deum cura sincere quaeserit. Nec propheta tantum, sed omnes verbo Dei animas irrigantes, nubes dici possunt: qui quum male intelliguntur, pluit Deus super peccatores laqueos. Cum autem bene intelliguntur fecundat pectora piorum atque fidelium. Sicut exempli gratia quod scriptum est, *Eterunt duo in carne vna. si ad libidinem quisque interpretetur, pluit laqueum super peccatores. sin autem intelligas sicut ille qui ait, Ego autem dico, in Christo, & in Ecclesia, imbrem pluit super fertilem terram.* Eadē autem nube, idest, diuina scriptura, vtrumque factum est. Item Dominus dicit. *Non quod intrat in os vestrum vos coinquinat, sed quod exit ab ore. Audit hoc peccator, & gulam parat voracitati.* (Quod certe nostri temporis hæretici omnino fecerunt, qui hoc loco contra ieiunij, & abstinentiæ virtutem atque præceptum turpiter abutuntur) *Audit hoc & iustus, & à ciborum discernendorum superstitione munitur.* (Ea scilicet superstitione quæ discernit inter cibos immundos, & mundos, qua laborabant Manichæi.) *Et huic igitur eadē scripturarum nube pro suo cuiusque merito peccatori pluuia laqueorum, & iusto pluuia vbertatis insula est.* Hæc hæctenus Augustinus, iuxta illud Apostoli, *Quibusdam sumus odor vite in vitam, quibusdam odor mortis in mortem.* In quam etiam sententiam eleganter, & verissimè Cyprianus. *Nemo, inquit, estimet bonos posse de Ecclesia recedere. Triticum non rapit ventus, nec arborem solida radice fundatam procella subuertit. Inanes palea tempestate iactantur, inualide arbores turbinis incurusione evertuntur.* Hæc ille conformiter Scripturis allegatis, & illis maximè Christi verbis. *Qui audit verba Dei, & facit ea, assimilatur ei qui edificat supra petram:* Hoc est, bonus Christianus, ita Christo capiti adhæret, vt nulla tentatione ab eius corpore, quod est Ecclesia, auelli queat.

queat. Atque hæc ex Patribus. Exemplorum non est numerus. Iam in alio Euangelio ostendimus, omnes ferè hæreticos fuisse prius malos arbores, & pessimæ voluntatis homines, antequam malos fructus falsæ doctrinæ protulissent. Arianorum grassaturas hæreses præuidit S. Antonius Magnus ille eremita, bienio antè: *Quum videret calcitrantium mularum feritatem, Altaria calcibus demolientium, & in Ecclesia sacra omnia proculcantium, vt in eius vita grauissimum, & indubitatum auctor Athanasius scribit.* Hæc enim Arianorum impietas fuit, de qua tum in vulgo, tum Christianorum, tum in ipsis Ecclesiarum Episcopis abundante, multum conqueritur Athanasius in dicta S. Antonij vita, & in Epistola ad solitariam vitam agentes, & non longè post, Gregorius Nazianzenus in suo Apologetico. *Quum Ariana hæresis rotam Africam per Vandalos perderet, tanta fuit populi Africani, & tam deplorata impietas, tot scelera, tot flagitia dominabantur, vt quamuis illa Vandalorum rabies fuerit longè truculentissima, tamen teste Saluiano Episcopo Massiliensi, minora passi fuerint, quam commeriti. Nostri temporis hæresiarchæ omnes flagitiosi, & perditissimæ vitæ homines erāt.* Martinus Lutherus, Bucerus, Petrus Martyr, Oecolampadius, monachi apostatæ erant, & incestis nuptiis sese contaminauerunt. Ioan. Caluinus in sua ciuitate Nouioduni, peculatus. & Sodomie conuictus indulgentia Episcopi dimissus est, vt postea hæresiarcha fieret. Theodorus Beza beneficiis suis diuersis hominibus bis diuenditis ex agro Parisiensis Genereæ profugit Caluino successurus. *Quales prætereā in Germania, in Gallia, in Anglia, harum hæresum magistri, & scætores fuerint, vnusquisque hoc loco Concionator, prout suæ gentis certam, & exploratam notitiam habebit, commemorare poterit*

Dominic. 7. post Pentecosten, ad illa verba: Ex fructibus eorum, cognoscetis eos.

De providentia. l. 7. & 8.

An vita Caluini per Sol.

* * *

Enar. in Psal. 10.

2. Cor. 2.

In li. de unit. Ecclesia.

Math. 7.

K. 2. IN

IN FESTO OM-
nium Sanctorum.

*Gaudete, & exultate, quia merces vestra
copiosa est in cælo.*

Matth 5.

De veneracione, & inuocatione Sanctorum.



N O C V S proprius, & illustris explicandi populo vera fundamenta totius cultus, venerationis. & inuocationis Sanctorum, quam Christus his verbis ex parte insinuauit, docens martyribus suis (quos maximè celebrat Ecclesia non mercedē tantū, vt omnibus iustis, sed mercedem copiosam in cælo esse repositam. Huius enim copiosa mercedis in cælo, pars est accidentalis ista gloria, quæ militantis Ecclesiæ officiis illis impenditur. De qua Sanctorum gloria illorum meritis debita, de quæ toto cultu, & honore illis ab Ecclesia Catholica exhibito, vt breui compendio populum fidelem contra modernas hæreticorum insanias Concionator Catholicus instruere valeat, & solidè docere, tria hoc ordine puncta proponemus. vt vel illa omnia, si tempus ferat, ac dicentis dexteritas præstare id valeat, vel saltem eorum aliquod, vel aliqua pro concione tractet. Quamquam, & in quocumq; Sanctorum festo, quæ hic generaliter de honore Sanctorum producuntur, locum habere poterunt. Primum Sanctos in cælo regnantes esse à nobis in terris colendos, & venerandos. Secundò eorum festa religiosè à Christianis celebrari. Tertio piè, ac sanctè illos à fidelibus inuocari. Possè autem Sanctos in cælo beatos sua intercessione, atque etiam meritis inuare, in explicatione causarum, propter quas eorum festa celebramus, dicetur. Nam ipsos iustos, ac Sanctos sibi ipsis pro merito bonorum operum, & vitam æternam, & gloriosas in cælo mansiones promereri, iam in * aliis Euangeliis est ex Scripturis, & Patribus perspicuè demonstratum.

* Dominice Septuagesimæ. Dom. 8. post Pentec. in festo ss. Phil. & Iacobi, & in die S. Iacobi.

Sanctos

Sanctos esse honorandos cultu speciali.

S ANCTOS in cælo cum Christo regnantes (quod vix vllus hodie hæreticus disertè negauerit) singulari quodam honore, & veneratione profsequendos Scriptura docet: quia iustos hac vita defunctos magno à nobis in honore habendos perspicuè affirmat. Sic Dauid: *Nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum.* Et iterum. *Laudate Dominum in sanctis eius: Et rursum. In memoria aeterna erit iustus.* Sic Salomon eius filius. *Memoria iusti erit in benedictione. Quem sequitur Ecclesiasticus in particulari rem tractat. Laudemus (inquit) viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Et paulò post. Dilectus Deo, & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est similem illum fecit in gloria sanctorum. Mox quæ de iudicibus populi. Et iudices singuli suo nomine, quorum non est corruptum cor, qui non auersi sunt à Domino, vt sit memoria illorum in benedictione. Hæc ibi, & alia multa, quibus veteres Sancti prolixè celebrantur. Quæ imitatus S. Stephanus veterum Sanctorum quasi cathalogum texit, iam iam nobile pro Christo martyrium suscepturus. Sed, & D. Paulus verum Panegyricum veterum Sanctorum instituit. Et, vt in cælis quoque Sanctos noui testamenti honorari sciamus, Angeli in Apocalypsi Sanctos Martyres multis verbis celebrant. *Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas in sanguine agni: Idè sunt ante thronum Dei, &c. Rursum: Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coniugati. Virgines erunt sent. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus, p'stante Deo. & Agno, & in ore eorum non est inuentum mendacium. Et iterum. Vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium daturum est illis, & animas decollatorum propter testimonium Domini Iesu. Hic celebrantur, hæc honorantur Martyres, Confessores, & Virgines, iuxta genera Sanctorum, quos Ecclesia militans ad similitudinem triumphantis concelebrat. Iam verò Christus ipse Ioannè Baptistam pro veritate decollatum miris laudibus celebrat toto audiente populo. De quibus eius laudibus in alio Euangelio diximus. Sed, & pium Magdalenz factum,**

Psal. 139. 150. & 112.

Prout. 10.

Eccles. ca. 44. 45. & 46.

Act. 7.

Hebr. II. in sanctis locis.

Apoc. 7. & 14. & 20.

Matth. II.

quo caput eius pretioso vnxit vnguento, perpetuo celebrandam affirmat. *Amen dico vobis, vbi cumque predicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriâ eius.* Notanter, & signanter affirmat illustre hoc pietatis factum perpetuo, & vbi que narrandum, in memoriâ eius, id est, in laudem, & honorem eius. Certè in cœlis quantus Sanctorum honor futurus esset, Christus multis verbis expressit. *Vbi (inquit) ego sum, ibi erit, & minister meus. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus.* Rursum. *Qui constabitur me coram hominibus (id est, meum nomen prædicabit) & ego constabor eum coram Patre meo: id est, ego eum gloriosè prædicabo, & collaudabo coram Deo, & vt addit Lucas eadem verba referens, coram Angelis Dei.* Vt iste honor toto cœlo celeberrimus futurus intelligatur. Denique ait de se ipso. *Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciat illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Multis verbis amplificari tam varius hic honor poterit. Sed ad hæreticos quod attinet, quis non videt summam esse impietatem eos non honorare, quos ita Scriptura docet honorandos, quos Angeli, quos Christus, quos Deus Pater honorificat? Sed, & summa stultitia foret existimare hunc honorem ciuilem, aur humanum esse tantum, qualis in terris peccatoribus defertur, aut impenditur. Honor igitur Sanctis debitus, vt melius intelligatur, & ab hæreticorū calumniis certius defendatur, hanc explicationem subiicimus. Vt cultus omnis ac veneratio, vel legitima, vel superstiosa iudicetur, considerari debet, vel actus externus in se, vel intentio agētis, vel obiectū ipsum quod colitur. Si enim actus externi, qui adhibentur vni Deo, adhibētur, quales sunt, sacrificare, templa, altaria, sacerdotes consecrare, vota, & preces offerre, oblationes, primitias, & decimas instituire, (hæc enim omnia quando per se, & proprie, & directè exhibentur, religionis actus sunt, & supremi dominij protestationes) & recta intentio, adit verum Deum colendi, latria est, legitimus cultus, atque supremus. Si actus adhibentur, non quidem vni Deo debiti, tamen affines, & qui per participationem creaturæ conueniunt

niunt, vt adoratio corporea (qualem in Scriptura nõ solum Angelis, quod Abraham, & Lot fecerunt, adorantes proni in terram, sed etiam honoratis personis exhibitum legimus: Iacob enim adorauit fratrem Esau proni in terram septies: Ioseph adoratur à fratribus suis proni in terram: David adorauit Ionatham pronus in terram tertio. (vel inuocatio per preces, & vota) quod inter homines Deo caros fieri illa verba Patriarchæ Iacob manifestè docent: *Inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque Patrum meorum Abraham, & Isaac* (non tamen cum illa intentione, vt supremam excellentiam simpliciter talem adoret) quo nefario sensu Aman à Mardochæo adorari voluit: *Videns (inquit Mardochæus) superbiam eius timui, ne honorem Dei mei transferrem ad hominem: alioqui libèter pro salute Israel, etiam vestigia pedum eius deoscularer)* nec sic inuocet tanquam per ipsum, quem inuocat implenda, sed solum impetranda, erit cultus legitimus, sed diuino inferior: & vel ciuilibus aliquis cultus, quem obseruantiam dicimus, vel maior aliqua submissio, quæ seruitus, vel dulia vocatur. Est autem dulia propriè dicta qua seruus dominum colit, cique reuerentiam exhibet. Sed est dulia communiter dicta qua exhibetur reuerentia cuiuscumque homini ratione cuiuscumque excellentiæ, vel naturalis scilicet, vel etiam supernaturalis, vt in Sanctis. At vero, si vel actus aliqui religionis proprii, & vni Deo debiti in creatura aliqua colenda quantumlibet excellenti exercentur, vel alij etiam inferiores actus cum intentione, tamen diuini cultus supradicta adhibeantur, idololatria est: illa quidem ex parte actuum exteriorum, hæc ex parte obiecti: & si praua infidelitatis intentio, vel expressa adit, vel antecedens, tam interna, quàm externa idololatria est: si tantum tacita, & implicata adest intentio, solum exterior est idololatria. Quod si verò, nec tacita, nec expressa adit intentio creaturam, vt Deum colendi, est actus latriæ exteriores adhibeantur, potest aliud peccatum esse, sed idololatria non erit. Ex his ergo diiudicandum erit, an cultus, & veneratio Sanctorum, qualis in Ecclesia Catholica exercetur, legitimus sit cultus, an superstiti

Gen. 18. 19.

Gen. 33. & 43.

1. Reg. 20.

Gen. 48.

Esther. 13.

Joan. 12.

Matth. 10.

Zuc. 12.

Ibidem.

Doctrina cultus legitimi.

Cultus Sanctorum in Ecclesia ab omni superstitione liber.

perstitiosus aliquis. Manifestum est autem quod nullos actus diuini cultus exteriores in Sanctorum cultu impendimus. Non enim illis sacrificamus, nec altaria aut templa aut sacerdotia illis sed Deo ad memoriam eorum instituimus: nec illos, ut Deos inuocamus, sed ut intercessores. Manifestum est ex parte intentionis quod nullam diuinam existimationem illis conciliamus eos venerando, quia tota, & summa eorum veneratio, tam ex parte Ecclesie, cuius intentionem sequuntur fideles, quam ex parte singulorum fidelium, hunc scopum habet, ut pro nobis intercedant: id est, quod non sunt dii, sed amici Dei, nec ad largiendum, sed ad impetrandum potentes. Aliam intentionem si heretici obiciunt, voluntarie calumniantur, & Dei partes blasphemè sibi arrogant, scrutantes corda, & renes. Manifestum est quod ex parte obiecti non peccatur: quia nec idola, nec fictos diuos, sed veros Dei Sanctos colimus, eosque, ut creaturas excellentes, non, ut Deos, sed ex actibus ipsis, & intentione iam declaratis constat. Hæc explicatio docet nos venerari, & colere Sanctos, absque idololatria, absque superstitione, honore tamen plusquam civili aut humano. Certè singularem, & excellentem quemdam honorem in ipsa primitiua Ecclesia Sanctis exhibitum fuisse, euidenti argumento est gentiliū circa hunc Christianorum cultum opinio, & error, quo existimabant Martyres à Christianis pro diis coli, eo quod in Martyrum festis ea omnia fieri cernebant, quæ in ipsis Christi natalitiis aliisque annis solemnitatibus fiebant. Sic apud Eusebium. Polycarpi reliquias negabant Christianis, ne eum pro Deo colerent. Idem refert Ammianus Marcellinus tempore Iuliani apostata factum fuisse, circa martyres sui temporis. Sed, & hoc obiciebat Christianis Iulianus apostata, ut est apud Cyrillum in libris contra eundem. Idem obiciebatur Augustino à gentilibus Africanis, ut in quadam epistola refert. Hunc gentiliū errorem diluit Theodoretus in opere, de curatione Greçarum affectionū, & Eusebius in hist. Ecclesiastica. Honorè porro singularem, & maiorem quam ulli terreno principi cõferri soleat Sanctis impensum à fidelibus fuisse latè describit.

Gregor

Singularis Sanctorum cultus probatur.

Hist. Eccl. li. 4. cap. 14.
Hist. lib. 22.

Lib. 6. c. 10.
Epist. 44.
Lib. 8.
Lib. 8. c. 6.

Gregorius Nyssenus ora. in Theodorum Martyrem: Chrysofomus in Sermone de Sanctis Iuuentio, & Maximo. Gregorius Nazianzenus in oratione de Machabæis. Sed contra Manichæos Augustinus, & contra vnum Vigilantiū Hieronymus hunc Sanctorum cultum tuentur. Et profectò sicuti honore ciuilibus debetur virtuti, sapientia, potentia, & nobilitati ciuili, sic honor plusquam ciuilibus debetur virtuti, sapientia, potestati ac nobilitati plusquam ciuili, & supernaturali. Talis autem est in Sanctis, qui quoad virtutem cõfirmati sunt in gratia pleni caritate, & peccare non possunt, quoad sapientiam videtem omnia vident, quoad potentiam per merita, & orationes suas plurimum apud Deum valent (vnde eleganter Augustinus scribit, Martyres iam pro patientia in terris habere potentiam in caelis) quoad nobilitatem sunt æquales Angelis in statu gloria, & beatitudinis æternæ. Ergo honor illis debetur supra humanum, & infra diuinum. Illam distinctionis causa vocat theologi diuiliam, quæ, & latra inferior est (ut iam explicuimus) & honore tamen omni humano superior.

Sanctorum festa religiose colenda.

ET de cultu quidem ac honore Sanctorum in genere hæc sufficere possunt. Nunc de festis eorum celebrandis, qui contra hereticos aliquid dicere vult, variam ei materiam suppeditabimus. Primum dissentientes hereticorum sententiæ proponi poterunt. Secundò sensus Ecclesie Catholice in Sanctorum festis celebrandis exponendus viderur. Tertio causas adferemus sensus, & potestatis eiusdem.

- 1 Quidam hodie heretici nulla prorsus festa, excepto solo Dominico die (quem ita Sabbato successisse putant, ut sub præcepto diuino cadat) celebrari debere defendunt. Hanc sententiam tenent hodie in Anglia Puritani iuxta ritum Geneuensis Ecclesie, & auctore Caluino, qui de solo Dominico die celebrando disputat, quum Sabbati præceptum tractat.
- 2 Alij nec Dominicum diem perpetuò, & solemnè ritu obseruari volunt, ne Iudaismus foueatur, & aliqua dierum obseruatio fiat, contra quos ibidem disputat
- 3 Caluinus. Tertia eorum opinio est, qui sola illa festa

Cont. Faust. l. 20. c. 21.

De ciu. Dei l. 2. c. 9.

Hereticorum dissentientes sententiæ de festis Sanctorum.

Insti. lib. 2. cap. 8.

Num. 33.

cap. 24. in
srm. ad Gal.
cap. 4.

sta celebrari volunt, quæ ad redemptionis nostræ beneficia recolenda faciunt, vt Natiuitatem, Resurrectionem, & Ascensionem Domini, tẽmque Pentecosten. Hanc sententiam sequuntur Helueticæ Ecclesiæ in sua confessione, & Flaccus Illyricus. Quarta opinio eorum est, qui Sanctorum etiam festa admittunt, sed eorum tantum quorum in Euangelio fit mentio, vt Apostolorum, Beatæ Virginis, Ioannis Baptistæ, Magdalenæ, & Stephani protomartyris. Hanc sententiam tenet Bullingerus in commẽt. ad ca. 14. ad Rom. & illum morem seruant Tigurinæ Ecclesiæ, Quinta opinio eorum est, qui aliorum præterea Martyrum, & Sanctorum festa celebrant, sed ex politia tantum, & ordine Ecclesiastico, non ex religione nec per modum cultus alicuius, id est, ad eum sanẽ finem, vt populus fidelis illis diebus audiendum verbum conueniat, & ad imitationem (forte) Sanctorum excitetur, nulla autem alia ex causa, ne aliquis hic Sanctorum cultus, aut vlla pars religionis statuatur. Sic Anglo Caluinistæ plura cæteris Protestantibus festa celebrant, aliæque Lutheranorum mollium Ecclesiæ, sed politicè (aiunt) non religiosè, sicut eos Caluinus docuit: qui ait, dies festos ad solam obseruationem disciplinæ, & ordinis bene compositi referendos esse. Atque hæc illorum discrepans discordia hodie effutiuit: Sed contra has omnes differentes, & vanas opiniones sensus Ecclesiæ Catholicæ, non hodie inuentus, vt prædictæ sententiæ, sed ab exordio Christianitatis receptus retinendus est. Ad quem certius intelligendum, quot modis Sanctorum festa, & celebritates peragi possint distinguemus, Sanctorum festa sic celebrari poterunt, vt per ea colantur Sancti, sicut dij gentium coli solebant, quem sensum olim gentiles, hodie hæretici, Ecclesiæ impingebant: sic videlicet, & eo modo, vt totus cultus ad eos referatur, id est, vt eis sacrificetur, & in sacrificio illorum nomina inuocentur. Sic enim gentiles sua idola celebrant, vt explicat Augustinus in libris de ciuitate Dei. Sic sacerdotes Baal, inuocabant nomen Baal, de mane vsque ad meridiem sacrificantes illi. Sed idem August. ad gentiliū sui temporis opiniones

Loco citato
num. 34.

Varij modi
colendi San-
ctos.

Lib. 8. c. 27.
Pl. 22. c. 10.
3. Reg. 18.

epiniones falsas, hæreticorum hodie de nobis iudicio perfimiles, respondens ait, nos Martyribus non sacrificare, sed soli Deo: nec à sacerdote sacrificante Sanctos inuocari, sed Deum cui sacrificat. Alio modo sic coli Sanctorum festa possunt, vt etsi non sacrificando illis, tamen sic inuocando illos, & honorando ac eorum laudes celebrando, honoris illius, & inuocationis vltimus finis in ipsos Sanctos desinat. Sed neque sic Sanctorum festa colit Ecclesia. Sanctorum enim auxilia perit per Christum Dominum nostrum, vt omnes Ecclesiæ orationes terminantur. Sanctorum laudes celebrat, Deo gratias agens de illorum victoria, ait Augustinus. Sanctos denique honorat propter Deum, cuius Sancti sunt, & pro cuius fide, vt Martyres, vel certè in cuius fide mortui sunt, vt cæteri omnes: quia honor seruorum redundat in communem Dominum, ait Sanctus Basilius. Postremò Sanctos, vt Dei amicos honoramus, ait Theodoretus, idcoque propter Deum non propter se. Tertio modo sic festa Sanctorum coli possunt, vt sit tantum obseruatio politica non religiosa, & sine vlla erga Sanctos Dei religionis, aut cultus specie. Sed hanc politicam obseruationem Ecclesia Catholica hætenus nesciuit, & est hæreticorum nostri temporis propria. Quarto modo, & sensu festa Sanctorum celebrantur, in Dei quidem honorem præcipuè, ad quem omnes nostræ actiones referendæ sunt, iuxta illud Apostoli. Omnia in gloriam Dei facite: sed tamen etiam in ipsorum Sanctorum honorem, idque propter causas grauissimas, quas nunc subiiciemus. Primum quia hic honor etiam ipsis Sanctis, vt Dei amicus debetur, Vnde Augustinus. Honoramus Martyrum memorias, amquam Sanctorum hominum Dei, &c. Vt ea celebritate Deo vero de illorum victoria gratias agamus. Hæc ratio cultum, & actum religionis includit. Quare idem Augustinus contra politicos istos hæreticos disertissime alibi scribit. Populus Christianus memorias Martyrum religiosa solemnitate celebrat. Sic Sanctus Basilius. Honor in bonos à conseruis collatus benevolentie significationem apud communem Dominum habet. Hæc ille. Certè enim qui Dei amicum

Locis citatis.

Lib. 8. c. 27.
de ciuit. Dei.

Homil. in
40. mart.

Lib. 8. curat.
Grac. affect.

Sensus Catho-
licus in Festis
Sanctorum.
1. Cor. 10.

2. Causa.
De ciu. Dei
li. 8. c. 27.

cont. Faustini
li. 20. c. 21.

cum non honorat, ipsum Deum non diligit. Cōque-
ritur S. Ambrosius de quibusdam festa Apostolorum
negligentibus. *Dolendum, inquit, est sic vos salutis vestrae
immemores fuisse, ut beatissimis Apostolis Petro, & Paulo ho-
norificentiam minimè reddideritis, docetque in sequenti-
bus debere nos ipsi Martyribus certā honorificen-
tiam pro sanguine quem pro Ecclesia fuderunt. Cy-
rillus respondens Iuliano Apostatae hanc celebri-
tatem Martyrum eodem spiritu quo hodie hæretici
vellicant, Laudamus, inquit, Martyres summis honoribus,
& perpetuis honoramus laudibus. Alia causa huius cele-
britatis est amor ipse, & ardens dilectionis affectio
erga laudem, & celebritatem Sanctorum. Hoc nimi-
rum sensu scripsit Aug. Nos Martyres colere cultu dilectio-
nis, & societatis: quod ne quis putet à dilectione bo-
norum in hac vita nihil differre, addit. Illos tanto de-
notius quanto securius post incerta omnia superata, quanto et-
iam sidentiore laude predicamus iam in vita feliciore victores,
quam in ista adhuc pugnantibus. Quare illos ut verè san-
ctos colimus: istos ut spe tales diligimus ac venera-
mur quoque, sed nulla solemnitate religiosa, ut ibi-
dem loquitur Aug. Hunc caritatis affectum in hac
celebritate Martyrum exprimit S. Basilius his ver-
bis. Quis, inquit, modus, aut qua satietas Martyrum memo-
riam prosequendi erit illi qui eorum amore ac caritate tenetur?
venerare igitur Martyres, ut egregia tua voluntatis te testem
adducas. Sic Nazianzenus, Ego hac in re admodum
infatigabilis sum. & affectum hunc meum magni fa-
cio, ut Martyrū oblecter honoribus. Hæc ille. Scri-
bit de S. Ambrosio Paulinus, quod in celebratibus
Martyrum sicut in Dominicis diebus prandere so-
leret, aliàs non. Videlicet ut lætitiā animi declara-
ret. Tertia causa ad imitationem excitandam, quam
causam multis verbis prosequuntur Patres. Basilius
hom. in Gordium Martyrem. Chrysostomus in ora-
tione in B. Philogonium. Dionysius Areopagita in
Ecclesi. Hierarchia. Discipuli S. Polycarpi apud Eu-
sebium. Hanc ob causam legi in Ecclesia passiones
Martyrum in festis eorum natalitius solebant, ut
vetustissimus testis est Origenes. Idè decernit Conc.
Carthag. 3. Sic Chrysost. in orat. de Iuuetio, & Maxi-*

mo. de Philogonio, de Babyla Martyre: sic Gregor.
Nazianzenus in orat. de S. Athanasio, & Cypriano:
sic Basilius in homiliis de Iulita, de Gordio, de Bar-
laam, de 40. Martyribus: sic Ambrosius in serm. de
Agnete, de Thecla, de Geruasio, & Protasio, historica
quasdam panegyres ad populi ædificationem in
horum Sanctorū festis pronuntiant. Quarta cau-
sa erat, ut orationibus Sanctorū adiuvemur, quæ sunt Au-
gust. verba loco citato contra Faustum. Eandem ex-
primit Origenes loco citato. Sic Nazianzenus sub
finem orationis quam habuit de S. Cypriano, cum
diceretis verbis inuocat. Hæc causam Theodoretus de
curat. Græc. affect. lib. 8. & Basilius de 40. Martyri-
bus luculenter tradunt. Quinta causa erat, ut eo-
rum meritis confociemur, quæ etiā sunt verba Aug.
loco citato contra Faustum. Populus, inquit, Christianus
memorias Martyrum religiosa solemnitate concelebrat, & ad
excitandam imitationem, & ut meritis eorum confocietur, at-
que orationibus adiuvetur. Sic & Basilius. Venerare, inquit,
Martyres ut sine persecutione, sine igne, sine verberibus ac
tormentis eodè cū illis premio dignus habearis. Sic Nazian-
zenus. Aliorum sunt certamina, & victoria, mihi autem cura
sunt corona. Ad eodè gloriam illam præcipio, ad eodè recta fa-
cta mihi domestica facio. Nempè hæc est cōmunio San-
ctorum, quam in symbolo profitemur, & communicatio
quædam omnium honorū inter nos qui sumus mem-
bra eiusdem corporis: ut nemo videlicet sibi tantum
viuat aut mereatur, sed toti communitatis fidelium.
Vnde Apostolus. Si quid patitur vnum membrum, compa-
tiantur omnia membra: si gloriatur vnum membrum, congaudent
omnia membra. Hinc & Dauid. Particeps ego sum omnium
timementium te, & custodientium mandata tua. Sed maxime
huc spectat quod Apostolus ad Coloss. scribit. Adim-
pne ea que desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore
eius quod est Ecclesia. Duo dicit, Primum se cōmunica-
re passionibus Christi, & suppleri in carne sua tam-
quam membro corporis Christi mystici, quod in corpore
Christi proprio desuit. Desuit, inquam, quoad
hoc, ut pateretur in membris. Non quod eius pas-
sio esset vlllo modo insufficientis ad plenissimam satis-
factionem pro humano genere. Sed quia Christus

Serm. 6. de
Margarita.

Lib. 6. cont.
Iul.

2. Causa.
Loco citato
cont. Faustū.

In hom. de
40. Martyri-
bus.
In orat. in B.
Cyprianum.
In vita eius.

3. Causa.

Par. 3. c. 3. hi
for. Ecc. l.
4. c. 14.

Hom. 26. in
Num. can.
48.

4. Causa

Hom. 26. in
Num.

5. Causa.

Hom. de 40.
Martyribus.
Orat. de S.
Cypriano.

1. Cor. 12.

Psal. 118.
Coloss. 1.

Ephes. 1.

& Ecclesia faciunt vnam personam mysticam (vnde vocatur Ecclesia, pleniudo Christi) idcirco suppletur passiones Christi quando in membris suis patitur. Hoc enim solum illi deesse potuit quum in persona naturali pareretur. Alterum quod dicit Apostolus est, has ipsas suas passiones prodesse Ecclesie. Pro corpore, inquit, eius quod est Ecclesia. Ex quibus duobus tertium concluditur, Apostoli passiones fuisse aliis meritorias, & satisfactorias. Ratio est, quia passiones Sanctorum sunt coniuncte passionibus Christi tamquam vnius mysticæ personæ: passiones, ideoque merentur, & satisfaciunt pro aliis membris, sicut Christi propriæ: non quidem quoad æqualitatem, sed quoad participationem quamdam, & proportionem. Lege huius loci explicationem apud Anselmum in comment. ad hunc Pauli locum; & apud D. Augustinum in enarrat. Psal. 61. Hæc merita Sanctorum hac vita defunctorum, quibus viui iuuantur, Scripturamultis exemplis ostendit. Protegam urbem hanc, & saluabo eam propter me, & propter David seruum meum, id est, propter merita David, Quia fecit David rectum in oculis Domini, &c. Nō propter foedus, vt fingit Caluinus. Vnde ad hæc verba Esaiæ sic exclamat Chrysostomus, O rem admirandam, David mortuus est, & merita eius vigent. Sic & alij Patres hæc verba intellexerunt. Gregorius Magnus lib. 5. in 1. Reg. c. 4. D. Hieronymus dial. 2. contra Pelagianos, & in comment. ad Ierem. cap. 15. Rursum Moyses sic orat Deum. Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum. Vnde Hier. in quæst. Hebraicis. Abrahæ, inquit, merito, sæpè de angustiis liberatus est Israel. Quare hæc doctrina quod Sanctorum meritis viui adiuantur, est apud antiquissimos Patres receptissima. Chrysostomus sic habet. Quoniam seipsum ad impetrandam populo veniam sufficere non credunt, ad Patrum merita confugiunt. Et iterum. Sæpè quando non est inuentus iustus in presenti vita, propter defunctorum virtutem Deus viuentium miseretur. Nec dissimiliter Augustinus. Cum merita nostra nos grauant ne diligamur à Deo, sciamus nos illorum meritis releuari posse quos Deus diligit. Idem in lib. de cura pro mortuis gerenda, & super Psal. 108. Deus, inquit, suorum merita martyrum vbi vult, quando

Merita Sanctorum vitis profunt.

4. Reg. 19.
3. Reg. 15.

Hom. 2. in
Psal. 50. &
hom. 4. 2. in
Gen.

Exod. 32.

Hom. 4. in
Matth.

Hom. 41. in
Gen.

quando vult, quomodo vult, maximè per eorū memorias; quoniam hoc nouit expedire nobis ad edificandā fidē Christi pro cuius illi confessione sunt passi (quæ ratio notanda est) mirabili bonitate commendat. Denique idem clarissimus doctor alibi docet, quandam esse vitam fidelium non ita bonam, vt ad beatitudinem adipiscendam in eis ipsa sufficiat, nisi eorum merita quos amicos fecerint (per eleemosynarum opera) misericordiam consequantur. Sed & iterum Chrysostomus in homil. post reditum exilij sui, de sancto Timotheo, & Andrea, quorum corpora Constantinopoli erant, ait: Credimus inuari nos illorum meritis. Hac ergo etiam de causa tamquam potentes Dei amicos, & patronos beneficos honorat Sanctos Ecclesia.

De ciuit. Dei
li. 21. cap. 23.

Sanctos pie inuocari.

AD inuocationem Sanctorum quod attinet, nihil illavel diuino cultui repugnat qui solus inuocandus videtur, vel fidem lædit, in qua fundatur oratio, vel formæ inuocationis in Scripturis traditæ, qua Deus per Christum inuocādus docetur, contraria est, vel gloriam Dei offendit, qui solus habet potentiam, & gloriam, vt in fine orat. dominicæ subijcitur, quia hæc omnia intelliguntur de illa inuocatione qua aliquid petitur per illum implendum quem inuocamus (quod soli Deo est proprium) non de illa inuocatione qua aliquid petimus ab eo impetrādum quem inuocamus. Quomodo autem Sancti inuocantur, vt præsidium, refugium, tutela fidelium, explicandum est per ea quæ diximus de titulis B. Virginis in Festo Natiuitatis eiusdē. Quomodo etiā intercessio Sanctorum nihil detrahit mediacioni per Christū. aut præcepto de petendo Patrē in nomine Christi, in aliis Euāgeliis explicatū dedimus. Neque verò inuocantur Sancti tanquam magis propitij, quam Deus, sed tamquam minus honorandi quam Deus. Peccata nostra diuidunt inter nos, & Deum, Diuisi ergo per medios Sanctos ad Deum placandum accedimus, non eius iram quasi implacabilem fugientes, nec Christum mediatorem postponentes, sed maiestatem

Cautiones
contra inuocationem Sanctorum diluuntur.

Domin. 5.
post Pascha.
In die 55.
Philip. &
Iacobi.
Esa. 59.

quando

maiestatem Dei sic venerantes. ut amicorum eius operam, quia indigni sumus ipsi adhibeamus, eosq; non nisi per Christum Dominum nostrum, in quo omnis nostra terminatur oratio. Sic ad amicos Iob dixit Deus. *Ita ad seruum meum Iob, ille orabit pro vobis, & faciem eius suscipiam.* Sic iratus Deus contra Abimelech regem. *Redde (inquit) viro uxorem eius, & ipse orabit pro te.* Si hoc diuino honori nihil detraxit, sed sanctos illos viros sic Deus honorare voluit, ut non nisi per eos placari se sineret, & quum Sanctos inuocamus, sic se rem habere dubitandum non est. Sic quum *seruus Simonis magnis teneretur febribus, Petrus & Andreas orauerunt pro ea.* In quem locum Ambrosius. *Obsecrandi (inquit) sunt Angeli pro nobis, Martyres obsecrantes sunt.* Sic Centurio per Seniores Iudaeorum rogari Christum curauit. In quem locum Beda. *summos Ecclesia viros, qui nos ad Dominum praecesserunt, humiliter obsecrando patronos acquirere debemus, qui pro nostris apud Deum peccatis intercedant.*

cap. vi. Iob.

Gen. 20.

Luc. 4.

In lib. de vi-
dus.

In ca. 7. Luc.

Inuocationis
Sanctorum
exempla.

Lib. 2. in Iob.

Homil. 66. ad
pop. Ant. his.
Ecl. l. 11. c.
33. ca. 13. lib.
de spirit. &
anima. c. 59.

SEU nunc huius inuocationis Sanctorum exempla ex tota antiquitate proferemus. In liturgia Chrysostomi, quam Ecclesia Graecorum retinuit & retinet, ad B. Virginem sic orat sacerdos. *Qua verum peperisti Deum Christo supplica, ut animas nostras saluet.* Similiter Beatos Apostolos, Sanctum Nicolaum ac denique omnes Sanctos ibidem inuocat. Origenes Iob inuocat ut oret pro nobis. Idem in lamentatione sua omnes Sanctos flebiliter inuocat. Chrysostomus scribit, Imperatorem stare ad sepulchra Apostolorum supplicanti Sanctis, ut pro se ad Deum intercedant. Idem de Theodosio nominatim scribit Rufinus. Idem affirmat August. in Sermone de S. Paulo. Sed & ipse alibi suppliciter inuocat Sanctos omnes in libro Meditationum, & alibi. Gregorius Nazianzenus in Monodia S. Basilij eum inuocat, dicens. *Tu sacrum ac diuinum caput ex alto nos respice, &c.* Idem in orationibus de Sancto Athanasio, & de Sancto Cypriano, eisdem inuocat. Gregorius Presbyter in vita Nazianzenii ipsum quoque inuocat, ut eius sit memor. Sanctus Hieronymus in Epitaphio Paulae, eam inuocat. *Cultoris (inquit) tui vltimam senectum*

tem orationibus inuua. Theodoretus docet solere Christianos varia beneficia à Martyribus orando expectere. *Qui (inquit) prospera sunt valetudine, conseruari eam sibi à Martyribus petunt. Qui vero ægitudinem aliquam patientur, sanitatem exposcunt. Insuper, & steriles viri, & mulieres, dant sibi filios petunt. Qui vero parentes sunt, integra sibi, & propria custodiri qua consequuti sunt dona. Item qui peregrè aliquò proficiscuntur, petunt Martyres sibi comites esse in via, vel potius iuuenis duces: qui viam sospites redderunt, gratis agunt acceptum beneficium confitentes. Non qui se ad Deos accedere arbitrentur, sed qui orent Dei Martyres tamquam diuinos homines, intercessoresque sibi eos apud Deum aduocent ac precentur. Hæc ille, & multa alia de donariis in honorem Martyrum oblati in testimoniis inuocationis fructuosæ. Sic, & Basilij de sua ciuitatis 40. Martyribus. *Qui aliqua premitur angustia, ad hos confugiat: qui rursus lætatur, hos orat, ut à malis liberetur, ille, ut diues in rebus lætis.* In homilia quoque de S. Mamante varia inuocationis eius beneficia in memoriam reuocat Gregorius Nyssenus in oratione in S. Theodorum Martyrè. eandem populi Christiani religionem multis verbis explicat S. Ephrem in sermo. de Martyribus, eosdem prælixè inuocat. Ambrosius in oratione contra Auxetium, docet Sanctos orationibus nostris aduocatos, populum fidelem custodire. Prudentius in hymno de Sancto Laurentio solemnem eius inuocationem describit, & in hymno de B. Vincentio eum inuocat. S. Paulinus inuocat S. Felicem Natali 2. 3. & 8. Denique Augustinus contra sententiam Cypriani scribens (de hæreticis rebaptizadis) eum tamen ut S. Martyrem inuocat. *Adiuuet nos orationibus suis in istius carnis mortalitate, ut donante Domino quantum possumus bona eius imitemur. Postremo, & ipsa Concilia generalia hanc Sanctorum inuocationem nos docuerunt. In Concilio Chalcedonensi Generali 4. clamant Patres, s. Flavianus Martyr oret pro nobis. In Concilio generali 6. ubi forma inuocationis præscribitur, post orationem Dominicam, & symbolum recitatum iubetur vnusquisque, solo Deo Creatore suo adorato, inuocare Sanctos, ut pro se intercedere apud Deum dignentur. In Concilio ge-**

Lib. 8. de eun-
rat. grec. af-
fect.

In hom. de
40. Mart.

De bap. con.
Don. lib. 7.
cap. 1.

Act. 11. c. 7.

Act. 3. & 6.

act. 7. docent Patres postulare intercessionē B. Virginis, & cæterorū Sanctorum. Idem docetur in Concilio Florentino sess. 5. Hæc est ergo fides Patrum, hæc fides maiorum nostrorum, hæc fides Catholica per totum orbem Ecclesiæ, vt Sanctos in cælo cum Christo regnantes piè ac religiosè inuocent. Opime sciebant hoc totum Deo vel Christo nihil derogare, qui solus ita inuocatur, vt per illū impleatur, & concedatur quod petitur, & Sanctos sic inuocari, vt tantū ea impetrent quæ rogantur. Sic ergo hodie omnium Sanctorum festū religioſa solemnitate Ecclesia Catholica concelebrat, vt eos tamquam Dei amicos veniretur, eorum se precibus, & meritis adiuuari iudubitanter credat, ac demum eandem ob causas sedulò ac confidenter inuocent.

IN COMMÉMORATIONE omnium fidelium defunctorum.

Et procedent qui bona egerunt in resurrectionem vite, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij.

Ioan. 5.

Bonorum operum ad salutem necessitas.



Loc vs perspicuus obseruandi contra hæreticos nostri tēporis Synecdochem scripturis vulgarem, qua parti tribuitur quod: nisi de toto intelligendū est, quam illi tamen in fidei Synecdoche apud Paulū, & in Euangelio vſitata agnoscere nolūt. Quemadmodum enim in hoc Euangelio, vita & iudiciū in postrema resurrectione, id est, salus & condēnatio æterna attribuuntur operibus bonis et malis, non sic tamen et sola bona opera hominē possint saluare, absque recta in Deum fide, sic in alijs Euangelij, vt quum Christus dicit, *Fides tua te saluum fecit: Et rursum, Dominus qui credit in eum non periret, sed habeat vitam æternam; & Apostolis in Actis. In hinc omnis qui credit, iustificatur; & apud Paulum 2. tim. est: Deus qui iustificat circumcissionem, ex fide; & praputium per fidem, attribuitur fidei iustificatio, & salus; non sic tamen,*

Ioan. 3.

Act. 14.

vt

vt sola fides hominum iustificet, vel saluet. Sed est vtrobique necessariò intelligenda Synecdoche, & de parte dici, quod de toto intelligendum est. Verè enim, & fides, & opera bona iustificant, quia ex parte iustificat, & pars nostræ in Christo iustificationis sunt. Omnis, qui credit in Christum non peribit, quia per fidem ex parte fit ne quis pereat. Qui bona egerunt, procedent in resurrectionem vitæ, quia per bona opera ex parte fit, vt ad resurrectionem vitæ procedant mortui. Sed, vt bona opera saluent, fides debet illis cooperari, & vt fides saluet, debet illa ex bonis operibus consummari, vt docet D. Iacobus. cap. 2. Si quum de fide agitur Scripturas in verbo capere, & literam præmere hæretici volūt, cur non, & quum de bonis operibus eodem modo Scripturæ loquuntur, eodem quoque modo in verbo, illas capiunt, & literam præmunt? Sed in hoc se verè hæreticos ostendunt, id est, opinionium suarum amatores pertinaces, quia in Scripturis non id videre volunt, quod perspicua earum collatio necessariò videndum docet, sed id tantum vident, quod ipsorum hæresibus, & prælectis opinionibus subseruit. Vide plura hac de re in alijs supra Euangelij.

Dominic. 18 post Pentec. & Feria 2 Pentecost.

In resurrectionem vitæ, & in resurrect. iudicij.

Loc vs alius explicandi contra hæreticos nostri temporis eertum esse purgatorium, seu medium locum in quo animæ certæ ante vltimam, & generalem resurrectionem purgantur, quamuis in hoc Euangelio duo tantum post hanc vitam animarum status esse videantur, vnus quo ad vitam æternam, alius quo ad iudicium, id est, damnationē æternam in corporum resurrectione, animæ destinantur. Huiusmodi enim Scripturis, quæ post hanc mortem certam, vel damnationem, vel salutem promittunt, abutuntur hæretici, vt nullum interea medium purgationis locum esse conuincant. Sic ex illis locis: *Venite benedicti, ne maledicti: Item, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur: Et rursum, Qui credit, non iudicatur: qui non credit, iam*

Medius locus peccet cœlum & infernum damnatorum

Matth. 25. Marc. 16. Ioan. 3.

In Confess.
Vvirmber-
gens.
L. p. 16.

indicatus est. Infert Brentius: *Non igitur locus vllus remanet purgatorio, quum duo solim sint loca post hanc vitam.* Idem alij inferre volunt, ex eo, quod Lazarus pauper describitur in sinu Abraham, & diues epulo in inferno: Item, & ex his Euangelij nostri verbis consequi putant. Sed tum iniqua, tum inepta, valde est hæreticorum hodie ratiocinatio. Iniqua est, qua colligunt, nullo in Scripturæ loco extare purgatorium, quia in his locis, nulla eius sit mentio. Quid enim iniquius, quam quasi præscribere, quid quouis loco Spiritus Sanctus debuerit tradere? Inepta valde est, in illis Scripturis purgatorij mentionem desiderare, in quibus, vel de extremo iudicio (post quod purgatorium esse non docent Catholici, sed ante illud duntaxat) vel de æterna hominum, aut salute, aut damnatione disertè loquuntur. Locus enim ex Matthæo citatus, & huius Euangelij verba expressè de extremo iudicio agunt. Reliqua loca allegata, de ijs, qui in perpetuum, vel saluantur, vel damnantur apertè loquuntur. Quod etiam responderi potest variis SS. Patrum locis, qui post hanc vitam duo statuunt tantum, vel vitam, vel interitus terminos. De æternis enim loquuntur, nõ de intermediâ quorundam purgatione. Quam, vt iuxta Catholicæ Ecclesiæ fidem, & præxim hodie illustrem Concionator Catholicus fidei populo, dilucidè, & solidè possit explicare, quatuor hoc loco explanabimus. Primum esse purgatorium, seu locum in quo certæ fidelium defunctorum animæ purgantur, & expiantur. Secundò, quæ sit huius purgatorij pœna. Tertiò, quales illi sunt, qui hac pœna purgantur. Quartò, viuorum precibus, & piis Ecclesiæ suffragiis (quæ hodierno die solemniter adhibentur) purgatorij pœnas relaxari, & animas defunctorum plurimâ iuari. Hæc enim singula, tam contra hæreticorum hodie impietatem, qui ea pertinaciter negant, quam ad hodierni ritus, & cultus Catholicæ defensionem, & intelligentiam, vt populus fidelis bene cognoscat, operæ pretium est.

A D Primum quod attinet, purgatorium esse ex ipsis Scripturis evidenti collectione ostendi potest. Deus enim remittit quædam peccata in futuro se-
culo,

Distributio.

Esse purgato-
rium ex Scri-
pturis ostendit-
ur.

culo, quod dum facit, purgat peccata (sic enim de Christo dicitur *purgatioem peccatorum faciens*, id est, remittens peccata) in futuro seculo. Atqui necesse est, vt ea alicubi purget, quia q̄ nullquam sit, non fit. Igitur locus quidam est in futuro seculo, vbi Deus remittit, siue purgat quædam peccata. Hic locus purgatorium à purgando dicitur, vt apud Ieremiam, sufflatorium vocatur locus conflationi addictus. Iam verò locus ille in quo Deus purgat peccata in futuro seculo, neque cælum est, quia *non mirabit in civitatem celestem aliquid conquinatum*: neque infernus damnatorum, quia locus ille, vt Scriptura docet, *perditio est, & locus iræ Dei magnus*. Ergò in loco aliquo tertio, & medio purgat Deus in futuro seculo peccata. Rursum Deus purgans peccata in futuro seculo, neque purgat ea ante iudicium animæ contaminatæ, quod statim post mortem fit, quia talis vnusquisque illi iudicio sistitur, qualis hic egreditur, iuxta multas Scripturas, quas D. Gregorius in Dialogis citat, & præterea iuxta Christi verba, qui docet Deum in morte venire, & quosdam inuenire vigilantes, alios autem dormientes, seu negligentes: neque in ipso iudicio, quod in morte fit, quia eadem Scriptura docet tales nos iudicari, quales sumus in morte: quia *vbi arbor ceciderit, siue in Merididem, siue in Aquilonem, illic erit*: Imò per iudicium nos tales apparemus, quales re vera sumus: igitur Deus remittit quædam peccata in loco executionis iudicij, & hic locus est purgatorius. Præterea Deus purgans peccata in futuro seculo, iuste illud, & rectissimo iudicio facit, *apud quem non est iniquitas*, & qui *retribuit vnique secundum opera eius*, eaque etiam minima, adeò vt de verbo otioso redditori simus rationem. Minoribus autem, & quotidianis iustorum peccatis pœna non debetur æterna, sed temporalis, cuius locus nec in cælo est, à quo omnis pœna abest, nec in inferno damnatorum, quia huius loci pœnæ sunt æternæ: ergò alius quidam locus est, in quo Deus punit, & purgat quædam peccata in futuro seculo acerbitate pœnarum temporalium: & hoc est purgatorium.

Hebr. 4.

1. Arg.

Jerem. 6.

Apoc. 21.

Iob. 16. &
28.

Apoc. 14.
2. Arg.

Libro 4.
cap. 39.

Marc. 13.

Ecccl. 11.

3. Arg.

Rom. 9.

Rom. 2.

Matth. 12.

Deum remittere peccata in futuro seculo.

Matth. 12.

Instit. l. 4. c. 5. n. 7.

1. Reg. 18.

De Civ. Dei. l. 21. c. 2. 4.

Dialog. l. 4. cap. 39.

Hæc tria argumenta, quum huic vni fundamento nitantur, quòd Deus in futuro seculo purget, & puniat peccata, illud nobis nunc erit ex Scripturis demonstrandum. Hoc autem Christus Dominus difertis verbis in Euangelio docuit. Dicit enim de peccato in Spiritum Sanctum, illud eiusmodi esse, *ut non remittatur, neque in hoc seculo, neque in futuro.* Hinc autem necessariò sequitur quædam alia peccata esse, quæ tum in hoc seculo, tum etiam in futuro remittantur. Alioqui nihil esset speciale, aut singulare in peccato blasphemix contra Spiritum Sanctum: Et quemadmodum ex illis Christi verbis necessariò sequitur quædam peccata remitti in hoc seculo (quod nobiscum hæretici fatentur) eadem necessitate sequitur quædam peccata remitti in futuro seculo, etsi illud nobiscum ex insita pernicacia fateri reculent. Deinde Christus hoc loco vtitur partitione quadem remissionis peccatorum, à cuius singulis partibus excipere vult peccatum in Spiritum Sanctum. Volens enim docere peccatum in Spiritum Sanctum esse planè irremissibile, ait illud, neque in hoc seculo, neque in futuro remitti posse. Et hunc sermonis Christi finem, ac scopum Calvinus ipse agnoscit. Hæc igitur partitione posita necessariò sequitur, vt vnæque pars diuisionis toti respondeat. Alioqui non inepta tantum, sed, & falsa esset partitio. Verbi gratia, quum Scriptura ait: *Et non respondit ei, neque per somnia, neque per Sacerdotes, neque per Prophetas, necessariò sequitur Deum his omnibus modis solitum esse respondere Israelitis.* Quam sanè ob causam Sancti Patres hæc Christi verba, non solum sic intellexerunt, sed etiam sic necessariò esse intelligenda docuerunt. Vnde Augustinus hæc verba tractans: *Non enim (ait) de quibusdam veraciter diceretur, quod non eis remittatur, neque in hoc seculo, neque in futuro, nisi essent quibus etsi non in isto, tamen remitterentur in futuro.* Sic, & Diuus Gregorius eadem verba tractans, *In qua (inquit) sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo, quasdam verò in futuro posse laxari. Quod enim de vno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur.* Sic contra sui temporis hæreticos purgato-

rium etiam negantes ex hoc loco disputat Diuus Bernardus. *Quæram ab eo, qui dixit quoddam peccatum esse, quod neque in hoc seculo, neque in futuro remitteretur, cur hoc dixerit, si nulla manet in futuro remissio purgatione peccati? Sic, & Ilidorus de Diuinis officiis libro primo, capite decimo octauo. Cum Dominus dicit: Qui peccauerit in Spiritu Sancto, non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro: demonstrat quibusdam illic dimittenda esse peccata, & quoddam purgatorio igne purganda.* Hic ergo locus perspicuè, & inuictè demonstrat quædam peccata remitti, & consequenter quædam alia puniri (contrariorum enim eadem est ratio) in futuro seculo: hoc est, post hanc mortem temporalem ante extremum iudicium. Nam, quòd cauillatur Calvinus per verbum futuri seculi, extremum mundi diem notari, non autem tempus intermedium, prorsus vanissimum est, tum quòd in extremo illo die nulla planè fiat remissio peccatorum, sed retributio præmiorum bonis, suppliciorum malis, tum quia futurum seculum in Scriptura significat intermedium hoc tempus quod vsque ad extremi iudicii diem excurrit, vt apud Paulum quum dicit: *Christum constitui supra omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro.* Tum denique, quia in his Christi verbis nulla mundi mentio sit facta, sed tantum hominum peccantium, vnde sequitur comparationem fieri non huius seculi cum fine mundi, sed huius seculi seu vitæ cum morte peccantium hominum: tum postremò, quia Christus hoc loco totam æternitatem à remissione peccati in Spiritum Sanctum excludit, quòd Marcus expressit, dicens: *Nò remittetur in æternum,* æternitatis autem pars est illud spatium, quod inter mortem cuiusque, & diem extremum intercedit. Hoc ergò intermedium tēpus, quòd solum post hanc vitam gratiæ, & purgationis tempus est, à solo peccato in Spiritum Sanctum Christus excludit, tãquam partē æternitatis ab hoc seculo, & hæc presentia vita diuersam, respectu defunctorum. Alias hæreticorum cauillationes, sed insulas valde vide in cõ-

Serm. 66. in Cant.

In comment. in Matth. c. 12.

Ephes. 1.

Marc. 3.

Controuerf.
tom. 1. contr.
6. l. 1. c. 4.
Aliaprobatio.

1. Petr. 4.

Hebr. 12.

Eccles. 12.

Job. 9.

Rom. 2.

In 1. Domin.

Aduentus.

Job. 35.

Homil. 7. in

epi. ad Hebr.

2. Thessal. 1.

uerfis Roberti Belarminij qui eas singulas refutat, PORRÒ, & aliam ex Scripturis demonstratio- nem afferemus, qua probetur Deum in futuro seculo, & post hanc vitam ante supremi iudicij diem pœna temporali purgare peccata filiorum suorum, id est, iustorum. Apostoli quum tractant de disciplina filiorum Dei, vt Petrus, quum dicit, *Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio?* item Paulus quum dicit, *Quis filius quem non corripit Pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij estis:* loquuntur non de vulgaribus, & communibus tentationibus, aut afflictionibus, sine quibus etiam vita impiorum raro traducitur, sed de peculiaribus castigationibus, & propriis filiorum qui à Deo recesserunt: quod ideo recedentes corrigit, vel, vt redeant, vel, vt purgentur, & expientur ab omni, tum culpa, & macula, tum pœna peccatis debita. Docent videlicet, iustitiam Dei purgatiuam ad omnes se extendere etiam filios Dei, imo ad eos ante alios. Idem aliæ Scripturæ docent. *Cuncta qua sunt (ait Salomon in extremo fine sui Ecclesiasticis) adducet Deus in iudicium pro omni abscondito, siue bonum sit, siue malum sit.* Et Iob dicit, *Omnia opera mea verebar, sciens quòd non parceres delinquenti.* Atqui in hac vita peccata iustorum non semper puniuntur, imò perorò. Nunc enim tempus est misericordiæ, & dispensationis gratiarum, postea verò fit reuelatio iusti iudicij Dei, vt alio in loco explicuimus. Et de hoc tempore, ait Iob, *Omnipotens nunc non infert furorem suum, nec visitat scelus validè.* Quare in hac vita est potius quidam veluti gustus iudicij Dei, quam exactum iudicium, vt copiosè ostendit Sanctus Chrysostr. Vnde, & Apostolus præsentibus tribulationes iustorum vocat *exemplum* siue ostensionem *iusti iudicij Dei.* Necessariò igitur sequitur Deum in altera vita, idque ante extremum iudicium, vbi non Purgatio aliqua temporalis, sed retributio æterna adhibetur, peccata iustorum purgare. Hoc fit in purgatorio. Et certe hæc disciplina, & castigatio filiorum Dei nisi esset communis omnium qui sunt de eius familia, tum

esset apud Deum acceptio personarum (quod toties * Scriptura negat) tum alioqui spes superesset impunitatis, quæ coniuncta cum ea qua nobis ipsis naturaliter fauemus, indulgentiæ, excluderet in plerisque timorè huius disciplinæ, & quisque præsumeret de numero impunitorum se fore. Necessariò igitur post hanc vitam adhibetur, quæ in hac vita adhibita non fuit, partim peccatorum leuium expurgatio, partim pœnarum grauioribus peccatis, sed condonantis debitarum exolutio.

NE QV E verò huic purgationi, & expiationi peccatorum post hanc vitam magis repugnat plenissima Christi satisfactio in cruce perfoluta (cui nos nefariè derogare per hanc purgatorij doctrinam nefarij hæretici nequiter mentiuntur) quàm illæ quæ in hac præsentis vita à Deo infligitur peccatorum pœna, etiam eorum quæ iam remissa fuerunt, vt in Dauide post pœnitentiam & condonationem manifestam, vt in fratribus Ioseph post viginti annos à peccato perpetrato (quo toto tempore eos non pœnituisse quis audeat dicere?) vt in peccato populi contra Deum murmurantis in deserto, cui ad preces Moysi Deus pepercit, sed ita, vt in pœnam murmuris nemo illorum terram promissionis ingrederetur. Nam vt Deus in hac vita non solum ad exercitium & exemplum aliorum (vt cauillatur Caluinus, putans fice euadere) sed etiam iuste corripit & castigat filios suos delinquentes, iuxta Apostoli ad Hebræos & D Petri verba superius citata. neque hoc satisfactioni Christi quicquam derogat, sic & in altera vita. Nempe Christi in cruce satisfactio, etsi pretium esset pro pœnis omnium totius mundi peccatorum sufficiens, tamen sicut incredulis seu infidelibus, credentibus quoque, sed sceleratis & impœnitentibus ea nihil prodest (quod hæretici ipsi consentunt) quia videlicet tãtum illud pretium talibus applicari diuina iustitia, quæ semper misericordiæ suæ comes est, non permisit, sic planè ipsis iustis & pœnitentibus, sed qui nullas vel non satis iustas suorum peccatorum pœnas exoluerunt, Deus noluit illud pretium simpliciter applicare absque quadam propria cuiusoue cruce, casti-

* 2. Par. 19.

Act. 10.

Rom. 2.

Coloss. 3.

1. Petr. 1.

Christi satisfactio non repugnat Purgatorio.

2. Reg. 12.

Gen. 41.

Nam. 14.

gatione, & disciplina: quæ, vt in hac vita nõ est iniu-
sta, sic nec in altera vita: sed vtrobiq; iustissime adhi-
betur, tum propter ingratitude[m] relapsorũ, quam
vehementer in epist. ad Hebræos Paulus exponit,
tum, vt extaret disciplina in Ecclesia sua eiusque timor
perpetuus optima virtutum custos, tum denique, vt verum illud semper esset, quia verũ est quod
Scriptura dicit, & solui nõ potest, *vnuerse via Domini
misericordia, & veritas* Atque hæc pauca pro concio-
ne sufficiant ad purgatorij veritatem etiam ex Scri-
pturis stabiliendam. Alia multa loca sunt quæ idem
probant, illa vide apud Rob. Belarminium loco ci-
tato, & in tractatu doctissimo Henrici Vici de des-
censu Christi ad inferos, qui neruose admodum
hanc materiam tractauit, nõque ex eo pluraque de-
sumpsimus. Iam verò totam veterem Ecclesiam Pur-
gatorium agnouisse, hoc est, pro defunctis fide-
libus diligenter orasse, vt à peccatis soluantur, iuxta
fidem, & consuetudinem veteris populi, teste Scrip-
tura, innumera testimonia probant, quæ mox pro-
feremus.

N V N C quæ sit hæc Purgatorij pœna, paucis di-
cendum est, quæ secunda fuit distributionis nostræ
particula. Esse pœnam ignis omnes illi Patres tes-
tantur, qui de hoc Purgatorio animarum scribunt,
precæque Ecclesiæ ostendunt, qui propriè pro resur-
gatione animarũ orãt, iuxta illud antiquissimũ Tertul-
liani. *Pro anima eius orat (defuncti mariti) & refrigerium
interim adpostulet ei. Sic Paulinus ad Delphinũ Episcopũ
commendans illi animam fratris sui, Fac (inquit)
vt orationibus tuis condonetur tibi, & vt illius animã de mi-
nimo sanctitatis tuæ digito distillans refrigerij gutta res-
pergat. Hęc ille, aliudens ad illud Euangelij, Crucior in
hac flamma. Nempe quum pœna inferni, & pœna Pur-
gatorij, non specie, sed duratione tantũ differant,
vt eius pœna certissimè ignis est æternus, sic valde
probabiliter huius pœna ignis est temporalis. Vnde
Gregorius Nyssenus. Nõ poterit à corpore egressus diuinitas
particeps fieri, nisi maculis animo immixtas purgatorius
ignis abstulerit. Sic, & Ambrosius. Etsi saluus faciet Domi-
nus seruos suos, & salui erimus per fidem, sic tamen salui
quasi*

quasi per ignem. Etsi non exuremur, tamen vrenur. Et a-
pertissimè Augustinus. *Qui temporalibus penis digna
gesserunt, per ignem quemdam purgatorium transibunt, de
quo Apostolus inquit: saluus erit sic tamen quasi per ignem.*
Nã Diuus Augustinus (quod hæretici imperitis per-
suadent) de purgatorio igne numquam dubitauit, sed
quum duobus in locis scribat, posse dubitari, & que-
ri an post hanc vitam animæ torquætur purgatorio
igne, non dubitat de pœna animarum purgatiua, sed
de modo, & qualitate huius pœnæ. Nam in priore
qui est de ciuitate Dei, id solũ dubitat an ignis
purgatorius sit idem in substantia cum igne gehæ-
næ, in quam tamen sententiam totus propendit li-
bro eodem cap. 10. In posteriori loco qui est in
Enchiridio dubitat, an post hanc vitam vrantur
animæ igne illo doloris de amissione temporalium,
quo hîc vri solent, quum rebus valdè dilectis care-
re coguntur. Alioqui constantissima est Augustini
doctrina quodam igne purgatorio animas fidelium
defunctorum expiari. *Quis forte (inquit) agrum suum
non coluerit, & spiritus eum opprimi permiserit, habet in hac
vita maledictionem terra suã in omnibus operibus suis, &
post hanc vitam habebit, vel ignem purgationis, vel pœnam
æternam. Rursum alibi. Prius purgandus est igne pur-
gationis, qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis. falsa punit.
Et alio in loco. Totis viribus vnusquisque laboret, vt ca-
pit. 17. pitalia crimina possit euadere, & minuta peccata ita bonis o-
peribus redimere, vt de ipsis nihil videatur remanere, quod de sanctis.
ille ignis possit absumere. Hęc ille, & multa alia huc per-
tinentiarum eodem sermone. Sed, & super psalmos,
tractans illa verba, Domine ne in furore tuo arguas me,
neque in ira tua corripas me, ea sic exponit. Domine ne in
furore tuo arguas me, Non sum inter illos quibus dicturus es,
Ite in ignem æternum, &c. Neque in ira tua corripas me, (vel
vt ille legit, emendes me) vt in hac vita purges me, & talem
me reddas, cui iam emendatorio igne non opus sit, propter illos
qui salui erunt, sic tamen quasi per ignem. Et paulo post. Et
quia dicitur, saluus erit, contemnitur ille ignis. Gravior tamen
erit ille ignis quam quisquid potest homo pati in hac vita. Hęc
ille, & multo illic plura, vt non dubites illum de
igne purgatorio post hanc vitam scribere, cumque
ignem*

ca. 6. & 10.
Prouer. 3. &
Hebr. 12.

Psal. 5.

Henricus Vi-
cus de descen-
su Christi ad
inferos An-
twerp. ann.
1586.

2. Mach. 12.
De pœna Pur-
gatorij.

In li. de Mo-
nogamia.

Epist. 5.

In orat. pro
mortuis.

In Psal. 36.
Homil. 16.
ex 50. homil.

Lib. 21. c. 26.

cap. 69.

De Genes.
contra Man.
lib. 2. c. 20.

De vera. &
eap. 17.
Sermon. 41.

Enarrat. in
Psal. 37.

ignem constantissimè agnoscere. Sed nunc ad Augustinum, quem de igne purgatorio dubitare perfrecta fronte iactitant Protestantes, alios iungamus Patres. D. Hieronymus super Esaiam ita scribit. *Sicut Diaboli, & omnium negatorum atque impiorum qui dixerunt in corde suo, non est Deus, credimus eterna tormenta, sic peccatorum atque impiorum, & tamen Christianorum, quorum opera in igne probanda sunt, atque purganda, moderatam arbitramur, & mixtam elementiam sententiam iudicis. Hæc ille D. Gregorius ille Magnus apertissimè. De quibusdam, inquit, leuius culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est. Iterum alio in loco. Scio futurum esse, ut post huius vitæ exitum, alij flammis experientur purgatoris, alij sententiam æterna subeant damnationis. In eandem quoque sententiam scribunt Græci Patres, & ignem purgatorij cū Latinis agnoscant, licet rectiores isti schismatici Græci huiusmodi locum agnoscere nolint, pro defunctis tamen fidelibus nihilominus orent. D. Basilius super Esaiam sic scribit. *Si per confessionem detexerimus peccatum, iam sacrescens gramen arefcimus. Et infra. Non omnimodam internecionem, & exterminium comminatur, sed inuit expurgationem iuxta Apostoli sententiam: Ipse autem saluus erit quasi per ignem. Post hunc Theodoretus paulò apertius tractans illam Apostoli sententiam, hunc, inquit, ignem purgatorium credimus, in quo animæ defunctorum probantur, & repurgantur, sicut aurum in consistorio. Origenes etiam de hoc igne purgatorio Pauli verba intelligens sic scribit. *Qui saluus sit, inquit, per ignem saluus sit, ut si quid forte de specie plumbi habuerit admixtum, id ignis detoquat, & resoluat, ut efficiantur omnes aurum purum. Postremò, & Eusebius Emisenus Episcopus. Hæc pœna infernalis illos manebit, qui amisso, & non seruato baptismo in æternum peribunt. Hi verò qui temporalibus penis digna gesserunt, per fluium igneum, per vada feruentibus globis horrenda transibunt. Tot ergo Patrum Latinæ, & Græcæ Ecclesiæ testimonio pœnam purgatorij ignem esse liquidò apparet. Quare, & hanc pœnâ esse omnibus aliis in hoc mûdo pœnis longè grauiorem, multi Patres tradiderunt: Augustinus imprimis, ut verba eius in Psal. 37. citata ostendunt. Et alio in loco. *Hic ignis (de purgatorio lo-****

quens) est æternus, inquit, non sit, miro tamen modo est grauis. Excellit enim omnem penam quam unquam passus est aliquis in hac vita. Et iterum alibi. *Dicit aliquis. Non peritæ ad me, quam diu moras habeam: si tamen ad vitam æternam perrexa. Nemo hoc dicit fratres, quia ille purgatorius ignis durior erit quàm quicquid potest in hoc seculo penarum videri, aut cogitari, aut sentiri. Nec dissimiliter B. Gregorius Romanus. Idem, inquit, transitorius ignem omni tribulatione præsentis existimo intolerabiliorem. Beda quoque Augustinum sequutus in expositione Psal. 37. nulla ait esse supplicia Martyrum, vel latronum cum illis purgatoris pœnis conferenda. Idem scribit Anselmus in comment. in Paulum, ad 1. Cor. 3. cap. & Diuus Bernardus in sermone de obitu Humberti. Quæ tamen Patrum verba sic intelligenda videntur, ut maxima sanè purgatorij pœna sit maior maxima quauis pœna huius vitæ: aliqua verò pœna purgatorij minor ac leuior reperiat aliqua pœna huius vitæ: ne vel æqualis, vel semper acerbissima quorumlibet fidelium defunctorum pœna purgatoria esse cuiuspiam videatur. Ac de pœna purgatorij hætenus.*

Nunc ut quales demum personæ purgatorio igne expiandæ sint, & consequenter qualibus defunctis orationes Ecclesiæ profint intelligatur, tribus quasi verbis id explicabitur. Iste videlicet ignis expurgatorius, nec infideles, nec hæreticos, aut schismaticos, nec impœnitentes Catholicos, sed eos solos expiabit, & purgabit, qui vel cum venialibus tantum peccatis moriuntur, vel cum reatu pœnæ grauioribus criminibus debita decedunt, culpis ipsis iam remissis, & condonatis. De peccatis venialibus discretè Gregorius. *De quibusdam leuius culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est. Et ante eum D. Augustinus, sacrificia siue altaris, siue elemosynarum quum pro baptizatis defunctis offeruntur, pro non valde malis propitiatioes sunt. Nempe hæc leuiora peccata sunt, ligna, fenæ, & stipula, super fundamentum fidei in Christum adificata, quæ ignis iste purgatorius declarabit, ut illum Apostoli locum quàm plurimi veteres exposuerunt,*

Serm. 41. de Sanctis.

In Psal. 3. peniteat.

Quales animæ in purgatorio expiantur.

Dialog. l. 4. cap. 39. Ad 8. Dul. tij quæ. 9. 2.

1. Cor. 3.

2 Ori-

In sine com-
mentarij.

Dialog. li. 4.
ca. 39.

In Psal. 3.
peniteat.

In cap. 9.
Esaiæ.

In cõment.
ad 1. Cor. 3.

Homil. 6. in
1. rodum.

Homil. 3. de
Epiphani.

De verè &
falsa penit.
cap. 13.

a Homil. 6.
Exod. & 8.
in Leuit.
b de Spiritu
S. cap. 1.
c lib. 2. ad-
uer. Iouinia-
num.
d Serm. 20.
in Psal. 118.
e Conc. 3 in
Psal. 37.
In Luc. c. 12.

In Psal. 118.
ad illud, Con-
cupiuit ani-
ma desidera-
re, &c.
Serm. de obi-
tu Humberti.

Serm. 2. de
S. Andrea.

a Origenes, b Basilius, c Hieronymus, d Ambrosius, e Augustinus, alijque supra citati. Vide hunc Pauli locum diligenter, & accuratè explicatum ab Henrico Vico in tractatu de descensu Christi ad inferos: & apud Rob. Belarminium tom. 1. Controuers. Contro. 6. lib. 1. cap. 4. qui & omnes hæreticorum cauillationes contra hanc explanationem soluit & refutat. Porro de grauioribus peccatis, quibus per penitentiam delictis pœna tamen temporalis exoluenda manet, per hunc ignem purgatorium expiandis, sic scribit Theophylactus. *Hoc autem dico, propter oblationes, & distributiones quæ fiunt pro defunctis, quæ non parum conducunt, etiam iis qui in grauioribus delictis mortui sunt.* Sic & S. Hilarius. *Nobis, inquit, est ille indefessus ignis obbeundus, in quo subeunda sunt grauiora illa expianda a peccatis animæ supplicia.* Hæc expiatio animæ a grauioribus delictis, est exolutio pœnæ temporalis illis debita. De qua pœna exoluenda sic scribit D. Bernardus. *Volat fratres, irrenocabile tempus, & dum creditis vos cauere istam pœnam minimam, incurritis ampliolem. Illud enim scitote, quia post hanc vitam in purgatoriiis locis centupliciter quæ fuerint hic neglecta redduntur usque ad nonissimum quadrantem.* Sic & Petrus Damianus grauis ac doctus Author. *Non tibi blandiaris si grauius peccami leuior penitentia a mansuetos, vel a dissimulante dicitur, quum in purgatoriiis ignibus perficiendum sit quicquid hic minus feceris, quia dignos penitentia fructus querit alissimus.* Hæc ille. Illos ergo pœna ignis purgatorii expiat, illi ab hac pœna orationibus Ecclesiæ, vt liberentur adiuuantur, quorum vel lenia fuerunt in hac vita peccata, vel grauia quidem, & per penitentiam condonata, sed per pœnas temporales illis ex ordine diuinæ iustitiæ debitas nondum expiata.

Animas defunctorum precibus inuariat.

N V N C quod postremo loco demonstrandum suscepimus, an viuorum precibus, suffragiis, elemosynis, inuari defuncti fratres possint, vt hæc purgatorii ignis pœna, vel mitigari, & relaxari, vel etiam penitus condonari illis possit dispendium est. Negant fortissimè omnes horum

tem

temporum hæretici. Crediderunt semper indubitatè omnium temporu Catholicis, vt nunc ex totius Antiquitatis luculentis testimoniis ostendetur, si prius apertissimum S. Scripturæ testimonium proferamus. Sic enim in lib. Machabæorum legitur. *Vir fortissimus Iudas facta collatione 1200. drachmis argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum.* Et paulo post. *sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur.* In quibus verbis multa docemur.

1 Primùm posse mortuos post hanc viam solui, & proinde esse purgatoriu. Secundò non expiari semper in ipsa morte omnes peccatorum reliquias, vt Lutherus voluit. Nam isti pro quibus orari iussit Iudas, mortui erant morte violenta, eaque pro religione suscepta, tamen credebatur eos adhuc non esse plenè purgatos. Tertio posse hominem sanctè, & piè mori, & tamen habere debitum aliquod soluendum, vel propter peccata venialia in vita non remissa, vel propter satisfactionem pro mortalibus remissis non planè expletam. Nam Scriptura hoc loco dicit eos pro quorum peccatis iussit orare Iudas, *Cum pietate dormitionem accepisse. Quæ sanè tria confirmant ea quæ supra diximus in primo & tertio.*

4 Quartò sacrificia, & orationes viuorum prodesse defunctis, quod huic loco proprium est. Quintò denique hæc omnia de fide esse, quia in Scriptura diuinitus inspirata reuelata sunt. Contra hunc locum quasi contra stimulum frustra calcitrant hæretici, dicentes hunc librum inter canonicas Scripturas non numerari. Quos luculenter mendacij arguit, tum ipsa Ecclesiæ Christianæ praxis, quæ hunc librum in missa, & publico diuino officio, iam ab annis plus mille legit, vt patet ex epistola Petri Cluniacensis contra Petrobrussianos: tum vetustissimæ Ecclesiæ testimonium. Numeratur enim in libris diuinis a Concilio Carthaginensi 36. & l. 2. c. si 3. ab Innocentio 1. & a Diuo Augustino ante annos 1200. qui, & sic ait, *Libros Machabæorum non Iudæi, sed Ecclesia pro canonicis habet: qui & contra Gaudentium Donatistam eos defendit pro Scriptura canonica, qui & alibi numerat eos inter libros canonici*

2. Mach. 12.

a Can. 47.
b epist. ad
Exuperium
c. ult.
c De ciuit.
Dei lib. 18. c.
d l. 2. c.
e 13. contra
Gaudent.
de doct.
Christ. li. 2.
cap. 8.
ca

ca Scripturæ indubitatos. Citantur quoque vt diuina Scripturæ à Patribus adhuc antiquioribus, Diuo d Cap. 11. Cypriano in d lib. de exhortatione martyrij: & lib 1. epist. 3. à Sancto Gregorio Nazianzeno in oratione de Machabæis: & à Sancto Ambrosio libro 2. de Iob, cap. 10. 11. 12. Quare nostri hæretici nimium nunc ferò loquuntur de fide illis abroganda, ipsi hoc nomine omni fide, & nomine Christiano indigni, & cum Iudæis ac Donatistis hæreticis annumerandi.

Antiquitatis
testimonia.

S E N T E N T I A nunc ad antiquitatis Ecclesiasticæ testimonia veniamus pro hoc perpetuo, & generali totius Christiani populi vsu, circa orationes pro defunctis, Dionysius Areopagita D. Pauli discipulus ita scribit:

Ecclesi. hier.
cap. 7. par. 3.

Accedens deinde venerandus Antistes, precem sacram super mortuum peragit. Precatur oratio illa diuinam clementiam, vt cuncta dimittat per infirmitatem humanam admissa peccata defuncto, vniquem in luce statuat & regione viuorum: quæ plene hodierna est Ecclesiæ oratio. Tertullianus in lib. de corona militis, inter traditiones Apostolicas numerat suffragia pro defunctis. Eandem traditionem agnoscit D. Chrysostomus. Non temere (inquit) ab A-

Homi. 69. ad
pop. Antioch.

postolis hæc sanctificata fuerunt, vt in tremendis mysteriis defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim multum illis inde cõtingere lucrum, utilitatem multã: Quod & mul-

* Homil. 32.
in Matt. 84.

tis aliis in locis repetit, vt rem populo Christiano exploratissimam. Diuus Augustinus vniuersæ Ecclesie in Ioan. 3. in sua consuetudinem hanc esse contestatur. In Machabæorum (inquit) libro legimus oblatum pro mortuis sacrificium. Sed est usquam in veteribus scripturis legeretur, Libr. de cura non parua est vniuersæ Ecclesie, quæ in hac consuetudine pro mor. c. 1. claret, auctoritas: Vbi in precibus Sacerdotis, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet mortuorum commendatio. Et rursus alio in loco. Orationibus sancte Ecclesie, & sacrificio salutari, & elemosynis quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuari, vt cum eis misericordius agatur à Domino, quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim à Patribus traditum vniuersa obseruat Ecclesia, vt pro eis qui in corporis & sanguinis Christi communiõne defuncti sunt, quantum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur, ac pro

De ver. Ap.
sermo. 34.

illis quoque id offerri commemoretur. Est ergo Apostolica traditio, est fides vniuersæ Ecclesie pro defunctis Sacrificium Missæ offerre, orare, elemosynas facere, vt huiusmodi suffragiis à pœnis sublequentur, & (vt Augustinus loquitur) vt misericordius cum eis à Domino agatur. Quare ipse Augustinus ita hoc credidit, vt pro matre sua Monica non tantum oreret ipse in confessionibus suis, sed præterea lectores suorum operum instanter roger, vt pro patre eius Particio, & matre Monica Deû orare dignentur. Sic S. Ephrem moriens commendat se orationibus suorum. Sic Theodosius iunior procumbens ad reliquias Sancti Ioannis Chrysostomi orauit: pro animabus parentum suorum, Arcadij, & Eudoxiæ iam defunctorum, vt commemorat Theodoretus. Sic Constantinus ille magnus in celebri templo sepeliri voluit, vt multarum orationum patriceps foret, vt narrat Eusebius in vita eius. Sic Sanctus Ambrosius Faustinum amicum suum de morte sororis contristatum his verbis hortatur. Itaque non tam deplorandam quam persequendam orationibus reor, nec maestificandam lachrymis tuis, sed magis oblationibus animam eius Deo commendandam. Hæc veterum patrum fides, pietas, religio fuit. Hæc pietate defunctorum animas plurimum iuari certissime credebant. Vnde Cyrillus Hierosolymitanus. Denique pro omnibus oramus qui inter nos vita functi sunt, maximum credentes esse animarum iuuamen, pro quibus offertur obsecratio sancti illius, & tremendi sacrificij. Sic supra Chrysostomum loqui audiuius, sic, & Theophylactum. Sic Gregorius Magnus. Multum (inquit) solet animas etiam post mortem sacra oblatio hostiæ salutaris adiuuare, ita, vt hæc nonnumquam ipse defunctorum anima expetere videatur. Cuius illic exempla subiungit. Certè apud Diuum Bernardum Sanctus ille Malachias moriens, Non parum (inquit) spei mihi repositum est in illa die, qua defunctis tanta à viuis beneficia impenduntur: de hoc ipso die loquens, & commemoracionem omnium defunctorum quæ hodie fit significans. De qua etiam præsentis solemnitate sic Augustinus scriptum reliquit. Non sunt prætermittendæ supplicaciones pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omni-

illis quoque id offerri commemoretur. Est ergo Apostolica traditio, est fides vniuersæ Ecclesie pro defunctis Sacrificium Missæ offerre, orare, elemosynas facere, vt huiusmodi suffragiis à pœnis sublequentur, & (vt Augustinus loquitur) vt misericordius cum eis à Domino agatur. Quare ipse Augustinus ita hoc credidit, vt pro matre sua Monica non tantum oreret ipse in confessionibus suis, sed præterea lectores suorum operum instanter roger, vt pro patre eius Particio, & matre Monica Deû orare dignentur. Sic S. Ephrem moriens commendat se orationibus suorum. Sic Theodosius iunior procumbens ad reliquias Sancti Ioannis Chrysostomi orauit: pro animabus parentum suorum, Arcadij, & Eudoxiæ iam defunctorum, vt commemorat Theodoretus. Sic Constantinus ille magnus in celebri templo sepeliri voluit, vt multarum orationum patriceps foret, vt narrat Eusebius in vita eius. Sic Sanctus Ambrosius Faustinum amicum suum de morte sororis contristatum his verbis hortatur. Itaque non tam deplorandam quam persequendam orationibus reor, nec maestificandam lachrymis tuis, sed magis oblationibus animam eius Deo commendandam. Hæc veterum patrum fides, pietas, religio fuit. Hæc pietate defunctorum animas plurimum iuari certissime credebant. Vnde Cyrillus Hierosolymitanus. Denique pro omnibus oramus qui inter nos vita functi sunt, maximum credentes esse animarum iuuamen, pro quibus offertur obsecratio sancti illius, & tremendi sacrificij. Sic supra Chrysostomum loqui audiuius, sic, & Theophylactum. Sic Gregorius Magnus. Multum (inquit) solet animas etiam post mortem sacra oblatio hostiæ salutaris adiuuare, ita, vt hæc nonnumquam ipse defunctorum anima expetere videatur. Cuius illic exempla subiungit. Certè apud Diuum Bernardum Sanctus ille Malachias moriens, Non parum (inquit) spei mihi repositum est in illa die, qua defunctis tanta à viuis beneficia impenduntur: de hoc ipso die loquens, & commemoracionem omnium defunctorum quæ hodie fit significans. De qua etiam præsentis solemnitate sic Augustinus scriptum reliquit. Non sunt prætermittendæ supplicaciones pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omni-

Confess. li. 9.
cap. 13.

In testa. suo

Hist. Eccl. li.
5. c. 25.

Lib. 4.

Lib. 2. Ep. 8.

Catech. 5.
mystagog.

Dial. lib. 4.
cap. 55.

In vita Malachia.

De cura pro
mortuis ger.
cap. 1.

bus in Christiana & Catholica societate defunctis, etiam tunc nominibus, quorumque sub generali comemoratione suscipit Ecclesia, ut quibus ab ista defuncti parentes aut filii, aut quicumque cognati vel amici, ab una eis exhibeatur pia Mater communis. Hæc ille, vt hodiernam solennitatem non nouellam aliquam, sed profus antiquissimam esse, & ex causa singulariter pia quam hic S. Augustinus posuit, institutam fuisse importuni discant hæretici. Postremò tanti sebat hæc Ecclesiæ pro defunctis oratio, maxime sancti sacrificij pro illis oblatio, vt ante annos 1300. tamquam singulari beneficio illis priuaretur qui grauiter in Ecclesiæ leges peccassent. Sic enim apud D. Cyprianum legimus. *Episcopi antecessores nostri censuerunt, ne quis frater excedens ad tutelam vel curam Clericorum nominaret: ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur.* Hæc ille ante annos 1300. & amplius. Quid ergo ad tantam totius Antiquitatis lucem, quid ad vniuersæ Ecclesiæ tam illustrem consuetudinem, quid ad traditionem ipsam Apostolicam mutire, vel hincere audent hodie hæretici, qui nec pro defunctis orant, idèoque hæc solennitatem penitus prætermittunt, & nos qui id facimus pro insigniter superstitionis damnant? Non ignorant ante annos 1200. Aërium catalogo hæreticorum ab Epiphano & Diuo Augustino locatum fuisse hac ipsa ex causa, quòd oratione pro defunctis negaret, etsi alioqui Arianus quoque esset, vt nulla ferè hæresis sola est. Sic enim de eo scribit August. *Aerius in Ariam hæresim lapsus, propria quoque dogmata addidit nonnulla, dicens, orare vel offerre pro mortuis oblatione non oportere.* Nihilominus vt nihil nostri temporis hæreticis pertinacius, nihil impudētius esse intelligeremus, recalcitrant, & tergiversantur, & cauillantur egregie. Caluinus impudētissime scribit. *Ante mille & trecentos annos vsu receptum fuit, vt preces fierent pro defunctis. Sed omnes in errorem abrepti sunt.* Ergo Caluine per te tuamque blasphemiam mendax est Christus, de sua Ecclesia dicens; *Porta inferi non preualebunt aduersus eam.* Vide quæ in hæc verba diximus in Festo S. Petri & Pauli, Si enim vniuersa Eccle-

sia in ipso Sacrificio, & orationibus publicis, hoc est, ipsam inuocationem prophanauit, & in cultu Dei errauit, certè præualuerunt portæ inferi aduersus eam, Deo iam exosam, & foeda superstitione prophanam. At tamen, vt tantorum virorum errorem, & cæcitatem excuset, addit veteres orasse pro mortuis, non vt eos iuuarent, sed vt ostenderent erga eos *Ibidem.*
 2. *pium affectum.* Agebant (inquit) illi memoriam mortuorum, ne viderentur omnem de ipsis curam abiicisse: sed simul fatebantur se dubitare de ipsorum statu. Mendacium quoque, & hoc est, cote dignum. Tam enim frequentia testimonia audiuius planè, idè pro defunctis eos orasse, vt animas defunctorum iuuarent, Deique erga eos misericordiam impetrarent. De statu ipsorum eatenus quidem dubitabant, vt an iam æterna beatitudine potirentur nescirent: idèoque, vt ad eam citius adipiscendam iuuarentur orabant, sed de orationum suarum apud Deum effectu nihil dubitabat. *Ibidem.*
 Addit aliud mendacium. *De purgatorio certè adeò nihil asserbant, vt pro re incerta haberent.* Hoc enim mendacium arguunt omnia illa tot Patrum testimonia superius allata de igne purgatorio, quibus animæ post hanc vitam expiantur. Rursum calumniatur, dicens: *Quicquid de hac re legitur apud veteres, publico mori, & vulgi imperitiæ fuisse datum.* Sanctos, & doctissimos Ecclesiæ veteris magistros nefariè accusat. Non enim illi imperitam plebem, sed Apostolicam traditionem, & vniuersæ Ecclesiæ in sacris ipsis mysteriis peragens consuetudinem, adeoque Scripturæ sacræ exemplum à nobis prolatum, sequuta sunt, & sequutos se fuisse profitentur, vt ex verbis maxime D. Augustini supra citatis ex lib. de cura pro mortuis, & ex ferm. 34. de verbis Apostoli. An verò Episcopi veteres, orationes in ipso sacrificio publico Deo faciendas à populo dixerunt, aut ad populi imperitiæ accommodarunt? An Pastores primæ Ecclesiæ, & Apostolis proximæ oues suas sequebantur, ac nò potius oues ipsos sequeute sunt? Sed nihil est tam absurdum, nihil tam impudens, quod Caluinus effutire, & dicere non sit veritus, & quod hæreticos orantes dicere propè necessarium est, quando totius & vniuersæ Eccl

Lib. 1. Ep. 9.

In lib. de hæres. lib. 53.

Caluini euillaciones refutantur. Ins. l. 3. c. 5. u. 10.

Ecclesie robustissima consuetudini sese opponunt. Addit adhuc ex gentilitia superstitione hac pro mortuis orandi, & sacrificandi consuetudinem irrepsisse, quam Patres populo sese accommodantes retinuerunt. Atqui certissimum est veteres Patres in ethnicorum ritibus profigandis diligentissimos semper extitisse. Tertullianus, & Cyprianus, & Augustinus (quos huius consuetudinis disertissimos assertores protulimus) severissimi fuerunt castigatores omnium ethnicarum superstitionis: adeo, ut Tertullianus acerrime reprehenderit Christianos milites, qui coronam gestarent more militum ethnicorum: Cyprianus vero in libro contra Demetriadem superstitionibus ethnicis veram religionem subverti scripserit, ac demum Augustinus, tum in Epistola posteriori ad Ianuarium, tum alibi superstitiones gentilitias acerrime semper persequutus fuerit. Quare nihil hac calumnia vanius. Postremo huiusmodi cavillationes Calvinianae tales sunt, ut ad quemlibet Ecclesie Catholicae cultum subvertendum, adeoque aduersus sacramenta ipsa a pertinaci aliquo haeretico similiter proferri possent. Quis enim gentiles sua habuerint templa, sacrificia, ieiunia, suos sacerdotes, sive baptismos, suam panis oblationem, & quicquid ferè in ritibus Christianorum Spiritus Sanctus obseruandum tradidit. Sic Tertullianus ethnicarum superstitionum scientissimus, ut ex scriptis eius doctissimis apparet. *Diabolus* (inquit) *res sacramentorum in idolorum mysterijs amulatur. Tingit, & ipse quosdam ritus credentes, & fideles suos. Signat in frontibus milites suos. Celebrat panis oblationem. Habet, & virgines, habet & continentes. Denique in Romanis illi sacerdotalibus officijs, insignibus, & privilegijs morositatem illam Iudaeae imitatus est.* Haec ille. Nempe, ut alibi idem scriptor eruditè notauit: *Quantum Deo sanctitas placet, quum illam inimicus Diabolus adfectet? Non ritus, ut alicuius boni adfuit, sed, ut Dei Domini placita cum conumelia adfectans.* Haec ille. Non igitur Ecclesie Christi & utilitatem superstitionem, sed veram religionem vanam superstitio, & Deum simius Diabolus imitatur: qui, & ad crucis sacrificijs delectatur, non quia cadauerinis nidoibus, sed quia diuinis honoribus gaudet, ait alicubi

alicubi Augustinus. Sed verò haeretici nostri temporis non ut vanam superstitionem deuitent, verum, quia veram religionem odio habent, pro defunctis fratribus more omnium Christianorum orare detrectant. Haec illorum impietas tanta, tam manifestata pluribus verbis populo aperienda est, & amplificanda: & circa haec duo festa ita sibi coniuncta, de inuocatione Sanctorum in caelis, & de orando pro defunctis, quae vtraque haeretis nostris displicent, cum illis Diui Bernardi verbis concludere licet. *Videte detractores, videte canes. Irrident nos, quod oramus pro mortuis, quod sanctorum suffragia postulamus. In omni genere hominum, & in utroque statu festinant proscribere Christum, in viuis, & in mortuis. Viuos enim suffragijs Sanctorum, mortuos suffragijs viuorum spoliare contentunt.*

Serm. 66.
in Cant.

Laudes Deo qui dedit velle, & dedit perficere.

M. 3

DE

In lib. de coroua militis.

In praescrip-
tionibus.

2. ad v.
cor.



DE HÆRESIS RECIDIVA IN

BELGIO.

ORATIO IN COMITIIS

DOCTORALIBVS HABITA

DVACI, IS. OCTO-
bris. 1585.



AD MAIOREM Dei gloriam (amplissimi, & ornatissimi, & doctissimi Auditores) ad huiusceleberrimi actus ornamentum, ad vestram ædificationem, aliquid hodie dicturus, diu multumque apud me cogitavi, quid Deo gratum, quid hac celebritate dignum, quid vobis utile, dicere, tractare, & explicare possem. Neque enim ego nunc is sum, qui vel curiosis auribus quicquam dare, vel ad ostentationem aliquid dicere, vel hoc ornatissimo grauiissimorum virorum cõfessu indignum, vel ab hoc loco, & tempore, addo etiam à mea professione alienum aliquid agere velim. Dicam igitur, quod (nisi vehementer fallar) & ad Dei Optimi Maximi gloriam, & ad hunc supremæ lauræ decus, & ad audientium profectum, vel certe cautelam necessarium imprimis pertinet. Si quis ex graui, & diuturno morbo magna, & diligenti medicorum opera conualuisset, quæ illi acceptior oratio, quis sermo utilior, quod consilium opportunius dari posset, (si tamen ea, qua par est salutis suæ cura tenetur) quàm, vt id audiat, quo à simili morbo, &

ægrit

ægritudine sibi in posterum bene caueat? Si quis ex longinqua, & periculosa navigatione post multa naufragij pericula, tempestates, & procellas multas, rebus omnibus saluis optatum portum tenuit, an ingratus ei esse poterit aut nõ ei singulare beneficium contulerit, qui de isdem periculis, ac procellis in proxima navigatione euitandis, de locorum situ, de tempore navigationis opportuno, de vëtis propitiis eum diligenter instruxerit? Denique si ex quocumque vitæ, ac fortunarum discrimine recentèr aliquis euaserit importunus illi amicus erit, qui qua ratione simile discrimen postea declinet, eum diligenter monet, hortatur, ac docet? Non opinor. Sic enim natura comparatur est, vt qui primam felicitatis partem tenere non poruit, de qua vnus Poëta dixit: *Optimum est aliena seui insania*, Et alius Poëta: *Felix quem faciunt aliena pericula cautum*, saltem secundam teneat, vt vel suo malo edoctus sapiat, nec bis ad eundem lapidem impingat. Iam verò, si illud malum, è quo iam primùm liberatur, huiusmodi est, vt in illud recidere, multo sit periculosus, multoque ad curandum difficilior, quàm cum primùm id passus est, non ipsum nõ ingrata, sed, & valde opportuna, nec tantùm vtilis, sed, & necessaria, hæc erit admonitio, institutio, doctrina. At postremò, si hoc malum etiam cum certa animæ ac salutis æternæ iactura, cum luculenta diuinæ maiestatis iniuria coniunctum est, quis nõ videret talem admonitionem etiam sollicitè expetendam, vel fortè quouis etiam pretio emendam, nõ solum libenter admittendam, & audiendam esse. Atqui ab huiusmodi malo, iam dudum liberati sumus, quotquot hic adsumus omnes. Ab huiusmodi nõ vitæ tantum, ac fortunarum, sed, & salutis æternæ discrimine grauiissimo, olim florentissimum, sed nuper afflictissimum hoc Belgium, admirabili, & incõparabili Dei beneficio liberatũ est. Intelligitis, opinor, quod malum, quam pestem intelligam. Hoc malum, hæc pestis hæresis est: & quidam omnium, quæ vmquam fuerunt, siue sectarum multitudinè, siue blasphemiarum magnitudinè, siue denique ipsorum profertentiũ impietatè, pertinaciã, crudelitatem spectes terribima hæresis. Ab

hac peste plurimæ eodẽq; celeberrimæ, Flandriæ, Brabantię, & aliarũ prouinciãrũ vrbes liberatæ sunt, quare nus quæ in illis sola dudũ dominabatur, nũc planè iaceat, nec vel verbum palam mutire audeat. Ab hac peste liberatæ sunt etiã adiacentes nobilissimæ, & semper Catholicæ Artesiæ, Hannoniæ, huiusque Tripolis prouinciæ, quatenus præsentissimũ huius contagionis periculum ab hoc tam vicino, & tam potenti malo certissimè imminens, à cernicibus suis depulerũt. Sed quid? An sic ab hac peste liberatum ex longè maxima sua parte Belgium est, nullum, vt sit amplius ab eius contagione periculũ? vt huius redituri mali metus omnis penitus sublatus sit? An sic stabilita & restaurata Catholica religio est, vt nõn sit magis ab hæresis recidiua, quicquam metuendum? Equidem optimè confido eam fore & Dei erga nos misericordiã, & principum ac prælatorum Ecclesiæ curam, ac prouidentiam, & ipsius populi Belgici moderationem ac pietatem, vt numquam amplius hoc pestilens malum his in locis grassari queat. Sed sit interdum, imò nũvis sæpè accidit, vt qui ex longa ægitudine conuãluit, qui graue naufragij periculum euasit, qui ex quocumque vitæ ac fortunarum discrimine ereptus est, is quadam oscitãtia, & præteriti quiddẽ mali obliuione, præsentis autem boni dulcedine captus, ac delinuit, quasiq; alto sopore correptus, ita se negligenter gerat, vt in idem malum, primo quoque tempore recidat. De hoc igitur in hac causa grauissima periculo, de hac hæresis recidiua, diuino auxilio, vel strãque omnium humanitatè fretus, hoc tempore ac loco dicere institui. Enimuerò præueniendum hoc malum est, nõn expectandum. Nauis quum per rimulas aquam bibit, in portu non in freto sarcinosa est. Mœnia ciuitatis distrũpta in pace non in bello rescindunt. Equis in ipso cursu nemo frena iniicit, sed longè antè. Denique arma ante pugnam non in ipsa pugna præparanda sunt. Quare Alexander magnus instructa iam ad prælium acie, quum cerneret militem quemdam id temporis amentum telo adaptantem, vt inutilem ab exercitu submouit. Sic in pacè de bello hæreticorum cogitan-

Plu. in Græc.
apophth.

pitandum est: & qui tam foelices non fuimus, vt ab hac peste prius immunem essemus, saltem secũdum hoc obtineamus; vt ab ea semel liberati, ab eius recidiua sapienter caueamus. De hac igitur hæresis recidiua, eo ordine agã, vt primum quam sit res illa ex se, & in suo genere periculosa Deoq; exosa: secũdo lo co quo in hoc Belgio merito timeri debeat: tertio ac postremo quibus medijs ac vijs caueri possit, breuiter explicẽ. Quæ tria dum pertracto, vos Auditores humanissimi diligẽter quaeso, quod facitis, attendite.

Si in corporum morbis quo quisque morbus grauior est, magisq; valetudinem infectat, eo quoque eius morbi recidiua periculosior est, & difficilius curatur, multo magis in animorũ morbis, & corruptelis id locũ habet. Nã, vt ipse animi morbus semper difficilius curatur, quàm corporis ægrotudo, hic & eius recidiua. Difficilius autè animorũ morbi, quàm corporũ curantur, quia rarius, & difficilius cognoscuntur: quum tamen ad curam morbi nihil magis impellere soleat, quàm quod sensum mali percipimus. Vbi enim nullus mali sensus est, nec eius remedium quaeri potest. At animorum morbos difficilius agnoscere quàm corporum, vel ex eo manifestum est, quòd corporis morbi pulsibus arteriarum, vultusque pallore deprehenduntur, feruor quoque insolitus, aut tremor, aut facilis lassitudo hoc solet arguere. Contra animi mala nec vllis huiusmodi signis se produnt, & præterea pleroseque ita fallunt, vt etiam pro malis non habeantur. Vnde sit, vt febrem quidem nemo sanitatem dixerit, nec tabem quis appellauerit bonam corporis habitudinem, nec podagram pedum velocitatem, nec pallorem ruborem, vitis tamen virtutum nomina sæpè imponentur: vt iræ fortitudo, amoris amicitia, inuidiæ æmulatio, superbiam magnanimitas, auaritiæ frugalitas, ignauiæ cautela ac diligentia. Et hanc sanè ob causam corpore ægroti medicos quamprimum accersunt: animo ægri etiam oblatam medicinam respuunt. Quid dico, respuunt? Hostem arbitrantur, qui medelam offert. Iam verò, vt hoc in vniuersum de omnibus animi vitijs ac malis, verum est, ita maximè in hæresi,

Partitio.

1. Pars.

Animi mala
difficilius curantur.

quæ sola talis animi ægritudo est, vt ea qui laborat, eam agnoscere nullo modo possit. Cetera enim vitia etsi interdum pro huiusmodi agnoscantur, voluptate tamen sua peccantes trahunt, & infiniti sunt qui scientes voluntatem Domini, non faciunt eam, & qui videntes lucem, diligunt tamen tenebras magis quam lucem. At hæresis quæ certæ alicuius scientiæ opinio est singularis, & persuasio pertinax, cum erroris opinione, id est, cum morbi agnitione consistere nequit. Hinc porro consequitur, quod vt hæresis animi morbus est occultissimus, ideoque ad curandum difficillimus, sic etiam eius recidua multis adhuc modis maiorem afferat curandi difficultatem. Sicut enim inter corporis morbos febris quia acutissimus est, maximèque latè patens (omnes enim corporis partes tenet) ideo & eius recidua longè est periculosissima, quumque ex ipsa febris innumeri quotidie conualescant, ex eius recidua paucissimi incolumes euadunt: sic hæresis, quia is animi morbus est vehementissimus, maximèque generalis (totam enim mentem occupat, quum & intellectum, fide, & voluntatem charitate, cæterisque consequenter virtutibus omnibus spoliatur) eius quoque recidua est omnium malorum maxima, & ad sanitatem recuperandam difficillima. Porro febris recidua difficillimè curatur, non quidem propter morbi magnitudinem, sed propter subiecti debilitatè. Ex febre enim sanatus, quia ad illam sanationem necessaria erat & venæ sectio, & superflue materiæ abductio, & peccatis humoris correctio, atque per fortiora remedia maturatio atque concoctio, quæ quidem omnia in prima ægritudine sustinere adhuc infirmus potuit propter corporis vires nondum exhaustas, sed afflictas tantum: eadem post morbum morbiq; curam, quæ duo corpus variè exhauriunt, viresque frangunt, perferre amplius non potest. Vnde fit vt in morbum relabens, nec iam per propria illa & faciliora media curari valens, vel per extraordinaria difficillimè, vel certè non omnino sanetur. Eodem planè modo in hæresi se res habet. Primus enim in hæresim lapsus, quia necdum gratiæ vires in populo hæretico exhaustæ sunt, sed aliquæ adhuc

Hæresis recidua febris recidua comparatur.

adhuc prisce fidei ac pietatis scintillæ relucet, vel per Ecclesiasticam disciplinam, quasi per venæ sectionem, vel per diuinitus inflictas pœnas, famem, pestem, bellum, quasi per superflue materiæ abductionem, vel per salutarem instructionem atque doctrinam, quasi per peccantis humoris, id est, erroris hæretici correctionem, non ita difficulter sanari potest. At verò idem populus in hæresim relapsus, nec pristina iam remedia capit, vt pote quæ iam olim semel abiecit atque cõtempnit, & fortè exhaustus non habet quod subtrahatur. nec noua remedia sustinet aucta iam pertinacia, proprio huius morbi malo. Huc accedit (quod in febre recidua locum non habet) ipsa secundi morbi magnitudo & grauitas longè alia, quam primi, propter ingentis ingrati tudinis vitium, quæ noua circumstantia est peccatum vehementer aggrauans, & propter quam peccata semel dimissa redire summi Theologi constanter docent. Etsi enim verum non sit peccata semel dimissa in recidiuante sic redire quoad pœnam, vt perinde à Deo puniantur, ac si nunquam per pœnitentiam dimissa fuissent, tamen illud certissimè constat ingrati tudinem eius, qui accepta alicuius grauioris peccati remissione (quod maximum Dei beneficium est) denuò in idem relabitur, grauissimam esse benefactoris Dei offensam, suæque propria & peculiari pœna dignam. Est autem repetitis peccatis, & ingrati tudini adiunctæ solemnissimæ & visitatæ pœna, deserui à Deo, vel (vt loquitur acris Scriptura) tradidi in reprobam sensum. i. post recidua non respiscere. Hanc ob causam sanato à se paralytico Christus in Euangelio grauissimè interminatur dicens, *Ecce sanus factus es, iam noli amplius peccare, ne tibi deterius aliquid contingat.* Apposita quoque parabola rem illustrat, docens spiritum immundum redire interdum in domum vnde exierat: & tunc postero ra hominis illius fieri peiora prioribus. Quod in vniuersum de omnibus qui accepto sancto mado retrosum cõuertuntur, & inquinamētis seculi rursus implicati superantur, pronuntiat Apostolus Petrus. Paulus quoque, vt à peccati recidua fideles potentissimè absterret, impossibile esse ait eos qui semel illuminati

Ingratitudo recidua aggrauat.

Rom. 1. Peccati recidua.

Ioan. 5.

Luc. 11.

2. Petr. 2.

Hebr. 6.

Hæresis recidiua ex pœna relapsi manifestatur.

ti sunt, rursùmque prolapsi ad pœnitentiam, renouari. Quæ omnia si de quocumque flagitij ac facinoris genere vera sunt, de ipsa hæresi eiusque recidiua verissima esse dubitari non debet. Cuius rei argumentum est, quòd aliis peccatis atque sceleribus etiam aliquoties repetitis peracta pœnitentia Ecclesia ignoscit. At post semel abiuratam hæresim, in hæresim relapso iterùmque abiurati pœnam mortis Ecclesia nõ remittit. Quo grauissimo suo iudicio docere nos voluit, quàm longè superet & sceleris magnitudine & pœnæ grauitate cæterorũ omnium criminum relapsus vnus hæresis recidiua. Docere etiam nos voluit ipsa Dei terribilia iudicia (quorũ haud dubiè certissima figura Ecclesiasticum iudicium est) quanta & qualia sint circa hæresis recidiuam. Nimirum & homines priuatos, & totas prouincias ac regiones frequenter Deus Opt. Max. à primo in hæresim lapsu reuocauit: sed in hæresim denuò relapsos in æternum plerumque deseruit: imò ab hæresi in paganismum interdũ recidere passus est. Et priuatorum quidem ac particularium hominum exẽpla domestica tam in Anglia multa, quàm in hoc Belgio aliqua in mediũ proferri possent, nisi illud odiosum videretur, & à re proposita non nihil alienum, qui de generali alicuius gentis, non de priuata cuiusuis in hæresim recidiua, hoc iã potissimum loco disputamus. Recolat tamen apud se vnusquisque quos vel ex noticia propria vel ex auditu non incerto in hæresim aliquãdo, vel lapsos, vel relapsos cognouit, & verissimum esse quod diximus faciliè comperiat. Regionum & regnorum exempla aliquot proferã, quæ nobis omnibus documento esse debent, quàm sit horrendum incidere in manus Dei viuentis: quod propriè de relapsis, siue de voluntariè peccatis post acceptam notitiam veritatis, dixit Apostolus. Quo loco nunc sint florētissimi quondam totius Orientis & Africæ populi, & quàm miseram seruitutem seruiãt tam corporis quàm animæ sub detestandi Mahometis iugo, qui olim in Christianæ & Catholicæ religionis professione quasi primas partes obtinebant, vndeque splendidissima Ecclesiæ lumina per multos annorum curriculos toti

Hebr. 10.

Hæresis recidiua causæ Mahometismi in Africa.

orbi

orbi illuxerunt, satis omnibus compertum & exploratum est. At sola hæresis recidiua latissimos illos tractus Sarracenis primùm posteaque Turcis (horum principio fociis, sed postea per intestinam seditionem Dominis) subiecit. Africa quidem vniuersa saltem cultior illa, & magis habitata, vsque ad Sancti Augustini tẽpora annis amplius 400. Christianam & Catholicam religionem (quam ab initio propagati Euangelij acceperant) integram & illibatam cõseruauit. Sed cum sub vltima eius ætate schisma quoddã à Romanæ Ecclesiæ vnitatem, & obedientiam fecissent tempore Cælestini, & Bonifacij 1. Romanorum Pontificũ, vt in epistola Decretali Bonifacij 1. ad Eulalium Alexandrinum Patriarcham manifestè patet, ac centum annis post per Eulaliũ Carthaginensem Primatem submissione facta, rogante etiam & intercedente Iustino seniore Imperatore reconciliati fuissent (vt ex dicta Decretali cõstat) restituta est Africanis Ecclesiis pax & concordia Catholica, variæque Donaristarum, Manichæorum, & Arrianorum hæreses, quæ hoc interea temporis dominantibus in Africa Vandalis, Arrianis, & solam Catholicam acerbissimè persequentibus mirabiliter creuerunt, huius Bonifacij 2. & succedentium Romanorum Pontificum opera (maximè Gregorij magni & primi) repressæ, & extinctæ sunt, Vandalorum quoque iugo statim post dictam reconciliationem per Belisariũ Iustiniani Imperatoris Ducẽ fortissimum excusso. At verò vix aliis centum annis post sub Heraclio, & Constante nepote eius Imperatoribus Monothelitis, quum & illa hæresis in Africa grassaretur, fieretque post tot illas antedictas hæreses feliciter euictas noua recidiua, à Sarracenis Mahometistis subacti, in illorum quoque perfidiam transferunt, nec ab eo tempore, quum mille iam ferè anni effluerint, ab illa peste Mahometana se explicare potuerunt. Orientalis autem Ecclesia, sub cuius nomine Syriam, Persidem, Aegyptum, Asiã minorem vniuersam, etiam aliquã Europæ partem, Thraciam & Bulgariam comprehendimus, & Greca Ecclesia

Tom. 2.
Concil.

Victor de persecutione Vandalor.
Registr. l. 8.
ep. 35. & 36.
Sigisbertus, Pantaleon & alij anno 630.

Orientalis Ecclesiæ amplitudo.

Græca Ecclesia
cur sic dicta.

clesia nuncupatur, (non quia populi illi omnes Græci loquantur, sed quia lingua doctorum per omnes illas gentes communis Græca erat, vt apud nos Occidentalis Latina est, & quia Ecclesiæ Patriarchales, Alexandrina, Ægypti, Antiochena, Syria, Hierosolymitana, Palestina, Constantinopolitana, Thraciæ, Græco sermone vsæ sunt, denique quia doctores & Patres harum Ecclesiarum, tum sacras Scripturas, tum officia diuina Græcè tractabant & peragebant.) Hic inquam amplissimus totius Orientalis, & Græcæ Ecclesiæ tractus, propter varios in hæresim relapsus, ab omni tandem fide, & religione Christiana excidit. Ac Syriam quidem, Persidem, Ægyptum ab annis 800. Mahumetani eodem ferè tempore occuparunt, & quidem eo, quod post varias Arianorum, Nestorianorum, & Eutycharum hæreses in illis locis restitutas atque depressas, adhuc de nouo Monothelitarum hæresis grassata fuerat, sub Anastasio Iacobita Patriarcha Antiocheno, & Cyro Monothelita Patriarcha Alexandrino. Cætera quidem Orientalis Ecclesiæ loca, ab Imperatoribus adhuc Orientalibus per Asiam & Europam occupata in fide Christi aliquot post sæculis perfliterunt, donec & illi per varia schismata lasciuientes in idè quoque Mahometismi barbarum, sublati Orientali imperio, inciderunt. Cuius rei miserabilis exitus, non alia ex causa, quam ex sola in hæresim recidua contigit. Quum enim ab annis mille quidem & amplius Græca Ecclesia magis propriè sic dicta, quæ Constantinopolitano Archiepiscopo per totam Asiam minorem, magnamque Europæ partem Græcè loquens subiecta erat, propter sedem Imperialem eodem in loco constitutam vehementer superbiret, & primùm quidem vt Patriarchalis sedes esset in Concilio Constantinopolitano 1. generali 2. obtinuisset. Deinde vt Alexandrinæ & Antiochenæ prælata, post Romanam prima censeretur in Chalcedonenf Conc. generali 4. ambiciosè satageret, sede tamen Apostolica per Leonem magnum aliòque eius successores diu multumque reluctantè, quod tamen tandem in Conc. generali 5. sub Iustiniano Imperatore obtinuisse videtur, posteaque

Paulus Diaconus hist.
lib. 18.

Orientalis Ecclesiæ recidua frequentes.

Schisma j. Græcorum vnde ortum.

Act. 15.
Liberatus in Breuia. c. 18.

Regist. lib. 3.
ep. 36 & lib.
4. epist. 32.

steaque non hæc tantum, sed & vniuersalis, seu Oecumenius Episcopus nuncupari (quem titulum è maximis sensu quo ambiebatur, in multis suis epistolis detestatur Gregorius Mag.) adeoque par Episcopo Romano haberi vellet, eo tamen hac ambitione peruentum est, vt etf paritatem hæc prætenfam Phocas Imperator statim post Gregorij mortem, suo decreto sustulerit, tandemque 200. post annis sub Ioanne 9. Rom. Pont. huic liti hic finis impositus fuerit, vt Oecumenici quidem Patriarchæ titulum Constantinopolitanis, Oecumenici autem Papæ titulum solus Rom. Pont. obtineret, vt describit Onuphrius, tandem glifcente semper inuidia in nouâ hæresim, contra processionem Spiritus sancti prolapsa, nouum schisma excitauit, idque eodem planè tempore quo verus illa querela consopita fuerat, Basilio videlicet Imperatore regnate, sub quo Photius intrusus Constantinopolis Patriarcha eiectus est. Iste enim Photius, in odium Rom. Eccl. à qua per Nicolaum 7. deiectus erat, & Ignatius verus Patriarcha restitutus, hanc hæresim primus publico decreto sanciuir, vt narrat Nilus auctor Græcus. Et hæc hæresis ingentis illius schismatis, de quo ab Occidentali Ecclesia Orientalis tot sæculis separata fuit, vera causa erat, vt in Concilio Florentino Græci affirmant: sed què ex hac hæresi, & consequenti schismate sapius Græci Latini conciliari fuissent, primùm quidè annis 60. post sub Christophoro Rom. Põr. (etf vsque ad huc Pontificè, Græcos Latini vnitos semper fuisse, Nilus iam citatus falsò asserat.) Deinde 300. annis post in Concilio Lateranensi sub Innocentio 3. Patriarchis Græcis Hierosolymitano, & Constantinopolitano præsentibus, ac dein 70. post annis in Concilio Lugdunensi sub Gregorio 10 studio Michaëlis Palæologi Imperatoris Græcorum (post cuius tamen mortem schisma resumunt exceptis Thessalis, Pthiotis, & Pelasgis, ipsòque Ioâne Beco Patriarcha Constantinopolitano viro doctissimo vnionem Catholicam retinentibus, vt latè describit Nicephorus Gregoras) denique aliis adhuc tot vicib⁹, vt tredecim ab illis factas fuisse vniones scribat Trithemius, vltima tamen

Platina in Bonifac. 1. & Onuphrius ibidem. Genebrad. in notis chron.

Nicol. 1. epi. ad Michael. Imperatorè, sess. 2.

Rom. 3. Concil.

Nicephorus Gregoras hist. l. 5. & 7.

In chronica monasterij Hirsaugensis.

In Decreto
Eugenij 4.

tamen ac postrema vice in Concilio Florentino sub Eugenio 4. præsertim tum Ioseph Patriarcha, tum Ioanne Palæologo Imperatore Constantinopolitano . in maximo Græcorum Episcoporum numero, reconciliati cum Latinis Græci, & facta Catholica fidei professione integra, non ita multo post domum redeuntes, & leuitate Græca, propter vnum Marcum Ephesium recidiuantes, sub Constantino Palæologo suprædicti Ioannis fratre, in manus Turcici Imperij omnes deuenerunt, & sub Mahometis iugo in hodiernum vsque diem ab annis iam 130. durâ seruitutem seruiūt. Atque hic fuit in Orientali Ecclesia scædæ in hæresim recidivæ scædissimus exitus. Sed quid opus est tā procul exēpla petere, cum in proxima vicinia, nisi non surdi tantum, sed & cæci esse volumus, triste quidem, sed illustre admodum huius rei exemplum sese offert. Ante annos circiter 30. in graue schisma Angliæ regnum per immanem Henrici 8. Anglorum regis sauitiam violenter pertractum est. Huic schismati post annos decem hæresis primū Lutherana, dein Calviniana sub Edouardo Rege puero, fraude & improbitate eorum qui ad gubernacula sedebant, successit. Sed vtrumque hoc malum etsi acerbissimum, & per illam iusulam latissimè patens, Dei tamen misericordia singularis, breui momento, sine illo ciuili sanguine, & (quod dicendum est) non absque euidenti miraculo, è medio sustulit. Nam vix dum sex annis hæc hæresis præualuerat, quū mortuo Edouardo Rege, etsi penes Principes hæreticos contra legitimam regni hæredem apertè rebellantes, & aliam in regni solio de facto collocantes, vniuersæ regni vires, thesauri, opes & munimenta bellica essent, tamen infra vnus mensis spatium vniuerso ferè populo diuino quodam nuntio à principibus deficiente, & ad veram Regni hæredem Mariam Henrici filiam primogenitam sponte confluente, sine villo certamine & sanguine captis rebellibus, Mariæ Catholica & piensissima principe Regina declarata, simulque nullis expectatis decretis, passim per totam Angliam religione Catholica restituta, silentium procaci hæresi impostum fuit. Et sic quidem

Angliæ j.
schisma.Prima Catho-
licæ religio-
nis restitutio
facilis.

quidem primo Anglorum lapsui pepercit Deus. At verò hæc piensissima regina Maria, & meliori regno digna, vix quinque post annis superstiti, eadem Anglia ad vomitum rediens, & partim, sed certè pauciorum aperta voluntate, partim sed longè plurimorum scæda ignauia, in hæresim secundò lapsa, iam his totis 26 annis & amplius in ea quasi consensescit, tyrannidemque ac barbariem vix vilo seculo auditam, vel sustinet, vel exercet. Quod facillè is intelliget, qui librum de persecutione Anglicana, vel aliū eruditum librum contra persecutores Anglos, vel denique duo recentissima hæreticæ illic crudelitatis exempla, Latinè & Gallicè edita perlegerit. Nec ab illa tyrannide, & barbara hæreticorum crudelitate quando liberanda sit, vel tenui adhuc coniectura cōsequi licet. Nam, & nuper ante deos mens 50. presbyteros & amplius (quos ab aliquot annis in carcere detinuerant, non aliam quam religionis ob causam) nauibus impositos, nec vllam suorum consolationem abeuntis accipere permisos, in perpetuum exilium nudos, & inopes relegarunt. Martyres videlicet faciendi quos supra 40. infra annos 4. aut 5. fecerunt) vel tædio affecti, vel inuidia constricti, vel denique sui quidem cacangelij graui detrimento, Catholica autem religionis maximo incremento inde consecuto vehementer perturbati. Hæc (Auditores) exempla mouere nos debent quàm sit horrendum per hæresis recidivam incidere in manus Dei viuents, quis exitus, quis finis, quæ catastrophe eorum sit qui in tam graui, & horrendo crimine tam petulanter, & negligenter se gerunt. Venio nuncigitur ad id quod secundo loco dicendum proposui, & dico hæc hæresis recidivam in hoc Belgio multas ob causas merito esse metuendam. Et ego quidem quoties hæc de re ferio cogito, rerumque præsentium statum penitus considero, ad huius tremendi mali metum totus perhorresco. Vtinam certè inanis iste metus sit, & scrupulosa mentis cōceptio vana, Sed mecum quæso, auditores perpendite, & diligenter aduertite quæ dico. Cessauit iam quidem in celebribus illis Flandriæ, & Brabantia

Angliæ reci-
diua.

2. Pars.

Causa recidi-
uz in Belgio
metuendæ.

N

vrb

urbibus, Gandauo, Brugis, Ipris, Bruxellis, Antuerpia, aliisque permultis omne hæresis exercitium publicum. Restitutus est solius Catholicæ, Apostolicæ, Romanæ Ecclesiæ cultus orthodoxus. Tota religionis facies non nisi Catholica est. Maximum profectò, & sempiterna memoria dignum Dei beneficium. Sed quid? An propterea exultat hæresis? An ideò sopita, repressa, extincta est? An in ciuium animis atque pectoribus Catholica reuixit fides, pietas, religio? Aut si non reuixit pietas: impietatem explosam putas? Cogitate primùm attentisque animis perpendite, totam istam quanta quanta est Religionis Catholicæ restaurationem externam esse, militarem esse, violentam esse. At nihil violentum diuturnum, nisi vel quod uolenter cœpit postea uoluntarium fiat, vel qua diligentia vis primùm fieri cœpta est, eadem perpetuò insistatur. Quorum prius in sui quidem temporis hæreticis accidisse testatur Augustinus, sed ideò quia instructio & admonitio necessaria præcesserat, quæ hoc in loco nulla hætenus fuit, posterius optare magis licet quàm sperare. Ita facilè qui aduerso flumine lembum trahit, manum remittit, & longa ac diuturna pax belli obliuionem parit. Ab hac igitur potenti, & armata hæreticorum depressione, nihil adhuc tutum aut securum possumus nobis polliceri. Sed ne iterum dormientibus nobis sic caput suum attollat hæresis, sicut nuper stertentibus nobis sic caput suum extulit, vt nostrum deprimeret, pedibusque conculcasset suis, meritò est huic Belgio formidandum. Deinde illud iterum atque iterum cogitate, publicum tantùm hæresis exercitium sublatum esse, ipsas autem hæreses, & sectas minimè. Manent qui apud nos erant Calvinistæ, Martinistæ, Anabaptistæ. Manent ad certos annos; & ita manent, vt in illa hæresis suæ possessione neimo eos turbare debeat. Mutata est eorum non mens, sed fortuna. Quàm est igitur in tanta serpentum multitudine nobis cômixta cautè ambulandum, vigilanter attendendum & de huius mali recidua sæpè & identidem meruendum? Verè enim serpentes sunt hæretici, & magni illius serpentis filij, qui

Causa.

Contra Petilianum lib.
cap. 81.

2. Causa.

primum nostrum parentem in Paradiso perdidit, vt describit auctor operis imperfecti in Matth. apud Chrysostomum. Super ventrem repunt, quia quicquid faciunt propter ventrem faciunt, & propter vanam gloriam pectoris sui. Terram manducant, quia neminem lucratur, nisi illos, qui in terra sunt: id est, homines carnales. Hęc ille. Porro hæreticis sic inter nos manentibus, de illorum sanè conuersione parua, aut nulla spes est, (quomodo enim hanc sperare audeas, quum doceri, vel moneri nequeant, nisi ipsi uelint, id est, nisi spontè respiciant? quod in omni hæresi, maximè in tali, tam blanda, tam carnali, tam superba, tam pertinaci rarissimum esse longa experientia docuit) de nostrorum autem corruptione meritò magna dubitatio est. *Sermo enim eorum, vt cancer scripsit.* Sic igitur cogitate obductum quidem, & alligatum esse hoc hæresis vulnus: ita vt sanies non defluat, nec apertam amplius nauseam moueat, minimè autem sanatum esse, nec è medio nostri sublatum hoc pestilens malum, sed quasi obscurius in angulo collocatum: nec denique omne planè silētium huic proci meretrici impositum, sed id tantum effectum, vt blandius, & cautiùs loquatur, id est, vt faciliùs, ac molliùs decipiat, ad quorum aures clanculum irrepere potest. Porro, & illud expendite, quod huic ferè Belgio proprium est, perpetuam cum hæreticis conuersionem his in locis multò esse periculosiorem propter propria huius gentis commercia, & assiduas negotiationes. Hanc causam, qui exiguam putat, meminerit negotiatores, & mercatores Anglos, Germanos, Gallos hæresum, quæ sic in Belgio præualuerit, præcipuos fuisse auctores, instigatores, procuratores. Quemadmodum enim fieri solet, vt nimia eloquentiæ voluptate captus, dum Oratorem bonum, sed hominem malum, & male alicuius causæ patronum differenter audit, vna cum verbis rem ipsam quoque imbibat, nec elocutionis tantum, sed, & iudicij, atq; opinionis imitator existat (vnde multi nimis auide Ciceronem, & Platonem lectitantes, Ciceroniani, & Platonici magis, quàm Christiani facti sunt) consimilem planè in modum quamplurimi in Belgio ni-

Hom. 45.

2. Tim. 2.
Hæresis in Belgio non sanata, sed obducta.

3. Causa.

Mercatores hæresum in Belgio procuratores.

mia quadam lucri cupiditate ducti, per quos se rem
 facere, & ex quorum commercio lucrum se bonum
 adportare viderunt, ab illis quoque in causa religio-
 nis seduci se passi sunt. Vt enim, qui beneuolentia, &
 honestate ducuntur, amicorum mores faciliè induunt:
 sic, qui in omnibus, quod vile, & compendiosum
 est consecretantur, illos faciliè imitantur, quorum sibi
 consortia, atque commercia vtilia, & compendiosa
 esse perspiciunt. Hac igitur eadem cum hæreticis
 perpetua negotiatione, hoc assiduo commercio per-
 manente, vnde hæresis primùm in Belgiū inuecta est,
 eiusdē certè recidiuā, cur nō rectissimè suspicari de-
 bemus? Sed fuerūt hæ causæ, quas hactenus diximus
 leues, & meticulosi cordis suspiciones inanes. Vnum
 adhuc est huius recidiuæ incitamentum, ipsiusque in
 Belgio hæresis fomentum perpetuum tantum, & tale,
 vt eo stante, qui nihil in Belgio ab hæresi metuendum
 putat, imò præualituræ adhuc hæresis certissimum
 periculum, qui non videt, is mihi in media luce pal-
 pare, vel, vt lethargicus quispiam omni sensū, & vitæ
 actionē carere videatur. Quis enim non videt Ang-
 liam vicinam insulam potentem, optimam, floren-
 tem, in qua sola dominatur hæresis, & quidem im-
 potenter, ac furiosè, hæreticorum, & improborum
 hominum in Belgio, non solūm perpetuum fouere
 receptaculum, vt propterea de vera cum Deo, & Re-
 ge reconciliatione minus curent (quum in omnem
 euentum habeant, quo se commodissimè recipiant)
 sed præterea ad res nouas attentandas, & ad hæreses
 (vbi oportunum fuerit) restaurandas, presentissimum
 illis semper fore adiumentum, atque adeo incitamen-
 tum? Istud verò, hunc inquam, vicinæ Angliæ sta-
 tum, illud eius, quam iam diximus recidiuæ exem-
 plum, hoc tam propè nos seditionis, & irrequietæ hæ-
 resis dominium, nihil ad Belgij statum, nihil ad hæ-
 resis in eo recidiuam facere, tam stupidus quisquam
 est, vt existimet? Et quis dubitat, quin illud vicinum
 malum huius nostri mali certissima causa fuerit? Ma-
 nente porro causa, effectum suspicari absurdum erit?
 imò non suspicari quomodo non erit absurdissim-
 um? An non licebit ad Poëtæ imitationem excla-
 mare?

mare? Anglia vā nimium miseris vicina Braban-
 tis. Et iterum. Flandria vā nimium miseris vicina
 Britannis. Sed agam hac in re pressius, & solidius. 1. Causa.
 Spiritus Sancti per Apostolum vox est de rebus
 veteris populi. Hæc omnia in figura contingebant
 illis: scripta sunt autem propter correptionem
 nostram. Legimus verò in veteri historia postquam
 vnius illius populi facta diuisio esset, vt altera pars
 Israël, quæ decem tribus continebat, altera Iuda
 vocaretur, regnumque iam esset planè diuersum, 1. Cor. 10.
 atque distinctum, vicinum tamen, & potens vtrum-
 que, primùm propter frequentes idololatrias, & di-
 uini Numinis offensiones, verique, ac legitimi
 cultus desertiones (quæ hæresum nostrarum veris-
 simi typi erant) abductas fuisse decem tribus
 in Assyriam, in Ciuitates Medorum, totumque illud
 regnum Israël, siue Samariæ, penitus dissipatum fuis-
 se. Nonne autem par erat, vt huius exemplo re-
 gnum Iudæ caueret; sicque legem cultumque à
 Deo præscripta custodiret, ne simili quoque casu
 periret? Planè æquissimum id erat, &, vel medio-
 criter pios, huiusmodi tam vicinum, & ante ocu-
 los exemplum vehementer commouere, & contra
 simile discrimen sufficienter armare, & præmunire
 debuerat. At verò, illius populi, vel crassa igno-
 rantia, vel supina negligentia, vel stupida obli-
 uio, vel arrogans præsumptio, vel denique peru-
 lantia, & improbitas fuit, sic etiam, & ille Dei
 iracundiam prouocauit, vt cuius facta imitaretur,
 exitum quoque pensitasset. Hanc eius absur-
 dam impietatem, quum iam in illam tenderet, cur-
 suque præcipiti ferretur, iterum, atque iterum Pro-
 phetæ taxarunt, &, vt alterius regni exemplo sa-
 perent, sæpè, & idemtidem: sed incassum mo-
 nuerunt. Oseas sub Ezechia Rege, qui Iudæ capti-
 uitate non adeo multum præcessit, sic clamat:
*Populus non intelligens naphlabit. Si fornicaris tu Israël,
 saltem non delinquat Iuda.* Ieremias verò imminente
 iam hac secunda captiuitate, plurimis & acerrimis
 verbis Iudam hortatur, vt alterius populi exem-
 plo sibi prospiceret. *Dixit Dominus ad me in diebus* Ierem. 3.
Iosia

Isaë Regis (post cuius mortem statim captiuitas Babylonica cœpta est.) Nunquid vidisti, quæ fecerit auer-
 fatrix Israel? sub omni ligno frondoso fornicata est, &c. Et
 vidit præuaticatrix soror eius Iuda, quia pro eo, quod mœchata
 est aduersatrix Israel, dimissem eam, & dedissem ei libellum
 repudiij, & non timuit præuaticatrix soror eius Iuda: sed
 abiit, & fornicata est etiam ipsa, & facilitate fornicationis
 suæ contaminauit terram, & mœchata est cum lapide,
 & ligno. Cum iam autem in captiuitate posita
 esset præuaticatrix Iuda, hanc, vt dixi absurdam,
 imò absurdissimam impietatem Ezechiel Propheta
 multis verbis illi populo exprobrat, quasi que in-
 sultat, sub figura duarum sororum Oollæ, & Ooliba,
 quas Samariam, & Ierusalem interpretatur.
 Describens enim primæ sororis Oollæ, grauissimas à
 Deo inflictas pœnas, addit. *Quod, vt vidit soror eius Ooliba, plusquam illa insaniuit libidine, & fornicationem suam super fornicationem sororis suæ prauit impudenter. Vnde infert, Propterea Ooliba, hæc dixit Dominus Deus: Ecce ego suscitabo aduersus te omnes amatores tuos, de quibus fatiata est anima tua: Et paulò post. In via sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem eius in manus tuas. Hæc dicit Dominus Deus. Calicem sororis tuæ bibes profundum, & latum: eris in derisum, & in subsannationem, quæ est capacissima. Ebrietate, & dolore repleberis, calice meroris, & tristitiæ, calice sororis tuæ Samaria, & bibes illum, & epotabis vsque ad feces, & fragmenta eius deuorabis, & vbera tua lacerabis: quia ego loquutus sum, ait Dominus Deus. Videtis (audi-
 tores) diuini Spiritus indignationem verbis vehementissimis, & significantissimis expressam, eum sanè ob finem, vt ostendat huius generis peccatum, non solum impietate, sed, & absurditate esse maximum: hoc inquam peccatum, quo alieno malo, & exemplo sapere nolimus: hoc peccatum, quo secundum duritiam, & impœnitens cor nostrum, diuitias bonitatis, & patientiæ, & longanimitatis Dei (quam alios flagellans, nobisque interim parcens, ostendit) contemnimus, & thesaurifamus nobis iram, in die iræ. Si enim hæc omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter correptionem nem.*

nem nostram, dubitare non debemus, & Afros, & Græcos, & Anglos, quos hæresis recidua sic perdidit, sororem nostram Oollam esse: maximè vicinum Angliæ regnum, quod huic Belgio, totique familiæ Burgundiæ ab aliquot iam seculis, non solum negotiatione mutua, sed & fœdere perpetuò, arctaque amicitia morumque, ac vitæ, maximè religionis similitudine, non minùs coniunctum semper fuit, quàm Samaria, Hierusalem, vel regnum Israel regno Iudæ. Caueat igitur Ooliba, caueat Belgium, ne facilitate fornicationis suæ, ne de hæresis recidua nullam curam gerens, nec eius extinctionem omnibus modis procurans, denique ne ambulans in viis sororis suæ calicem eius bibat, latum, & profundum, & epotet vsque ad feces, & fragmenta eius deuoret, id est, exquisitissimas repetitæ hæresis pœnas luat. Caueat denique, ne quod de veteri Ooliba dictum est, de hac quoque dicatur: *At illi subsannauerunt nutus Dei, & parumpendebant sermones eius, illudebantque Prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum eius, & nulla esset curatio. Quod ne fiat, & vt tam ingens, ac triste malum à florentissimi Belgij finibus, quàm longissimè arceatur, de viis nunc illis, ac mediis, quibus hæc hæresis recidua caueri possit, ac debeat, (quod tertio loco dicendum propo suimus) breuiter aliquid donante Deo suggeremus.*

A. D. HÆRESIS reciduiam efficaciter cauendam, & certissimè auertendam multa media à piis, ac prudentibus viris, si in eam rem curam, & cogitationes suas conuertere velint, facillè excogitari possunt. Mihi hac de re obiter his diebus cogitanti, quædam occurrunt partim politica, partim religiosa media. Nam tyrannica illa, & barbara media, quibus Calvinistæ proceres in Anglia abutuntur, vt solâ Catholicâ religionem (alias enim sectas tolerat) de tota illa insula violenter exturbent, ne quidem contra pertinacissimos hæreticos, salua publicâ honestate vsurari possunt. Itaque illa in hunc locum, ac numerum veniunt: sic omnem, & modum excedunt, & iustitiam violant, & ipsam societatem humanam (quam huma-

2. Paralip. ultimo.

3. Pars.

Anglocaluinistarum barbaræ crudelitas.

Ezech. 23.

Rom. 2.

nitatem dicimus) penitus exuerunt. Politica mediâ nec iniusta, nec immoderata esse videntur. Hæreticos in Belgio consistentes, ad nullos publicos honores euehere: nullum illis magistratum, Reipublicæ curam nullam committere: sed neque arctas amicitias cum illis exercere, quum iuxta Evangelij sententiam, quia Ecclesiam non audiunt, imo Ecclesiam odio habent, ignominia, contumelia, iniuria quacumque possunt, afficiunt, pro ethnicis ac publicanis habendi sunt: ab eorum mensis & colloquiis, & non necessaria conuersatione prorsus abstinere, carnem & sanguinem spiritui postponere: id est, religionis Catholice maiorem curam habere, quam amicorum & cognatorum. Quos dum in ciuitates temerè recipimus, ipsas ciuitates sæpenumero perdimus: & illis bene consilium dum volumus, nos & fratres nostros in certissimum discrimen coniciamus. Non est enim, non est hæc Christiana caritas, sed humana quædam beneuolentia, & magna inconsiderantia. Imò impietas est, cognatū vel amicum Reipublicæ saluti antepōnere, & suæ naturæ facilitati seu ignauiæ potius magis indulgere, quam quid ex re & bono Reipublicæ sit, prudenter prospicere. Denique nulla ratione connubia cū illis & matrimonia iure inire. De quo vno medio, quia vt politicum est, quatenus ciuilibus contractus & officium naturæ est, sic religiosum est quatenus sacramentum est, pauca hoc loco dicam. Nam de cæteris mediis politia, & Reipublicæ administratoribus dispiciendum relinquo. In veteri lege populo Iudæo uerum Deum colenti, cum gentibus idololatriæ matrimonia iungere grauius interdictum fuit. *Non inibis cum eis fœdus, neque sociabis cum eis connubia: siliam tuam non dabis filio eius, nec siliam illius accipies filio tuo.* Et quare istud: *quia seducet siliam tuam ne sequatur me, sed magis, vt seruiat diis alienis.* Hæc illa Dei altissimi lex. Sic Salomone sapientissimum mulieres alienigenæ, quas in uxores duxerat, à Deo ad idola traduxerunt. Sic Achab regem impia Iesabel; aliòq; tam Israel quam Iudæ reges, vt singulariter de Ioram filio Iosaphat notat Scri-

Scriptura, uxores gentiles ad idololatriam pellexerunt. Hac de causa (quod nobile, & illustre exemplum nobis esse debet) quum duæ tribus ex captiuitate Babylonica Hierosolymam redirent, in ipso statim reformationis, & Mosaicæ legis iâ citatæ, reformationis initio, alienigenas uxores quas in captiuitate duxerant, omnes, & nobiles, & ignobiles hortante Esdra, & propter verba legis iam citatæ penitus repudiarent, & abiecerunt. Et audebit Christianus, uxorem alienigenam, hoc est, hæreticam ducere, quum Iudæus iam ductam repudiat? Quid, quod ante legem Moysi, hanc ipsam ob causam Abraham seruum suum siue œconomum adiurauit, ne ex filiabus Chanaan filio suo Isaac uxorem acciperet, & pia Rebecca se viuere posse negauit, si dilectum suum filium ex filiabus Heth uxorem accipere cerneret; Quod quidem Sancti Patriarchæ Abraham factum amplissimis verbis commendat, & diligenter exponit Sanctus Ambrosius. Cum sancto (inquit) sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Si hoc in aliis, quanto magis in coniugio, vbi vna caro, & vnus Spiritus est? Quo modo autem potest congruere caritas, vbi discrepat fides? Quo modo coniunctis precibus obsecrabit Deus? Quo modo prolis fecunditatem à Deo petent, qui dispares fide sunt? Hæc ille, & multa ibidem alia sanctus Augustinus acurè probat inter fidelem, & infidelem, & consequenter inter Catholicum, & hæreticum nullam veri nominis amicitiam constare posse. Cùm enim amicitia à Cicerone definiatur, rerum diuinarum atque humanarum cum beneuolentia, & caritate consensus, primùm rerum hic diuinarum consensionem nullam esse ex se liquidò patet: vnde ex maxima definitionis suæ parte hæc amicitia claudit. Deinde nec de rebus humanis inter eos vlla consensio est, qui eas rerum diuinarum cognitione non pensant, sed plus eis tribuunt, quam modus earum iustissimum postulat. Necessè enim est, vt humana aliter æstimet quam oportet, qui diuina contemnit: nec hominem rectè diligere potest, quisquis cum non diligit qui hominem fecit. Hæc ille.

1. Esdra 9

Gen. 24

Gen. 27

De Abrahâ
lib. 1. c. 9.

Epiſt. 155.

Media politica
cauendâ
recidua.

Math. 18.

De matrimo-
nio cum hæ-
reticis non in-
cundo.

Deuter. 7.

3. Reg. 11.

3. Reg. 16.

4. Reg. 8.

Sed ad amorem coniugalem quod attinet, quomodo seruat fidem thori, qui non seruauid fidem Ecclesie? An coniugalis thori arctior est obligatio, quam fidei ab Ecclesia tradita, & accepta? Scilicet illis qui carnem spiritui præponunt. Denique quæcumque antiquissimus Tertullianus contra Ethnici coniugium ad vxorem scribens grauitè, & copiosè disputat, eadem omnia in hæreticorum coniugio locum habent. Nam, & in istis sicut in illis aliis, si statio faciendæ est, maritus de die condicat ad balneas: si ieiunia obseruanda sunt, maritus eodem die conuiuium uolet instruere: si procedendum ad supplicationes publicas, aut ad aliqua caritatis officia, numquam occupator familia fuerit. Denique, & hic non secus quam ibi Catholicæ confortis muta erit benedictio, furtiua signatio, sacrificia cum scriptulo. Non minus enim hæretici hodie quam ethnici olim stationes fugiunt, ieiunia non seruant, ad supplicationes non prodeunt, à signo crucis abhorrent, benedictiones irridunt, sacrificia damnant.

DE INDE quomodo vel vxor Catholica viro hæretico coniuncta, libera suæ religionis professione gaudere, vel vir Catholicus vxorem hæreticam habens liberos suos Catholicè educare poterit? An non meritò timendum erit, ne sicut quum Iudei vxores Azotidas haberent, eorum liberi loquebantur Azoticè, & nesciebant loqui Iudaicè: Sic patris Catholici sed matris hæreticæ liberi loquantur hæreticè, & nesciant loqui Catholicè? Et quæ erit hic liberorum miseria, quum ad Missam Catholicam Pater, ad cœnam Caluinicam mater, vel contrà appellat, inuitat, trahit? Ob has igitur aliasque causas grauissimas, quas ex toto coniugalis thori conuictu, & necessitudine arctissima varias adhuc colligere licet, tum sancti Patres hæc disparia coniugia vehementer improbant, propter illud Apostoli cui vult nubat, tantum in Domino, vt Tertullianus loco citato, Cyprianus ad Quirinum, & Sermon. 5. de lapsis, Hieronymus ad Iouinianum, Ambrosius, & alij Latini ad dictum Apostoli locum, tum veteres Episcopi

copi in Concil. Agathensi, & postea in Concil. generali Chalcedonensi hæreticorum coniugia prohibuerunt. Innocentius autem Papa 4. mulieribus cum hæreticis scienter contrahentibus hanc pœnam infligit, vt dotem amittant filico publico applicandam, vt euidenter colligere licet ex eius responso cap. Decreuit. Etsi ergo hæc disparia coniugia nulla nunc lex vel diuina vel Ecclesiastica sic damnat, vel sic contrahenda impedit, vt dirimat contracta: tamen ita contrahentes quasi in bonos mores, & publicam honestatem, & (quod caput est) in Sanctæ religionis conseruationem grauitè peccantes, imò cum eius contaminandæ certo, & euidenti periculo contrahentes, grauibus pœnis meritò punire, & ne sic contrahant sub certa, & graui multa interdicerè vtriusque fori, & iuris administratores legitime possunt: & quidem in tali articulo, vt id facerent, sumopere à bonis omnibus optandum, & satagendum esset. Sed ad alia pia, religiosa, & Christianis viris propria media veniamus. Illa verò dicam quæ quia in nostra Anglia fuerunt, nec post restitutam Catholicæ religionis liberam professionem adhibita sunt, citò post in reciduum lapsi sumus, eamque vt omnes norunt multis modis acerbissimam. Illa autem ideò potissimum commemorabo, vt si vos Belgæ ab ipsa hæresi Angliæ exemplo cauere non potuistis: saltem ab hæresi recidiva Angliæ exemplo caueatis. Primum cauendæ, & auerendæ recidivæ medium est, vt præteritum crimen quo in hæresim lapsi sumus, aut sub hæreticorum iugum nos turpiter mitti nostra ignauia passi sumus, humiliter coram Deo, & hominibus oppressæ ciuitates agnoscant, nostrumque prius delictum fateamur omnes, & aliquam eius nomine pœnitentiam agamus: Quum enim primus ad indulgentiam gradus, sit agnoscere delictum, vt grauitè scribit Cyprianus, frustra indulgentia speratur, vbi necdum delictum agnoscutur. At inquis, iam hoc Belgij delictum si quod erat, Deus indulsit, restituta, vt vides, religione Catholica. Sed vide ne te egregiè fallas, quisquis es, qui hoc opinaris. Equidem, & idem sentirem, si Catholicorum

sexti decret.
lib. 5. c. 14.

Media religio
sa cauendæ
recidivæ.

1. Medium.

Epis. 5. lib. 1.

Philippi regis
Hispan. laus.

virtute

Libr. 2. ad
vxorem.

Esdre lib. 2.
cap. 13.

1. Cor. 7. li. 3.
c. 65. li. 1. ca.
67. Can. 14.

virtute, precibus, pietate, reformatione præuia, hæc restitutio facta fuisset: si etiã hæc causa hæresis, cum aperta in regem optimum rebellione coniuncta non fuisset. Nunc autem quum regiis armis res hæc tota confecta sit, ego certè cogitare soleo propter optimum regem, cui virtute, prudentia, potentia, patrem aliquot seculis orbis Christianus non vidit, hoc à Deo beneficiũ promanasse: primùm ne summa cum iniuria Rex ille optimus & Philippus iustus, merito à suis cognominatus, dominiis suis hæreditariis ex-cideret. Deinde vt esset pax in diebus eius, nec videret mala populi sui, vt de Iosia S. rege Scriptura commemorat. Proximum medium est, vt agnita culpa eiusque venia, piis apud Deum precibus impetrata, de recenti beneficio, de sublato hæresis exercitio atque dominio (beneficio longè maximo) debitas Deo & Regi optimo gratias agamus: Dei quidem benignitati totius vitæ sanctum obsequium offeramus, pro rege autem assidua vota fundamus. Cessat enim diuinæ gratiæ ad nos decursus, vbi non est reciprocus ex parte nostra gratiarum recursus: sicut flumina in mare reuertuntur omnia, vnde primùm fluxerunt, vt iterum fluant. Alterum medium est, vt ciuilis quidem Magistratus iustitiam diligenter administret, in Clero autem vniuerso Ecclesiastica disciplina vigeat, fiat morum reformatio, tollatur variorum criminum publica infamia, qua grauiter laborat, tollatur denique (quod vel vnica vel certè primaria grassantis hæresis causa est) peccatum: propter peccatum enim datum est Antichristo robur contra iuge sacrificium. Non enim error peccatum, sed peccatum errorem gignit, dixit eleganter auctor operis imperfecti in Matth. apud Chrylost. Nec ex aliis hominibus sunt hæretici, quàm ex illis qui etiam in Ecclesia permansissent, tamen propter vitæ turpitudinem nihilominus periissent, ait grauissimè Augustinus. Nemo æstimer bonos posse de Ecclesia recedere, ait B. Cyprianus. Triticum non rapit ventus, arborem solida radice fundatam procella non subuertit. Inanes palææ tempestate iactantur, inualidæ arbores turbinis incurfione sterantur. Hæc ille.

Sed &

Sed & ex Euangelio hoc idem liquet. *Dilexerunt homines tenebras magis quàm lucem*, id est, mendacium magis quàm veritatem, hæresim magis quàm fidem Catholicam. Quare: *Quis opera eorum mala erant*. Magnus autem Basilius facta diligenti inquisitione, quænam esset tot hæresum suo tẽpore grassantium causa, non alium assignat quàm peccatum: idque iuxta Scripturæ sensum. Quum enim dicatur in libro Iudicum, vnusquisque quod sibi rectum videbatur, illud faciebat, eiusque causa paulò superius assignetur. *Quia in diebus illis non erat rex in Israel*, sapienter colligit B. Basilius, ideò sectas, & hæreses in Ecclesia grassari, ideò vnumquemque quod sibi rectum videtur, & sapere & facere, quia nõ est rex in Israel, quia à Rege regum, à Deo Opt. max. per Peccatum, omnes defecimus. Saluianus quoque Episcopus Massiliensis multis verbis ostendit Afros Catholicos à Vandalis Arianis propter atrocissima illius populi flagitia, quæ copiosè commemorat, crudelissimum in modum vexatos, multisque annis oppressos fuisse. Peccatum, ergo, solum dico, Peccatum, tot & tantorum Patrum iudicio, imò ex S. Scripturæ sententia, grassantium hæresum causa est. Et quis dubitat, quin & recidiua erit, nisi totis viribus opprimatur? Morbi enim & recidiua eius eadem causa esse solet, nisi quòd recidiua: quum eiusdem generis sit causa, non ita vehemens tamè causæ virtus ad eam efficiendam requiratur. Aliud adhuc mediũ erit non solum peccatum exterminare, sed & summo studio virtutè colere, & pietatem constare, maxime illos qui in sortem Domini cooptati sunt. Magnus ille Pater S. Dominicus, quum contra Albigenes hæreticos bellum gereret, iamque celebris instaret disputatio, ad quã & cum loci Episcopus procedere voluit, sed ponipa consueta, cum apparatu splendido, & familia copiosa, dixit ad eum S. Dominicus. *Non sic mi Domine Pater, non sic contra superbia filios procedendum est, sed humilitatis, patientiæ, religionis, aliarumque virtutum exemplis reuincendi sunt hostes veritatis. Armemus nos igitur deuoti precibus, & humilitati: insignia prænobis feramus, detractis calcis procedamus, quod & factum est. Si hanc viam om-*

In tract. de iudicio Dei. cap. 21.

Cap. 17.

De providentia, lib. 7. c. 8.

4. Medium.

In vita S. Dominici li. 1. c. 7.

4. Reg. 22.
2. Medium.

Bern. ser. 1.
in ca. cinnij.

Ecc. 1.
3. Medium.

Peccatum hæresis causa.
Dan. 8.

Hom. 19.
De vera rel.
cap. 8.

Lib. de unit.
Ecc.

nium sanè præstantissimam, & expeditissimam ciertu Catholicus imitari non potest, saltem illud necessariò sibi tenendum iudicare debent, non verbis tantum sed & operibus bonis, eximiis & illustribus virtutibus agendum esse, vt hæretici reuocentur, & Catholici officio contineantur. Quòd si verò restituta ià Catholica religione nõ de pascendis vel reducendis ouibus, sed de seipsis ditandis, & honorandis cogitare volunt, si ad beneficia, dignitates, honores certatim confluunt (vt in Anglia factum vidimus, vbi restituta Catholica religione plures in Aula regia sacerdotes togati beneficia consecrantes, quàm Aulici nobiles gladiis accincti conspiciantur) si pristinum somnum dormiunt, nec adhuc veterum excutiunt, si necdum ad strenuam aliquam reformationem euigilare volunt, horrendam hæresis reciduiam lamentabile Belgium meritò formidare debet.

SE DVt finem dicendi faciam, paucisque multa complectar, media magis particularia sunt frequentibus concionibus, de hac insana, & absurda hæresi populum bene informare, de Ecclesiæ Catholicæ vnitatem retinenda, quantique ad salutem momenti res illa vna sit, diligenter instruere, ad aliquam sectam adiungere, quàm certa, & euidentis animæ iactura sit, frequenter inculcare, sacramentorum (eorum maxime quæ magis frequentantur) intelligentiam tradere, vsu docere, ad ea frequentanda quàm sæpissimè cohortari: quæ quidem omnia Pastorum officia sunt pernecessaria. Hæc autem vt fiant, florere imprimis debet celebris Belgij Academia, florere scholæ, florere etiam illi ordines, maximè que in Belgio propagari debent, quorum institutum est Euangelium gratis ponere, iuuentutem rectè informare, bonas literas cum virtute & pietate coniunctas tradere, rerum denique humanarum, & diuinarum scientiam accuratè profiteri. Hæc sunt Catholicæ religionis in Belgio firmiter retinendæ hæreticæ pestis efficaciter auertendæ, salutis denique iam adeptæ feliciter conseruandæ media saluberrima, potentissima, necessaria. Quæ cum ita sint, hodiernæ diei solennitas, non solum huic Academiæ Duacensæ, sed & toti Belgio

longè debet esse gratissima, in qua sex eruditissimos, & præstantissimos viros Magisterio theologico insignitos videmus: quasi *sex alas seraphicas, quarum due faciem, alie due pedes solij excelsi* in quo Dominum sedentem vidit Esaias) *velabant, & alie due volabant*: id est, ad Ecclesiæ Catholicæ ornamentum (in qua Christus, vt in domo sua sedet) duo in hac celebri schola profitentur, quasi in facie, & luce Ecclesiæ: duo populum Catholicum, qui sunt quasi pedes in mystico Christi corpore, diligenter pascunt: alij duo volant, quia superiores mundo facti, sarcinisque eius abiectis, per voluntariæ paupertatis onus leue, & sanctæ obedientiæ iugum suauè semper sursum volant, *ea quæ sursum sunt sapiunt, quæ sursum sunt, quærunt, non quæ sunt super terram*. Istæ sex alæ, vel si vultis sex hydræ plenæ, quibus benedixit Dominus, optimoque vino repleuit, sic per hoc Belgium eruditionis ac pietatis suæ pennas expandet, sic de fonte spiritus quem biberunt eructabunt, & effundent, vt ad eam quam diximus hæresis reciduiam efficaciter auertendam ad Catholicæ religionis conseruationem, ad virtutis studium, & incrementum grauior, & feliciter sunt cooperaturi, magnūque, & præclarum adiumentum allaturi. Quod vt ad maiorem sui nominis gloriam, Deus Opt.

max. concedat, vtque hodierna celebritas huic scholæ, huic Academia: totique Belgio fausta & felixque obueniatur, ex animo precor, & opto.
* * *

L A V S D E O.

Deo item IESV CHRISTO, qui Galliam ab hæresis præcipitio liberare dignetur, gloria & honor,

Cleric. ambitio reciduiæ causa.

Alia media necessaria.

Esai. cap. 6.

Duo. Professores.
Duo Pastores.
Duo Domini-cani.

Colos. 3.
Ioan. 2.



INDEX
RERVM QVÆ
DV OB VSTO-
MIS HVIVS
OPERIS

continentur,

A. priorem, B. posteriorem, folij
faciem designat.



*Bstinentia carniū certis diebus, cur
præcipiatur. 43.a
Adorare quid. 125.b. 259.b
Adoranda Eucharistia, vide infra
Euchar.*

<i>Aeriani Protestantium Patres.</i>	40.a
<i>S. Ambrosij locus explicatur.</i>	2.b
<i>Angeli cognoscunt nostra.</i>	72.a
<i>Angelorum custodia fuscè probatur.</i>	249.b. & seq.
<i>Anglicanæ hæresis barbaries.</i>	183.a
<i>Anglocaluinistarum sædum iuramentum.</i>	124.b
<i>Animas defunctorum precibus viuorum iuuari.</i>	271.b
<i>Animi mala difficilius curantur.</i>	277.a
<i>Antichristum, qui persequantur hæretici.</i>	85.a
<i>Antiquus vera doctrina nota.</i>	25.b
<i>Apostoli cum summa potestate missi.</i>	241.a
<i>Apostolorum fides vacillabat.</i>	24.a

○

Apostol

<i>Apostolorum potestatem restringit Calui.</i>	70.a.239.b.
241.a	
<i>Arcam honorandi causa due.</i>	210.a
<i>Ascensio Christi non repugnat eius presentie in Eu- charistia.</i>	60.b
<i>Assumptio B. Virginis in corpore.</i>	236.a
<i>S. Augustini locus de libertate ieiunii exponitur.</i>	43.a
<i>Eiusdem doctrina de predestinatione.</i>	36.a
<i>Austeritas vite commendatur in Ioanne Baptista.</i>	7.a

B

B <i>Aptismus Christi a baptismo Ioannis, qui differat.</i>	8.b
<i>Baptismus Ioannis qualis.</i>	8.a. & seq.
<i>Baptismus paruulis dandus in fide Ecclesie.</i>	187.a
<i>Baptismus radix non causa proxima beneficiorum per Christum.</i>	191.b
<i>Benedictio creaturarum.</i>	9.a.192.b
<i>Benedicere Dei est benefacere.</i>	52.a
<i>Benedictionis ceremonia antiqua.</i>	192.a

C

C <i>Caluini blasphemia.</i>	68.b
<i>Caluini calumnie mendaces.</i>	119.b.273.b.274.a
<i>Caluimiana pax refutatur.</i>	142.a
<i>Caluini stupidum argumentum.</i>	241.a.252.a
<i>Caluini ridicula euasio.</i>	251.b
<i>Camelorum pilis contextam vestem quomodo heretici intelligant.</i>	7.b
<i>Candelarum ceremonia.</i>	151.a
<i>Catechumeni quadragesimam ieiunabant.</i>	40.b.41.a
<i>Ceremonie Deo grate.</i>	54.a. earum usus.
<i>Ceremonie sacramentales.</i>	104.b
<i>Cur in</i>	

<i>Cur in luce Euangelij retineantur.</i>	248.b
<i>Caritatis commendatio.</i>	65.b.66b.76.a
<i>Caritas igni comparatur.</i>	66.b
<i>Caritas non iustificat.</i>	67.a
<i>Caritas testimonium inhabitantis Spiritus sancti.</i>	141.b
<i>Caritas vestis nuptialis.</i>	120.a
<i>Caritas quomodo adificet.</i>	156.b
<i>Christus Apostolos misit.</i>	137.a
<i>Christus Ecclesie semper adest.</i>	79.b
<i>Christus mediator non excludit Sanctos.</i>	63.a.86.b.
180.b	
<i>Christi nomen, cur non, ut Iesu veneremur.</i>	147.a
<i>Christus quorum aduocatus, & quando.</i>	3.a
<i>Christus solus audiendus quomodo.</i>	48.b.
<i>Christus in Eucharistia adorandus.</i>	150.a
<i>Ciborum delectus defenditur contra hereticos.</i>	42.b
<i>Circumgestatio venerabilis sacramenti.</i>	209.a
<i>Communio sub utraque specie impugnatur.</i>	165.k
<i>Claves in Scriptura quid signent.</i>	224.b
<i>Concupiscentiam exaggerant heretici.</i>	88.a
<i>Confessionis sacramentalis necessitas.</i>	23.b
<i>Cooperatio nostra in iustificatione.</i>	54.a
<i>Contritio non meretur remissionem peccatorum, sed disponit ad eam.</i>	241.a
<i>Conscientiis pacem quomodo promittant heretici.</i>	83.a
<i>Corporum penetrationem dari contra Caluimum.</i>	56.b
<i>Corporis Christi diiudicatio duplex.</i>	207.a
<i>Credere in Christum quid.</i>	194.a
<i>Crucis contemptus ad crucifixum contemnendum manuducit.</i>	12.a
<i>Crucis signo heretici contradicunt.</i>	11.b
<i>Crucis collo circumgestata ante annos 1200.</i>	182.a.
183.b	

I N D E X.

<i>Cruce Christi adoranda.</i>	181.a. eius laudes.	182.a. effi-
	<i>cacia.</i>	283.b.
<i>Cultus Dei exterior.</i>		247.b
<i>Cultus Sanctorum in Ecclesia ab omni superstitione liber.</i>		260.a

D

D <i>Eccelesia auctoritas circa festa Sanctorum.</i>	145.a
<i>Ecclesiam audiens Christum audit.</i>	49.b. 184.a.
	186.b
<i>Ecclesia Catholica unde vocetur.</i>	73.b
<i>Ecclesie Catholice perpetuitas.</i>	27.a. 218.a
<i>Ecclesia Catholica tenenda.</i>	189.a. & seq. 170.a. 173.a
<i>Ecclesie Christi exordium unicum.</i>	174.a
<i>Ecclesie fides a Christo laudata.</i>	140.a
<i>Ecclesia lux mundi.</i>	35.a. ciuitas supra motem. ibidem. b
	171.b
<i>Decreta Apostolorum propria.</i>	240.b
<i>Deuotio externa defenditur.</i>	104.a
<i>Deus in templo facilius exaudit.</i>	98.a
<i>Deus in templis habitat.</i>	99.b
<i>Diandicatio corporis Dominici duplex.</i>	207.a
<i>Dilectio fraterna necessaria ad salutem.</i>	122.a
<i>Disputare de Scripturis non est cuiusuis.</i>	45.b
<i>Disputandum cum hereticis non est.</i>	109.a
<i>Docendi potestas in Ecclesia.</i>	28.a
<i>Doctrina non scripta.</i>	61.a
<i>Dolor praeicipua pars poenitentiae.</i>	229.a
<i>Diaboli testimonium, cur non admitteret Christus.</i>	
	46.a
<i>Dulia quid.</i>	260.a

E

E <i>Eccelesia auctoritas circa festa Sanctorum.</i>	145.a
<i>Ecclesiam audiens Christum audit.</i>	49.b. 184.a.
	186.b
<i>Ecclesia Catholica unde vocetur.</i>	73.b
<i>Ecclesie Catholice perpetuitas.</i>	27.a. 218.a
<i>Ecclesia Catholica tenenda.</i>	189.a. & seq. 170.a. 173.a
<i>Ecclesie Christi exordium unicum.</i>	174.a
<i>Ecclesie fides a Christo laudata.</i>	140.a
<i>Ecclesia lux mundi.</i>	35.a. ciuitas supra motem. ibidem. b
	171.b

I N D E X.

<i>171.b. lucerna accensa.</i>	136.a
<i>Ecclesia magisterium impugnant heretici.</i>	87.a
<i>Ecclesia magisterium circa leges morum, & fidem.</i>	
	69.b
<i>Ecclesia malos, & bonos continet.</i>	220.a
<i>Ecclesia non errans est Ecclesia vocatorum.</i>	132.a
<i>Ecclesiastica docendi potestas.</i>	28.b
<i>Ecclesiastica potestas in remittendis peccatis.</i>	57.a
<i>Ecclesiastica potestas ad reges non pertinet.</i>	124.a
<i>Ecclesiastica potestatis plenitudo Petro commissa.</i>	
	223.b
<i>Ecclesiastica potestatis vocabula.</i>	239.a
<i>Ecclesia testimonium generat fidem.</i>	64.b
<i>Ecclesia est testis veritatis loco Christi.</i>	185.b.
<i>Ecclesia vera semper visibilis.</i>	131.b. 170.a
<i>Ecclesia vna.</i>	57.b
<i>Extra Ecclesiam non est salus.</i>	53.b
<i>Eleemosyna meritum.</i>	95.a
<i>Episcopi a presbyteris differunt.</i>	139.a
<i>Eremiticam vitam Christus laudat.</i>	6.a. & seq.
<i>Euangelij propagandi ordo.</i>	174.b
<i>Eucharistia adoranda.</i>	125.b. 150.a. 206.a. 207.b
<i>Eucharistiae veritas confirmatur.</i>	51.b. 60.b. 201.b. & seq.
<i>Eucharistia vocatur panis.</i>	159.b
<i>Eucharistia circumgestatio in supplicationibus amississima.</i>	209.a

F

F <i>Festa, cur celebranda.</i>	14.a. 262.a
<i>Festa Sanctorum instituit Ecclesia.</i>	145.a, 261.a
<i>Fide orthodoxa opus ad intelligendas Scripturas.</i>	
	167.b

I N D E X.

<i>Ex figura ductum argumentum valet.</i>	210.b
<i>Fides sola impugnatur.</i> 64.a. 68.b. 74.a. 121.a.	
122.a. 193.a	
<i>Fides sola non iustificat.</i>	106.a. 109.a
<i>Fides sola saluum non facit.</i>	39.a
<i>Fidei, cur tribuatur salus.</i>	118.a
<i>Fides habet gradus, & amitti potest.</i>	24.a
<i>Fidei firmitas ex duobus.</i>	65.a
<i>Fides aliena prodest ad salutem.</i>	118.b
<i>Fides quouis peccato non amittitur.</i>	24.b
<i>Fides que à Christo laudetur.</i>	115.b
<i>Fides non est fiducia, nec semper cum illa coniuncta.</i>	
116.b	
<i>Fides specialis nullos saluauit in Euangelio.</i>	117.b
<i>Fides est primus aditus ad vitam.</i>	193.b
<i>Fiducia quid.</i>	117.a

G

G loriari in bonis operibus interdum licet.	102.a
Græca Ecclesia, cur sic dicta.	279.b
Gratia certitudo hæretica reicitur.	140.b
Gratiam Christi negant hæretici.	88.a
Gratiam Dei extollunt hæretici.	86.b

H

H æreticis causa est vitæ impietas.	248.b
Hæreses omnes nouæ sunt.	25.a
Hæresis lepra.	108.b
Hæreses moderna, quam impia,	179.b
Hæresis recidiuua, febri recidiuua comparatur.	277.b
Hæretic	

I N D E X

<i>Hæreticorum calumnia duplex.</i>	99.a
<i>Hæreticorum calumnia reicitur.</i>	70.a. 74.a
<i>Hæretici cauendi, 78.a. non audiendi.</i>	196.a. 198.a
<i>Hæreticis Christus positus in ruinam.</i>	111.b
<i>Hæretici Christianos peruertunt.</i>	78.b. 199.b
<i>Hæreticorum contubernium vitandum.</i>	108.b
<i>Hæreticorum contra hæreticos testimonia.</i>	211.a
<i>Hæretici cur errent.</i> 153.b. & tales permaneant.	
177.a	
<i>Hæretici cur Ecclesiam non audiant.</i>	52.b. 185.a
<i>Hæretici detrahunt passioni Christi.</i>	172.a
<i>Hæretici diabolum in citandis Scripturis imitantur.</i>	
108.b	
<i>Hæreticorum doctrina ablatina.</i>	200.a
<i>Hæretici eradicandi.</i>	28.a. ibid. 80.b
<i>Hæretici fronte carent.</i>	245.a
<i>Hæreticorum fructus proprii.</i>	90.b. 91.a. 93.a
<i>Hæretici fures.</i> 188.a. 101.b. 199.b. & 200.a. & eorum facta ablatina.	188.a
<i>Hæretici iuste puniri possunt.</i>	71.a
<i>Hæreticorum impudentia.</i>	31.a. 177.a
<i>Hæreticorum incredulitas.</i>	51.b. 52.a. 177.b
<i>Hæretici lupi rapaces.</i>	79.a
<i>Hæreticorum Magistri describuntur.</i>	177.b. 256.b
<i>Hæreticorum maledicentia.</i> 52.b. mendacium.	
206.a	
<i>Hæreticorum missio imaginaria.</i>	177.a
<i>Hæretici morte multandi.</i>	28.a. ibid. 80.b
<i>Hæretici non audiendi.</i>	197.a
<i>Hæretici noui Micholite.</i>	210.a
<i>Hæreticorum obseruationes impia.</i> 19.a. Pharisæica.	
112.b	
<i>Hæretici per Scripturas decipiunt.</i>	45.a
Hæretic	

I N D E X

<i>Heretici plus sibi arrogant, quam Christus.</i>	137. b. 184. b
<i>Heretici quomodo ex fructibus cognoscantur.</i>	91. b
<i>Heretici se ipsos glorificant</i>	53. b
<i>Heretici serpentes comparantur.</i>	282. a
<i>Heretici serpentes mittunt.</i>	158. a
<i>Heticorum superbia.</i>	92. b. 169. a. 186. b
<i>Heticorum scyphantia.</i>	53. a
<i>Heretici veniunt, non mittuntur.</i>	78. a
<i>Heretici verbum Dei corrumpunt.</i>	6. a
<i>Heticorum voces diabolica.</i>	45. a
<i>Humilias ad credendum necessaria.</i>	154. b
<i>Hypocrisis argumentum pietatis.</i>	75. a

I

I dololatria in Ecclesia Christiana impossibilis.	206. a
<i>Ieiunij causa, ac fructus.</i>	42. a
<i>Ieiunia, & orationes cultus sunt Dei.</i>	12. b
<i>Ieiunium quadragesimale defenditur.</i>	39. b
<i>Ieiunia repetita defenduntur.</i>	103. a
<i>Ieiunium sub precepto est. 42. b. & fuit tempore Sancti Augustini.</i>	44. a
<i>Iesu sanctissimum nomen venerandum. 145. b. Exempla huius venerationis. 147. b</i>	
<i>Iesus est nomen Dei.</i>	ibidem.
<i>Imagines deturbant heretici.</i>	84. b
<i>Impietas vite causa omnis heresis.</i>	255. a
<i>Infirmi in fide, quomodo firmandi.</i>	156. b
<i>Inuocationis Sanctorum exempla.</i>	264. b
<i>Iudaei omnium reproborum typus.</i>	35. b
<i>Iudicium extremum peccatoribus terribile. 1. b. illud eleuant heretici.</i>	1. a
	Instr

I N D E X

<i>Iustitia bonorum operum defenditur.</i>	102. a
<i>Iustitia Dei tribuit bona non secus ac mala.</i>	34. b
<i>Iustitia Dei que.</i>	109. b
<i>Iustitia imputatiua refellitur.</i>	63. b
<i>Iusti vocantur etiam qui interdum peccant.</i>	88. a
<i>Iustificatio non est sola peccatorum remissio.</i>	103. a

L.

L egis obedientiam cur exaggerent heretici.	87. b
<i>Libertatem Evangelicam docent heretici, & omnem pietatem tollunt.</i>	84. a
<i>Liberum arbitrium cooperatur in conuersione nostra ad Deum.</i>	37. a. 38. a. 54. a
<i>Liberum arbitrium defenditur.</i>	142. b
<i>Liberum arbitrium heretici tollunt.</i>	86. b
<i>Liberum arbitrium probatur.</i>	38. a
<i>Lignum crucis dominica quam preciosum apud veteres.</i>	183. a
<i>Lingua vulgari non orandum publice.</i>	86. a. 89. a
<i>Lutherani adorationem Eucharistia ex Scriptura probant.</i>	207. a
<i>Lutheri arrogantia.</i>	93. a

M.

M agdalene poenitentia.	229. a
<i>Magistratus ciuili Ecclesia ministros mittere non potest.</i>	139. b
<i>Magos tres fuisse ac reges.</i>	149. a
<i>Manna verus cibus sed non verè cibus.</i>	205. b
<i>Manuum impositio ceremonia necessaria.</i>	176. a
<i>B. Maria Virginis variae virtutes.</i>	235. b. 236. a
<i>239. a. 18. b. & seq.</i>	
<i>Maria Virgo mater fidelium.</i>	243. b

INDEX

<i>Eadem defenditur.</i>	15. b. 16. a. 17. b. 18. a. 246. a
<i>cur gratia plena dicatur.</i>	160. b
<i>cur altera Eua.</i>	236. a. 239. a
<i>cur honoranda.</i>	227. a. b
<i>Matrimonium cur ad eò suadeant heretici.</i>	88. a
<i>Mediator vnus Christus quomodo.</i>	180. b
<i>Merita bonorum operum cur negent heretici.</i>	88. b
<i>Merita bonorum operum probantur.</i>	35. b. 85. b
<i>Meritorum diuersitas probatur ex Scriptura.</i>	179. a
<i>Merita Sanctorum uiuentibus profunt.</i>	263. b
<i>Mercenarios vt taxent heretici.</i>	85. b
<i>Michol typus hereticorum.</i>	54. b. 210. b
<i>Ministerij Ecclesiastici ornamenta.</i>	233. b
<i>Missio predicatorum verbi.</i>	176. a. 190. a
<i>Monachos rident heretici.</i>	113. b
<i>Mortificatio testimonium Spiritus sancti.</i>	141. b
<i>Mulier fugiens Apoc. 12. quomodo ad Ecclesiam pertineat.</i>	133. a. b

N.

N atiuitas B. Virginis cur celebretur.	242. a
Natura non peccat, sed voluntas praua.	94. a
Noninum impositio in baptismo usitata.	212. a
Novitas doctrine heresim arguit.	25. a

O

O bedientia fidei qua.	153. b
Oecolampadius falsarius & corruptor.	69. a
Operum bonorum necessitas.	30. a. 31. a. 74. a. 94. b.
	120. a. 123. a. 114. a. 164. a
Operum bonorum merces.	53. a. 178. a
Opera bona distinguuntur à fide.	30. a
Opera bona defenduntur.	102. a
Opera	

INDEX

Opera Euangelica gloriosa.	30. b
Opera supercrogationis.	107. a
Opus mercenarium quale.	86. a
Orationes sunt cultus Dei.	12. b
Ordo in Ecclesia seruandus.	21. b. 22. a
Orientalis Ecclesie ampliundo.	279. a. eius recidina. ibid. b

P.

P acem promittunt heretici conscientijs quas precipitant.	83. a
Paruuli nullam habent fidem actu propriam.	187. a
Passionis Christi duo beneficia heretici occultant.	82. b
Passionis Christi vis.	123. b. 165. a
Passionis Christi merces est Ecclesia propagatio.	171. b
Patrum auctoritatem heretici spernunt.	80. b
Pax à Christo in terras allata qua.	140. b
Pax falsa hereticorum.	141. a
Peccatorum discrimen.	75. b
Peccata hereticis propria.	92. b
Peccatum lepra.	22. b
Peccata post baptismum, non remittuntur per baptismum.	188. a
Peccati recidina.	278. a
Peccata remittit Ecclesia.	57. a
Penetratio corporum datur contra Calni.	56. b
Peregrinationes ad loca sacra.	4. a. 4. b. 149. a
S. Petri potestas ad eius successores derivatur.	226. b
S. Petri primatus in scriptura fundatus.	213. b
S. Petri prerogatiua.	72. b
S. Petri Roma martyrium.	144. a. b
Phari-	

I N D E X

<i>Phariseus Luc. 18. cur reprobatus.</i>	102. b
<i>Philippus de Mornay refellitur.</i>	138. b
<i>Pœnitentia ad Christum via.</i>	9. a
<i>Pœnitentia necessaria ad remissionem peccatorum.</i>	10. a
<i>Pœnitentia nomen in Euangelio quid significet.</i>	10. b
<i>Pœnitentia sacramentum heretici tollunt.</i>	188. b.
228. b	
<i>Pœnitentia lex.</i>	229. a
<i>Potestas Ecclesiastica ad reges non pertinet.</i>	124. a
<i>Potestatis Ecclesiastica vocabula.</i>	239. a
<i>Præcepta Dei ex obligatione seruanda.</i>	68. a
<i>Præcepta per caritatem implentur.</i>	66. a
<i>Præcepta Ecclesiæ obligant.</i>	253. b
<i>Prædestinationis doctrina ab hereticorum calumniis vindicatur.</i>	34. a. 36. a
<i>Prædicationis Euangelicæ verum exordium.</i>	174. a
<i>Prædicatorum missio.</i>	176. a
<i>Preces non intellectæ placent Deo.</i>	55. a
<i>Preces iterandæ contra hereticos.</i>	159. b
<i>Presbyteros heretici pares faciunt Episcopis, & cur.</i>	138. b
<i>Protestantium dogmata negatiua.</i>	200. b
<i>Purgatorium probatur.</i>	266. a. b

R

R <i>Edemptionem per Christum quomodo heretici doceant.</i>	82. a
<i>Reformatores lupi.</i>	80. a
<i>Regnum Dei quomodo nobis adueniat.</i>	67. b
<i>Regnum Christi in Ecclesia.</i>	171. a
<i>Regis non est de fide indicare.</i>	124. b
<i>Reliquiarum cultus.</i>	55. a. 126. a. b
Reliquia-	

I N D E X

<i>Reliquiarum beneficio facta miracula defenduntur contra hereticos.</i>	50. b
<i>Remissio peccatorum in Ecclesia.</i>	119. a
<i>Roma laudatur.</i>	113. a
<i>Romana Ecclesia primatus.</i>	175. a
<i>Rosariorum vsus defenditur.</i>	158. a. 159. b

S.

S <i>Acerdotalis auctoritas.</i>	107. b
<i>Sacerdotes honorauit Christus.</i>	22. a. b
<i>Sacerdotes verè peccata remittunt.</i>	57. a
<i>Sacramenta quomodo retineant heretici.</i>	90. b
<i>Sacrilegi diuinitus puniti.</i>	234. b
<i>Salutatio angelica frequenter repetenda.</i>	157. b. 159. b
<i>Sancti eorumque reliquiæ colende.</i>	55. a
<i>Sancti cognoscunt nostra.</i>	72. a
<i>Sanctorum inuocatio defenditur.</i>	63. a. 258. b
<i>Sancti quomodo mediatores nostri.</i>	87. a
<i>Sanctorum merita vimentibus prosunt.</i>	263. b
<i>Sanctorum miracula contra hereticos defenduntur.</i>	50. b
<i>Sanctorum patrocinia.</i>	95. a
<i>Sanctificatio per creaturas.</i>	105. a
<i>Satisfactio Christi non repugnat purgatorio.</i>	269. a
<i>Scripturæ difficiles sunt.</i>	166. a
<i>Scripturis heretici illudunt.</i>	123. a
<i>Scripturas heretici deprauant, neque intelligunt.</i>	79. a. 168. a
<i>Scripturis heretici decipiunt.</i>	169. b
<i>Scripturam legere ac exponere non omnes debent.</i>	45. a. 46. a. 47. a
29. b. 167. a. b	
<i>Scripturam solam cur urgeant heretici.</i>	87. a
<i>Scripturarum sensus spectandus non litera.</i>	47. b
<i>Scripturas vulgo tradunt, & vulgus per illas perducunt heretici.</i>	

I N D E X

<i>heretici.</i>	89.a
<i>Scriptura visibilem Ecclesiam describunt.</i>	134. b.
& 135. a. 170. a. 171. a. b	
<i>ex Scripturis male intellectis hereses omnes orta.</i>	46. b
<i>Sepultura solennis defenditur.</i>	111. b
<i>Serui inutiles in Euangelio qui.</i>	31. a
<i>Signa in sacramentis cur.</i>	248. b. & seq.
<i>Specialis fides nulla.</i>	116. a. 117. b
<i>Spiritus Dei facit vocem hereticorum odiosam.</i>	199. a
<i>Spiritus sancti duplex officium.</i>	68. b.
<i>Spiritus sanctum sibi vendicant heretici.</i>	85. a
<i>Spiritus sanctus ἄγαθος deus.</i>	61. b
<i>Successio perpetua in vera Ecclesia.</i>	174. a. 176. b. 195. a. & b
<i>Superbia hereticorum.</i>	92. b
<i>Superbus diuina intelligere non potest.</i>	156. a
<i>Superstitiones gentilitia ad Dei cultum conuersae.</i>	153. a
<i>Superstitiones se tollere fingunt heretici, & impietatem substituunt.</i>	84. b
<i>Symbolum Apostolorum quomodo profiteantur heretici.</i>	90. a
<i>Synagogam Christus honorauit.</i>	22. b

T

<i>Templum locus sacrificij.</i>	100. b
<i>Templa potissimum ad orandum instituta.</i>	96. b
<i>in templo sanctius quam extra colitur Deus.</i>	97. b
<i>Templa in honorem B. virginis.</i>	244. b
<i>Tempus misericordiae & iudicij.</i>	2. a
<i>Testari plus quam annuntiare.</i>	185. b
<i>Trad</i>	

I N D E X

<i>Traditiones probantur.</i>	60. b
<i>Traditiones Apostolica.</i>	74. b
<i>Transubstantiationis documentum ex Euangelio.</i>	21. b. & seq.

V.

<i>Vasa & ornamenta Ecclesiastica.</i>	234. a
<i>Verbum Dei est proprie predicatum non scriptum.</i>	36. b
<i>Veritas toti Ecclesia communis.</i>	71. b
<i>Veritatis promissio triplex.</i>	62. a
<i>Viduitatis votum ex Apostolo.</i>	163. a
<i>Virginitatem tollunt heretici.</i>	88. a
<i>Virginitatis votum probatur.</i>	162. b. & seq.
<i>Vita aeterna merces est.</i>	32. a. 42. b. 53. a. 232. b
<i>Vite austeritas in Ioanne commendatur.</i>	7. a
<i>Vocabula fidei noua.</i>	60. b
<i>Vocatio legitima predicatorum verbi.</i>	176. a. 195. a
<i>Voluntas bona qua.</i>	141. a
<i>Voluntas Dei cur non sit in omnibus efficax.</i>	35. b
<i>Votum viduitatis ex Apostolo probatur.</i>	163. a
<i>Vi. saepe in scriptura consecutionem significat.</i>	34. b
<i>Waldenses heretici, monachi non approbati.</i>	51. a

F I N I S.

